CARMINA: RECENSUIT LUDOVICUS JEEP

Claudius Claudianus, Ludwig Jeep

Dei
Sub Numine
Viget



CLAVDII CLAVDIANI
CARMINA

VOL. I

CARM. I—XXIV

RECENSVIT

LVDOVICVS JEEP

LIPSIENSIS

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXVI

LIPSIAE, TYPIS B. G. TEVBNERI.

FRIDERICO · RITSCHELIO
FRID · AVG · ECKSTEINIO
PRAECEPTORIBVS · CARISSIMIS

PRAEFATIO.

I.

De vita Claudiani.

De vita Cl. Claudiani editores alii aliter in prolegomenis editionum egerunt. Longe vero omnium ingeniosissime in hanc rem inquisivit divus Claudiani interpres Jo. Matthias Gesnerus, qui in prolegomenis p. III seq. ea, quae de Claudiano scimus, accurate contulit, ut illud opusculum omni hac de re disquisitioni adhuc fundamento esse possit.

Nec tamen Gesneriana prolegomena ita comparata sunt, ut omni errore careant vel omnino censorem possint effugere severiore artis criticae disciplina imbutum quam quae viri doctissimi aetate floruerit. Quare quantumcumque vir clarissimus Gesnerus profuit, iis denuo examinatis quae de Claudiani vita et carminibus ingeniose enucleavit, quidquid licebat correximus, praesertim cum qui anno MDCCCVIII unum volumen Claudiani edidit Koenigius longa de poeta dissertatione in prolegomenis prolata rem parum adiuvisset.

De patria Claudiani multo difficilius est certi aliquid statuere quam primo oculorum obtutu crediderís quod iudicium eo maiorem facile admirationem moveat, cum post praestantiores Claudiani editiones nemini non visum sit prorsus constare Claudianum esse Alexandrinum.

Hispanum quidem non fuisse poetam, ut olim aliquem contendisse testatus est Gyraldus, satis patet, neque dubium est, quin Claverius recte causam huius erroris suspicatus sit eam, quod Claudianus cum aliis locis tum in carmine de Serena Hispaniam prae omnibus terris celebravisset; inde indoctus quidam fabulam de Claudiani patria sibi concinnavit.

Omni porro fundamento caret sententia, quam Gyraldus Francisco Petrarchae et Landino tribuit in dialogo quarto de latinis

poetis, Claudianum Florentinum fuisse. Qui error fortasse inde exortus est, quod cum multi poetam putarent ad amicum quendam Florentinum praefationem scripsisse, quae ad meam usque raptus Proserpinae editionem ante librum secundum huius carminis circumferebatur, Claudianus ipse Florentiae natus esse iis videbatur. Quae concludendi ratio, quamquam nostra aetate paene inaudita, a Claverio tamen initio suae praefationis diligenter refutatur. 'Ego, inquit, Claudianum non Hispanum, quia laudaverit Hispaniam .... non Etruscum, licet ad Florentinum scribat, adsevero', quae quidem verba meam coniecturam de altera ista quae ad Claudiani patriam spectat hariolatione satis probant.

Eodem modo factum est, ut in rarissima quadam raptus Proserpinae editione sine loco et anno, quae dicitur, illa vero commemoratione dignissima, cuius exemplar inter libros impressos bibliothecae Mediceae adhuc servatur, Claudianus vir Siculus[1]) appellaretur, videlicet quod in raptu Proserpinae Aetna et Sicilia maxime celebrantur.

Neque plus auctoritatis tribuendum tetrasticho est Gesnero ignoto, quod in fine codicis Leopoldiani (bibl. aedilium Flor. eccles. cod. 203) et in codice bibliothecae Gaddianae plut. LXXXX, cod. 13 infer. fol. 28ᵇ legitur (cf. catal. mss. lat. Bandini a. h. l.) transiitque etiam in librum, qui olim Dresselii Romae nuper mortui erat (cf. L. Jeep in Ritschelii Actis I, p. 383):

Claudianus adest hic noster origine civis
Quem parit aegyptus peperit florentia patrem
Rufini adversos casus Stiliconis et odas
Caesareasque tuosque canit proserpina raptús.

Ad hunc versum in codice, quem primo loco nominavimus, manu prima tituli instar additum est: 'Tetrasticon sub ꝑ *(sic)* imagine C. Claudiani poetę depicta Florentie inter caeteros illius urbis pręclaros viros in habitatione proconsulis quae non longe abest a prioris palatio'. At

1) Titulus editionis est 'Claudiani siculi viri imprimis doctissimi de raptu proserpinae tragoedia heroica'; sed est in duas partes divisa. Egit de eo libro iam *Dibdin*, bibl. Spenceriana Lond. 1814, II, p. 1, n. 216, ubi dicit: 'It is evident, that the impression was executed by Ketelaer and De Leempt, and was, in all probability, published near the same time with Cornelius Gallus; with is printed in the same type, and is concluded to have been executed 1473'. — Eodem loco facsimile elegantissimum impressum est.

vero qualiscumque erat illa Claudiani imago, illos versus antiquo stilo non deberi omnique auctoritate carere tum metrum docet tum verborum coniunctorum ratio quam qui conglutinavit versus secutus est. Quae res satis porro confirmatur recenti codicum aetate, cum sint chartacei saeculo XV vel XVI scripti. Neque dubitari potest, quin is, qui versus composuit, simpliciter duplices illos nuntios coniungere studuerit, quorum alter Claudianum Florentinum esse voluit, alter Alexandrinum. Quam viam similiter praeivit Coluccius, qui in Claudianum hosce versus fecisse dicitur:

Aegypto genitum nova me Florentia civem
Legibus agnovit, magnis iam digna poetis:
Infernos raptus Cereris pugnasque deorum,
Caesareas laudes nec non Stilichonis honores,

nec minus Angelus Politianus eodem modo poetam nostrum celebravit in Nutricia:

Aut Pelusiaci missum de plebe Canopi,
Pulcra suum quem nunc Florentia iactat alumnum,
Gaudentem Stygio dominam iunxisse marito
Magnanimique vagos ducis ostentare labores.

Priusquam autem de nostri Claudiani patria quaerere pergamus, ab illo secernendus est Graecus ille *Κλαυδιανός*, qui Gigantomachiam composuit, cuius fragmentum ex Lascaris codice olim Iriarte edidit cat. mss. p. 219 et denuo nuper multo emendatius Carolus Schenkelius in annalibus academiae Vindobonensis 1863 p. 39 seq. Cui *Κλαυδιανῷ* etiam minora illa in anthologia graeca (ed. Jacobs Tom. III, p. 153) tribuenda esse nec non quae Jacobsius tom. XIII inter paralipomena n. 1 et 2 protulit ex codice Vaticano post Schoellium (Gesch. d. griech. Litt. III, p. 27) et Jacobsium (anth. graeca XIII, p. 872) [Vol. III, P. III, p. 872] idem Schenkelius l. c. optimo iure affirmavit.

Ut nunc alia omittam, carmina n. 1 et 2 ex Vaticano codice edita christiani poetae sunt, nam Claudianus, ut Augustinus testatus est in civitate dei V, c. 26, a Christi nomine alienus fuit, Paulus Orosius vero V, 35 eximium quidem eum nominavit, sed paganum pervicacissimum.

Graecum *Κλαυδιανὸν* Alexandrinum fuisse vel Alexandriae domicilium habuisse acute concludit Schenkelius l. c. p. 35 ex versu 11 seq. graecae Gigantomachiae:

ὡς γὰρ δὴ πέλαγος μὲν Ἀλεξάνδροιο πόληος
παντόθεν ἐκπέταται, τὰ δὲ μυρία κύματα λαῶν
ὄρνυτ' ἐπ' ἀλλήλοισιν, ἐγὼ δέ τε δεινὸς ἀοιδὸς
μουσοπόλος ναύτης Ἑλικωνίδι νηὶ πιθήσας
ἰθύνω πρὸς ἄεθλα.

Quare non dubito, quin ad hunc, non ad latinum poetam eiusdem nominis referendum sit id quod Suidas s. v. *Κλαυδιανός* adnotavit: *Κλαυδιανὸς Ἀλεξανδρεὺς ἐποποιὸς νεώτερος γέγονεν ἐπὶ τῶν χρόνων Ἀρκαδίου καὶ Ὀνωρίου τῶν βασιλέων.* Quae res certa nobis fit eo, quod idem iisdem, ut solet, verbis tradidit Eudocia.

Omnia enim quae Suidas et Eudocia habent communia quin ex Hesychii Illustrii onomatologo hausta sint, quamquam pauci id denuo negaverunt Bernhardio auctore, sicut Richardus Nitzschius (Quaestionum Eudocianarum capita quatuor, 1868), post Friedericum Nietzschium, qui ea de re scripsit Mus. Rhen. XXII, p. 189 seq.; dubitari diutius non quit. Eo in libro vero alia nisi quae ad graecas litteras spectarent non inerant.

Quamquam Schoellius hist. litt. gr. III, p. 27 ex glossae cuiusdam auctoritate, quae in codice Vaticano, unde Jacobsius paralipomena in tomo XIII anthologiae graecae edidit, legitur, graecum Claudianum Asiaticum esse voluit. Dicit enim glossator *Οὗτος ὁ Κλαυδιανὸς ὁ γράψας τὰ πάτρια Ταρσοῦ, Ἀναζάρβου, Βηρύτου, Νικαίας.* At profecto vir doctus in gravissimum errorem hoc loco incidit, nam '*πάτρια*' nihil significat nisi 'origines', sicut Hesychii quoque Milesii fragmentum historicum eodem sensu inscribitur '*Πάτρια Κωνσταντινουπόλεως*' neque qui Hesychium exscripsit Georgius Codinus aliter verbum adhibuit operi suo titulum praefigens '*Παρεκβολαὶ ἐκ τῆς βίβλου τοῦ χρονικοῦ περὶ τῶν πατρίων τῆς Κωνσταντινουπόλεως*'. Ergo facile intellegitur graecum Claudianum non in Asia natum esse, simul vero hoc alterum elucet, eum non tantum epicum fuisse, sed etiam historicum.

Plane igitur etiam Ruhnkenius erravit qui in tertio graeci Claudiani carmine v. 1 pro *ἐπὶ προθύροις Ἑλικῶνος* scribere voluit *ἐπὶ προθύροις Στελιχῶνις* haud dubie nostro Claudiano opusculum vindicaturus, de qua quidem coniectura confer carmen de cons. Theod. v. 278.

Neque qua usi sumus argumentatio loco illo perturbatur, quem legimus apud Euagrium hist. eccles. I, 19: *ἐν τοῖς αὐτοῖς χρόνοις Θεοδοσίου ἐπαναστάσεις συχνοὶ κατὰ τὴν Εὐρωπίαν*

γεγόνασιν, Οὐαλεντιανοῦ Ῥώμης βασιλεύσαντος .... τότε φασὶ καὶ Κλαυδιανὸν καὶ Κῦρον τοὺς ποιητὰς ἀναδειχθῆναι. Κῦρον δὲ καὶ πρὸς τὸν μέγιστον τῶν ὑπάρχων ἀναβῆναι θρόνον, ὃν ὕπαρχον τῆς αὐλῆς οἱ πρὸ ἡμῶν κεκλήκασιν. Negari quidem vix potest *Κλαυδιανόν*, qui hic nominatus est, eundem esse cum eo, de quo supra egimus, ut primo obtutu temporum ratio convenire non videatur, cum apud Euagrium aetati Theodosii minoris et Valentiniani tertii, apud Suidam vero et Eudociam Honorii et Arcadii temporibus attribuatur. Iam vero vide quam facile utrumque sit inter se coniungendum.[1])

Cyrus enim Panopolites consul fuit anno domini 441. Hunc igitur quo anno Honorius mortuus est 423 p. Chr. dudum vixisse patet, eundem vero anno Arcadii mortis (408 p. Chr.) diutius iam in vita fuisse verisimile est. Quare vero aliter de Claudiani illius graeci poetae aetate iudicemus? Ceterum Euagrius, qui praeterea duobus fere saeculis post Claudianum et Cyrum Antiochiae vixit, ne ipse quidem satis confidenter rem affert, ut satis testatus est verbo, quod addit, '*φασίν*'.

Denique nullo argumento nisus Claverius in quaestiuncula de poetae natalibus iudicavit *Κλαυδιανὸν* quendam, fratrem rhetoris Maximi et Nymphidiani, patrem fuisse nostri Claudiani; illum *Κλαυδιανόν*, Eunapius ait (ed. Wyttenbach. I, p. 47.), fuisse *καταλαβόντα τὴν Ἀλεξανδρείαν κἀκεῖ παιδεύσαντα.* Videlicet Claverius ad hanc sententiam deductus est, quod propter Suidae locum male intellectum putare non potuit, latinum Claudianum Alexandrinum non esse. Non minus hariolatio est, Libanii epistulam n. MCDLXXVII datam esse ad Claudiani nostri patrem. Cf. Eunap. ed. Wyttenb. II, p. 167. Eodem modo Claudianum, quem comitem orientis fuisse ex codice Theodosiano constat Honorio et Arcadio imperatoribus, non poetam latinum esse dudum exposuit Gesnerus proleg. p. XLIV.

Hinc igitur de latini Claudiani patria nihil colligi poest.

At ne ex ipsius quidem poetae carminibus ita lucide apparet ubi natus sit, ut voluerunt plerique editores. Qui putaverunt Claudiani epistula ad Hadrianum certissime confirmari,

---

1) Cave ne cum Wedekindio, qui Claudianum in linguam vernaculam transtulit, '*γέγονε*' transvertas 'natus est', nam '*γέγονε*' talibus locis 'vixit' significare demonstravit Ritschelius in opusculis I, p. 64 et ibidem adn.

quod celerius paulo ex Suidae lexico ad latinum poetam transtulerant, eum Alexandrinum esse.

Hadrianus quin Aegyptius fuerit, dubitari non potest, cum in epigrammate illo de Theodoro et Hadriano, ut inscribunt antiquissimi codices Gyraldinus et Veronensis, Theodorus quidem suo nomine accurate 'Manlius', alter vero v. 2 et v. 4 tantum 'Pharius' vocetur. In epistula autem modo laudata v. 58 Claudianus dicit 'Nostra gemat Nilus numerosis funera ripis', quocum loco conferas id quod idem ad Gennadium quendam, ut testantur Gyraldinus et Veronensis codices, scripsit v. 3 'Graiorum populis et nostro cognite Nilo'.

Hinc autem nihil concludere licet, nisi eo quo scripsit ad Hadrianum epistulam tempore poetam in Aegypto domicilia sua habuisse; ibi natum eum esse inde non sequitur. Iam vero ex epistula poetae ad Serenam missa (v. 55 seq.) Claudianum scimus Serena ipsa intercedente divitem puellam in Africa morantem in matrimonium duxisse. Cuius ea Africae partis fuisset, quamquam loco allato, unde huius rei notitia fluxit, Claudianus certis verbis non dixit, Aegyptiam eam fuisse vel in Aegypto vitam degisse Gesnerus iure ex v. 59 seq. epistulae ad Serenam concludit. Quo quidem loco 'mitibus Euris' poeta velit carmina sua usque ad aures Serenae perveniant, id quod ad Aegypti regionem solam posse referri nemo non videt. Cum vero Hadrianum Pharium Claudianus ipse l. c. nominaverit, v. 20 epistulae ad Hadrianum, ubi Alexandrum poeta 'conditorem patriae' appellat, non necesse est hanc patriae significationem etiam ad Claudianum deferamus, sed pronomine non addito de Hadriano solo accipi potest, cui eo loco Alexandri exemplum hostibus parcentis poeta commendat. Quae interpretatio nisi forte placet, quandoquidem in versibus, qui antecedunt, poeta se ipsum confert cum Poro in ipsius patria India, postquam victus est, maiore regno ab Alexandro honorato et cum Priamo ab Hercule debellato ac denuo in regnum restituto, vel sic facile concesseris, Aegyptum seu potius Alexandriam, ubi coniugem, liberos, familiam poeta habebat, hoc loco patriam optimo iure eum appellasse, quamquam ibi non natus erat. Ne multa, Claudianum Alexandrinum fuisse ne hoc quidem loco certo confirmatur. Quae cum ita sint, non dubito, quin etiam Sidonius regionem, in qua Claudianus finem vitae degit, commutaverit cum ipsa poetae patria, IX, v. 275 scribens:

Non Pelusiaco satus Canopo

Qui ferruginei toros mariti
Et Musa canit infernos superna,

quem locum ad nostrum Claudianum pertinere nemo adhuc negavit. Quae sententia eo confirmatur, quod Sidonius de aliis Claudiani carminibus tacet; nunquam enim dubitavi, quin Bernhardius hist. litt. rom. ed. IV, p. 502 adn. 393 (cf. quae vir doctissimus de meis studiis addidit in additamentis ad ed. V.) raptum Proserpinae iniuria Claudiani musae incunabulis vindicaret, nam contra posterioribus vitae temporibus addicendum esse praefatione satis docemur, quibus Claudianus fortasse iam in Aegyptum migraverat.

Neque vero constat, quod Gesnerus contendit ad initium Claudiani deprecationis Hadriano missae, tamquam delicti corpus, quo Hadrianus ad tantam iram excitatus sit, illud de Theodoro et Hadriano epigramma esse. Poeta ipse v. 4 seq. indignationis causam inimicorum invidiam significat et malignorum strepitus. Praeterea v. 19 seq. verbis 'quemcumque deorum Laesimus, insultet iugulo pascatque furorem' nihil aliud poetam respicere nisi Augustam familiam, ut Claudianum maiestatis crimine accusatum esse appareat, iure h. l. Gesnerus addit. Quae transferendi ratio cum aliis Claudiani locis sicut praef. de III cons. Hon. v. 16 illustratur tum fine praefationis de VI cons. Hon. v. 23 seq.

En princeps, en orbis apex aequatus Olympo,
En quales memini, turba verenda, deos.
Fingere nil maius potuit sopor altaque vati
Conventum caelo praebuit aula parem.

Quamquam Gesnerus ad v. 23 epistulae ad Hadrianum ex quadam Arcadii et Honorii constitutione in codice Theodosiano luculente docuit maiestatis crimen nasci etiam ex offensione magistri officiorum, qua dignitate Hadrianus a. 398 et 399 functus erat, tamen id non natum esse ex isto de Theodoro et Hadriano epigrammate chronologia facile demonstratur. Nam hoc epigramma anno 401 p. Chr. Albertus Rubenius in doctissima de vita Fl. Mallii Theodori dissertatione, quam Fridericus Platnerus denuo Lipsiae anno 1754 edidit, p. 59 iure vindicavit, quia anno 401 p. Chr. Hadrianus per Italiam praefecturam administravit, cuius muneris collegam mansisse Theodorum iam prius ad hunc honorem sublatum recte Rubenius concludit ex Symmachi epist. IX, 25. Quam epistulam anno post Stilichonis consulatum scriptam esse idem perlucide docuit; ex ea vero apparet Theodorum Symmacho equorum tractorias misisse, quae tractorias concedendi facultas ad praefectos praetorio pertinebat.

Ergo, ut Gesneri verbis utar, illud epigramma si re vera delicti corpus fuisset, non posset dubium esse, quin etiam Hadriani ira et criminatio Claudiani eodem anno esset exorta, quo epigramma editum. Quo anno nisi Claudianum in Italia floruisse procul dubio constet, facile concesserim me nihil disputasse.

Vide iam quomodo res se habeat, ut omnia quae supra exposuimus prorsus confirmentur.

Dixit enim ipse poeta in praefatione belli Getici priorem successum effigiem sibi aenam tribuisse et nomen patricii; deinde vero pergit sese ipsum ad laborem magnis hisce honoribus dignum admonens, ut plane pateat poetam tum primum hoc modo ornatum et honoratum prodiisse timentem, ne quid proferret, quod novis dignitatibus non satis responderet.

Iam vero constat carmen de bello Getico Claudianum anno 402 p. Chr. (cf. infra) fecisse, anno vero 400 p. Chr. tertium librum de Stilichonis consulatu edidisse, ut inter annum 400 et 402 p. Chr. statua Claudiano poneretur. Quod summi honoris fastigium, si id verum esset, quod Gesnerus de epigrammate in Theodorum et Hadrianum contendebat, in idem tempus cecidisset, quo Claudianus summi criminis esset accusatus. Quae res quam inepta sit, per se patet.

Quae cum ita sint, praeterea vero poetam usque ad annum 404 seu 405 imperatoris favore viguisse ex carminibus appareat, negari diutius non potest, deprecationem Claudiani ad Hadrianum missam esse, postquam poeta in Aegyptum abiit, id quod haudquaquam ante tempus modo laudatum eum fecisse non minus docent carmina. Hinc igitur alterum quoque sequitur, ut ne ex hac quidem epistula certi quidquam de Claudiani patria possit erui.

Neque in 'lubrica aetate', quam sibi Claudianus ibidem v. 6 tribuit, haerendum, cum illis temporibus quin nondum admodum aetate provectus fuerit poeta matrimonii vix particeps, dubitari nequeat.

Ex v. 56 vero, ubi Claudianus 'commune solum' vocat vel ex v. 55, quo versu 'Saeviat, inquit, in miseros cognata potentia cives!' nec quidquam sequitur de Claudiani patria nec de Claudiani et Hadriani cognatione, quam Gesnerus frustra suspicatus est, quae quidem res post ea, quae supra diximus, nunc plane praetermitti possunt. In epistula autem ad Probinum v. 13 seq.

Romanos bibimus primum te consule fontes
Et Latiae cessit Graia Thalia togae
Incipiensque tuis a fascibus omina coepi
Fataque debebo posteriora tibi,

nihil aliud dictum est, nisi Claudianum Probino Olybrio coss. (395 p. Chr.) Romam venisse studiis litterarum graecarum relictis. Videlicet Gesnerus 'Graiam Thaliam' ad Alexandriam refert, qua in urbe magis litterae graecae floruerint quam Latinae, nec defuerunt, qui hinc concluderent Claudianum priore tempore graece scripsisse. Quam perversa haec sententia esset, supra demonstravimus.

Nunc tantum id unum addam, iam per se patere vix fieri potuisse, ut unus idemque poeta duabus in linguis ita esset versatus, ut in una suae aetatis longe princeps esset poeta, in altera satis elegans et non contemnenda arte conspicuus.

Quae cum ita sint, fieri non potest, ut accurate intellegamus, utrum etiam noster Claudianus Alexandrinus fuerit, necne.

Nomen gentile nostri poetae confirmatur inscriptione infra proferenda. De praenomine nihil constat.

At vero illum paganum fuisse iam supra demonstravimus. Christiana carmina, quae in editionibus circumferebantur, nostri Claudiani non esse olim docui in Museo Rhen. 1873, p. 298 seq.

Unde Claudianus anno 395 Romam venerit, ipse non dicit, sed valde probabile est adulescentem poetam in Theodosii et Stilichonis comitatu fuisse, cum ii in occidentem contra Eugenium vere anni 394 p. Chr. proficisci coepissent.

Probino Olybrio coss. Romam primum intravit, quod ipse certis verbis testatus est in epistula ad Probinum v. 13:

Romanos bibimus primum te consule fontes.

Ergo veri simile est, eum huc Theodosium imperatorem secutum esse, qui Probino Olybrio designatis sub finem anni 394 p. Chr. Zosimo teste IV, 59 Romam iter fecit paululum modo temporis ibi moraturus. Sunt quidem, qui, ut Koenigius ad v. 128 de III cons. Hon., Zosimi locum in suspicionem vocaverint, quoniam ex Claudiani carmine de VI cons. Hon. 88 seq. Honorium hoc anno non fuisse Romae clarissime appareret, sed urbem eum aeternam minime intrasse nisi cum Theodosio anno 389 post Maximum debellatum vel Theodosio mortuo anno 404 p. Chr. sextum consulatum celebraturum. Atque Koenigius contra Barthium rectissime contendit ad versum modo laudatum, urbem, per

quam in carmine de III Hon. cons. v. 128 seq. Theodosius cum Honorio vectus esse dicitur, non esse Romam, sed Mediolanum, quo Serenae officio imperatoris iussu adulescens Caesar Constantinopoli erat deductus. Cf. de VI cons. Hon., v. 90 seq. At omnes adhuc illum Zosimi locum haud dubie falso interpretati sunt. Dicit enim Byzantius historicus:

Τῶν δὲ πραγμάτων ὧδε τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ προχωρησάντων, ἐπιδημήσας τῇ Ῥώμῃ, τὸν υἱὸν Ὀνώριον ἀναδείκνυσι βασιλέα, Στελίχωνα στρατηγόν τε ἀποφήνας ἅμα τῶν αὐτόθι ταγμάτων καὶ ἐπίτροπον καταλιπὼν τῷ παιδί.

Quis autem putabit Zosimum ita ineptum fuisse, ut Stilichonem ab-imperatore Honorio filio tutorem relictum esse dixisset, si Honorius ipse patrem Romam esset secutus? An credis Stilichoni exercitum traditum esse Romae, cum is exercitus ad Mediolanum castra haberet? Immo vero corruptela in *ἐπιδημήσας* latet, pro quo participium futuri *ἐπιδημήσων* restituendum est, ut Theodosius hoc loco Romam aditurus, deinde mox sine dubio Constantinopolim (cf. Zosim. IV, 59, 6) reversurus imperium occidentis et exercitus Honorio Stilichone tutore concessisse perhibeatur. Cui de Theodosii itinere Zosimi narrationi, quamquam quod sciam, hoc tantum loco traditae, quare nonnulli fidem non habuerint, equidem non video. Cf. Wietersheim Gesch. d. Völkerw. IV, p. 155.

Claudianum post Theodosii mortem stipendia meritum esse non potest concludi, ut iam Gesnerus cognovit, ex epistula ista ad Hadrianum missa, ubi 'Eripe, inquit poeta, calcatis non prospera cingula musis; Eripe militiam.' Qui locus haud dubie ad poetae militiam aulicam eiusque dignitatem pertinet, qua ei licebat cingulum ferre. Nec minus prorsus a servitio militari abhorrent v. 5 seq. praefationis de cons. Theod.

An tibi continuis crevit fiducia castris
Totaque iam vatis pectora miles habet?

Rectissime enim hos versus Gesnerus ita interpretatus est: Ut diuturnior in castris mora facit militem: ita mihi ista musarum castra aliquamdiu secuto crevit audacia.

Erravit vero idem Gesnerus, qui proleg. p. III non dubitavit, quin inde ab anno 395 p. Chr. Claudianus Stilichonem per quinque annos usque ad a. 400 p. Chr. semper comitatus esset. Neque enim clarissimus Claudiani interpres satis perspexit

praef. III lib. de cons. Stil., v. 23, ubi male legit 'quinos' pro illo, quod unice verum est, 'quintos', optimis codicibus confirmato.

Iam locus ita procedit:

Te mihi post quintos annorum Roma recursus
Reddidit et votis iussit adesse suis.

Sic facile intellegitur Claudianum Gesneri sententiae plane contrarium protulisse. Dicit enim reductum tandem post quinque annos (395—400) Stilichonem a Roma dea urbi et Claudiani consuetudini redditum esse. Claudicat igitur in hac praefatione comparatio Claudiani cum Ennio, quem Africanum poeta sequentem facit, quoniam tertium, quod dicitur, huius comparationis in eo tantum continetur, quod uterque arma magni ducis celebraverit. De interpretatione cf. praef. de III cons. Hon., v. 15.

Quin Claudianus, postquam Serena Romam transmigravit, per hoc tempus Romae plerumque moratus sit, vix dubitari potest, nisi forte aliquotiens afuit ad imperatorem, qui tum Romam effugit, vocatus, ut panegyricos suos in aula declamaret. Quod quidem haud improbabiliter concluseris ex ea quae ante carmen in Theodori consulatum legitur praefatione. Ceterum Claudianum aliquando tamquam orbem terrarum pervagatum esse indicare videntur carmina de mulabus Gallicis, de portu Smyrnensi, de piis fratribus et statuis eorum, quae sunt apud Catinam. Quae itinera quando fecerit poeta, ne conici quidem potest.

Quantopere Claudianus postea ab imperatore statua, titulis, dignitatibus honoratus sit, ut patricius crearetur et tribunus et notarius nominaretur, tum supra ex praefatione ad bellum Geticum didicimus, tum cognoscimus ex inscriptione tabulae marmoreae in foro Traiano anno 1493 repertae, nunc in museo Neapolitano servatae. Hanc inscriptionem a Mommseno corp. inscript. regni Neapol. n. 6794 editam ex clarissimi Henzenii scriniis, quae mihi olim liberaliter Romae aperuit, infra denuo ita typis expressi, ut ea quae marmore laeso initio perierunt minusculis litteris vel punctis indicarem.

cl CLAVDIANI V C
cla VDIO CLAVDIANO VC TRI
bu NO ET NOTARIO INTER CETERAS
*CENTES[1]) ARTES PRAEGLORIOSISSIMO
po ETARVM LICET AD MEMORIAM SEM
PITERNAM CARMINA AB EODEM

1) luCENTES coniecit Henzenius, INGENTES priores, VIGENTES Heinsius et sequentes.

SCRIPTA SVFFICIANT AD TAMEN
TESTIMONII GRATIA OB IVDICII SVI
FIDEM DDNN ARCADIVS ET HONORIVS
FELICISSIMI AC DOC////// TISSIMI[1])
IMPERATORES SENATV PETENTE
STATVAM IN FORO DIVI TRAIANI
ERIGI COLLOCA≡RIQVE IVSSERVNT

ΕΙΝ ΕΝΙ ΒΙΡΓΙΛΙΟΙΟ ΝΟΟΝ
ΚΑΙ ΜΟΥϹΑΝ ΟΜΗΡΟΥ
ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΝ ΡѠΜΗ ΚΑΙ
ΒΑϹΙΛΗϹ ΕΘΕϹΑΝ

Quando Claudianus Italiam reliquerit, ut matrimonium pararet, de quo supra actum est, non traditur. At vero ante annum 404 p. Chr., quo anno imperatore praesente carmen de VI eius consulatu declamavit, ut ex praefatione huius carminis intellegimus, nondum abierat. Fortasse Claudianus etiam anno 405 Romae vel in Italia moratus est, si recte olim vidi Rapt. Pros. praef. p. XIX, Florentinum, quem poeta in singulari ista praefatione, priore tempore ante secundum raptus Proserpinae librum perversissime intercalata alloquitur, Stilichonem esse, hoc nomine propter victoriam apud Florentiam reportatam a poeta celebratum. Quam quidem rem quamquam Georgius Goetzius abnuit (Philol. Anzeiger VII, p, 145) nunc paulo confidentius affirmaverim, quia vidi Honorium quoque a Claudiano in carmine in Eutropium I, v. 395 'Germanicum' nominatum esse. Apud Florentiam autem Radagaisus victus est anno 405. Ergo, si modo est illa praefatio ad panegyricum huius proelii referenda, Claudianus eo tempore quin in Italia moratus sit, vix potest dubitari.

De exitu Claudiani nihil certi constat. Attamen epistula Claudiani ad Hadrianum missa, de qua supra egimus, valde probabile fit, post Stilichonis caedem anno 408 p. Chr. perpetratam Olympium ut omnes, qui Stilichonis amicitia et favore usi erant, sic Claudianum quoque Stilichonis panegyristam saevissimo odio persecutum esse. Quo modo saevierit bestia illa, certis verbis Zosimus V, 35 seq. demonstrat. Saeviit non tantum in familiam Stilichonis eiusque amicos, sed etiam in mutum lapidem, Stilichonis nomen eradens, de qua re vide quae Gesnerus prol. XLVI adn. attulit. Ergo quid mirum, si poeta illis temporibus cum

1) ////// et ≡ marmor antiquitus laesum esse significat.

aliis Stilichonis amicis interfectus esset neque umquam in Italiam rediisset. Haec sententia videtur comprabari, quoniam nihil Claudianeae musae habemus, quod post Stilichonis mortem aetati certis nisus argumentis tribueris.

II.

De carminibus Claudiani.

Ex panegyricis Claudiani carmen de consulatu Olybrii et Probini, cuius praefatio intercidisse videtur, antiquissimum est. Cum ad Sex. Anicium Hermogenianum Olybrium et Sex. Anicium Probinum fratres, qui consules a. 395 p. Chr. fuerunt, consalutandos scriptum sit, dubitari non potest, quin Kal. Ian. a. 395 p. Chr. editum sit. Sed paulo ante a poeta compositum esse videtur. Nam Theodosius imperator v. 117 seq.

> Sudor adhuc per membra calet creberque recurrit
> Halitus et placidi radiant in casside vultus,

proelio contra Eugenium et Arbogastem in Alpium radicibus commisso graviter affectus esse dicitur; neque aut adventus eius in urbem Mediolanum, quo se post eam pugnam contulit, aut Honorii iter eodem factum commemoratur.[1]) Atqui victoriam Theodosii m. Septembri a. 394 p. Chr. reportatam esse ex Socrat. V, 25 *ταῦτα πέπρακται τῇ ἕκτῃ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς ἐν ὑπατείᾳ Ἀρκαδίου τὸ τρίτον καὶ Ὀνωρίου τὸ δεύτερον* apparet. Non igitur a vero aberraverimus, si carmen de consulatu Olybrii et Probini paulo ante victoriam fama divulgatam compositum esse statuerimus.

Veri simile est hoc carmen primum esse, quod Claudianus scripserit, cum epist. ad Probinum v. 13 seq. dixerit:

> Romanos bibimus primum te consule fontes
> Et Latiae cessit Graia Thalia togae
> Incipiensque tuis a fascibus omina coepi
> Fataque debebo posteriora tibi.

1) Cf. Philostorg. XI, 2 *μετὰ ταῦτα παραγεγονὼς ὁ βασιλεὺς ἐν Μεδιολάνῳ μεταπέμπεται τὸν ἑαυτοῦ παῖδα Ὀνώριον καὶ τὴν ἑσπέραν ἐγχειρίζει πᾶσαν.* — Huc referendum Claudian. de III cons. Hon. v. 110 seq. et 126 seq. Cf. Koenigium ibid. v. 128. 129.

Subdifficilis quaedam quaestio exsistit de carminibus in Rufinum. Duo libri in Rufinum inde ab Heinsii usque ad nostra tempora ab iis, qui auctoritatem codd. GV al. secuntur, praefatione, quae incipit a 'Pandite defensum reduces Helicona sorores', separati sunt. Hanc enim peiores libri manu scripti multaeque editiones veteres ad carmen de bello Gildonico retulerunt, v. 13, verbis 'Et Geticum' nescio utrum licentius an imprudentius in 'Gildonis' mutatis. Prava hac praefationis interpositione multa in narratione rerum illa aetate gestarum obscurata sunt, quod alibi accuratius exponere mihi proposui. Hoc loco satis habeo ad ea reiecisse, quae in Mus. Rhenan. a. 1873 p. 620 seq. dixi. Ibi enim ostendi librum I et II in Rufinum non divellendos, sed inter se coniungendos et una aliquando editos esse, quoniam Claudianus in praefatione primo libro praeposita imprimis mortem Rufini spectat, quam alterius demum libri versibus persequitur. Cf. v. 15 seq.

Nunc alio domini telis Pythone perempto
Convenit ad nostram sacra caterva lyram.

Praefatio 'Pandite' cet. ad carmen nunc perditum pertinet, quo Claudianus magnam Stilichonis victoriam ad Alpheum in radicibus Pholoes reportatam celebravit. Hanc victoriam ex Gothis partam memoriae prodit Zosimus V, 7 (Στελίχων) τῇ Πελοποννήσῳ προςσχὼν εἰς Φολόην συμφυγεῖν τοὺς βαρβάρους ἠνάγκασε. Multique apud Claudianum loci attingunt, velut de IV cons. Hon. v. 459 seq., epithalamium Honorii et Mariae v. 176 seq., de cons. Stilichonis I, v. 172 et 185 seq., de bello Getico, v. 5. 14 seq. Ipsa denique praefatio 'Pandite' cet. praedicat versibus

Alpheus late rubuit Siculumque per aequor
Sanguineas belli rettulit unda notas.
Agnovitque novos absens Arethusa triumphos
Et Geticam sensit teste cruore necem.

Ceterum carmen Claudiani ad hanc victoriam celebrandam exstitisse eo maxime veri simile est, quod ex locis, quos attuli, intellegitur, eam a poeta inter egregie facta Stilichonis frequenter memoratu dignissimam habitam esse. Atque cum difficile ad credendum sit Claudianum optimam Stilichonis celebrandi occasionem e manibus dimisisse, carmen de victoria ad Alpheum, quod perditum esse dico, mox post libros in Rufinum conscripsisse videtur. Dum Rufinus m. Novembri a. 395 p. Chr. Constantinopoli

occiditur,[1]) Gothi meridiem versus progressi Graeciam impune populati sunt. Hoc temporis momento, cum Stilicho certamen adversus Gothos in Graecia morantes nondum iniisset, Claudianus carmina in Rufinum confecit. In libro II, v. 186 seqq. queritur poeta Graeciam vastari certamenque copiarum parte iussu Arcadii Constantinopolin dimissa iniri non posse. Brevi post Stilicho trans mare Ionium in Graeciam profectus ad Alphei ostium appulit ibique pugnam in superstite carminis praefatione commemoratam commisit. Haec igitur praefatio secundum rationem, quam in panegyricorum temporibus demonstrandis sequendam esse censeo, a me posita est post carmen, quod inscribitur, de III consulatu Honorii; hoc enim carmen initio anni 395 p. Chr. Honorio modo patrem Theodosium secuto necdum incepto bello contra Gothos, quod nusquam ne verbo quidem tangitur, compositum esse deinceps demonstrabo.

Difficilior vero est quaestio de iis carminibus, quae in editionibus adhuc sub titulo librorum 'de III consulatu Honorii' et 'de IV consulatu Honorii' feruntur.

Prius horum carminum ad tertium consulatum Honorii referendum esse ex initio

Tertia Romulei sumunt exordia fasces
Terque suas ducat bellatrix pompa curules

apparet. Tertium consulatum Honorius una cum Arcadio fratre a. 396 p. Chr. gessit. Sed amplius quaerendum est, quo anno carmen editum sit et quae ratio inter hoc et alterum carmen de quarto consulatu Honorii intercedat.

Satis constat carmen de tertio consulatu Honorii non initio anni 396 scriptum et editum esse. Infantia enim Honorii tumidiore sermone enarrata poeta commemorat Honorium Caesarem nominatum (a. 393 p. Chr., v. 83 seqq.), Eugenium et Arbogastem a Theodosio victos esse (a. 394 p. Chr., v. 88 seqq.), Theodosium e vita discessisse (m. Ianuario a. 395 p. Chr.), postquam Honorius Constantinopoli Mediolanum venit (v. 105 seqq.) et Stilicho tutelam Arcadii et Honorii ab imperatore accepit. Sub finem denique imperium Arcadii et Honorii poeta praedicat, nulla consulatus, quem carminis initio memoravit, ratione habita. Earum vero rerum, quae in orientali plaga a. 395 p. Chr. consulibus Olybrio et Probino gestae sunt, notitiam non habet. Nam si habuisset,

1) Cf. Socrat. VI, 1 *τῇ εἰκάδι ἑβδόμῃ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς* (Novembris) — *οἱ στρατιῶται Ῥουφῖνον τὸν ὕπαρχον τοῦ βασιλέως ἀπέκτειναν.*

de iis mentionem facere non omisisset, id quod postea ubique fecit.

Quae cum ita sint, carmen de III Honorii consulatu scriptum esse debet, quo tempore Arcadius et Honorius anno 395 p. Chr. paulo post Theodosii mortem fortasse mense Martio consules designati erant anni 396 p. Chr. Quam designationem etiam illis imperatorum temporibus in usu fuisse satis docet Zosim. V, 28: *Τριβέντος δὲ τοῦ φθινοπώρου καὶ τοῦ χειμῶνος ἐπιλαβόντος ὕπατοι μὲν ἀνεδείχθησαν Βάσσος καὶ Φίλιππος.* Nam Bassus et Philippus consules ordinarii erant, qui kal. Ian. anni 408 magistratum inierunt; ergo Zosimi locus tantum ad designationem spectat initio hiemis anni 407 p. Chr. factam. At vero sub imperatoribus quoque initio anni consules designari potuerunt. (Cf. Mommsen, Röm. Staatsalterth. II, 16, adnot. 1.)

Quare cum in fine carminis, ut iam diximus, utrumque imperatorem Claudianus celebraverit, vix dubium esse potest, quin poeta id simul eo consilio fecerit, ut congratularetur, quia anni 395 initio Arcadius et Honorius imperium post patris mortem susceperant.

Iam videamus, quae ratio intercedat inter carmen, de quo egimus, et carmen de IV consulatu Honorii. Quodsi hoc carmen re vera ad quartum consulatum Honorii pertinet, editum esse debet anno 398 p. Chr., quo Honorius cum Eutychiano consulatum gesserunt. Sed res eo dubia fit, quod toto carmine nullum omnino verbum factum est de Gildonis in Africa seditione, quae terras occidentem versus sitas concussit et ad famem prope adduxit. Haec seditio iam auctumno a. 397 p. Chr. commota est (cf. de bello Gildonico v. 66 seqq. 'Hanc quoque nunc Gildon rapuit sub fine cadentis Autumni') et hieme eiusdem anni exercitus in expeditionem contra Africam eductus est. (Cf. ibid. v. 16 'Quem veniens indixit hiems ver perculit hostem'.) Attamen carmen ne verbo quidem rem tanti momenti attingit. Nam quod Clinton v. 436 'Libyae squalentes harenas Audebit superare pedes' ad hanc expeditionem refert, egregie fallitur. Nam hoc loco Stilichonis fides et animi constantia universe depingitur ita, ut is non detrectaturus fuisse dicatur Libyae deserta peragrare aut Syrtes temptare, gravissimum nimirum munus vel militis vel nautae, si imperatoris regnique salus id postulasset. Similia sunt quae de cons. Olybrii et Probini v. 131 leguntur 'Non ego vel Libycos cessem tolerare labores Sarmaticosve pati medio sub frigore locos, Si tu, Roma, velis'.

Eodem modo Claudianus non intermisit quin diligenter praedicaret faustum Stilichonis bellum contra Gothos in Graecia anno 395[1]) commissum v. 459 seq.

Post otia Galli
Limitis, hortaris Graias fulcire ruinas.
Ionium tegitur velis ventique laborant
Tot curvare sinus servaturasque Corinthum
Prosequitur facili Neptunus gurgite classes. cet.

Dixerit quispiam m. Ianuario a. 398, cum Honorius quartum consulatum iniret, victoriam ex Gildone nondum reportatam fuisse poetamque eventum belli exspectare voluisse. At eiusmodi cunctatio non convenit cum moribus adulatoris, qualis Claudianus fuit. Quid quod mirum sane esset, si poeta paulo ante annum 398 p. Chr., quo nuptiae Honorii conciliatae sunt, in incertum dubiumque vocasset v. 645 seq. 'Quae tali devota toro, quae murice fulgens Ibit in amplexus tanti regina mariti?' cet., cum sub finem anni 397 haud ignotum esse posset Mariam, Stilichonis et Serenae filiam, designatam sponsam imperatoris esse. Accedit quod Claudianus de cons. Stilich. I, 3

Conubii necdum festivos regia cantus
Sopierat, cecinit fuso Gildone triumphos
Et calidis thalami successit laurea sertis,

nuptias iam ante victoriam vere a. 398 p. Chr. ex Gildone partam factas esse testatur. Nec credibile est Claudianum ausum esse Honorium, quamvis nondum quindecim annos natum, brevi ante sacra nuptialia tamquam imberbem puerum insignire, quod facere non dubitat v. 642 seq.

Quae gaudia mundo,
Per tua lanugo cum serpere coeperit ora,
Cum tibi protulerit festas nox pronuba taedas!

Magis etiam confirmatur carmen, de quo agitur, ad quartum consulatum referri non posse enumeratione consulatuum, quos Honorius iam gesserit v. 620 seq. Ad primum consulatum a. 386 p. Chr. spectant v. 623 seq.

Ausi Danubium quondam tranare Gruthungi
In lintres fregere nemus. Ter mille ruebant
Per fluvium plenae cuneis immanibus alni.

1) De hac pugna alibi copiosius agam, cum de ea multa perverse dicta sint.

Dux Odothaeus erat. Tantae conamina classis
Incipiens aetas et primus contudit annus;

ad secundum consulatum a. 394 p. Chr. pertinent v. 633 seq.

Civile secundis
Conficis auspiciis bellum. Tibi debuit orbis
Fata Gruthungorum debellatumque tyrannum.
Hister sanguineos egit te consule fluctus
Alpinos genitor rupit te consule montes.

De sequentibus consulatibus universe tantum notatum est v. 638 seq.

Sed patriis olim fueras successibus auctor,
Nunc eris ipse tuis.

Quod si Claudianus hoc carmen in quartum consulatum imperatoris composuisset, certe in enumerandis consulatibus tertium sic leviter non praeteriisset, praesertim cum v. 641 legatur

Sis precor assiduus consul Mariique relinquas
Et senis Augusti numerum.

Hinc enim apparet Claudianum imprimis numerum consulatuum imperatoris augere velle, ut, num unum tantum omiserit, valde sit dubium. Sin vero anno tertii consulatus nihil aliud fuisset in promptu ad praedicandum, minime poeta virtutes, quibus Honorius in pace excellebat, tacuisset. Verum praeter cetera omnia illud 'Sed patriis olim fueras successibus auctor, Nunc eris ipse tuis' ostendit Honorium, cum Claudianus hoc carmen scriberet, modo imperatorem factum esse. Atqui cum id a. 395 p. Chr. accidit, carmen ad tertium consulatum referri et initio anni 396 editum esse debet.

Id non intellectum esse dudum falsae interpretationi v. 612

Te fastos ineunte quater solemnia ludit
Omina libertas'.

imputandum est. Nam vox quater ita accipitur, quasi Honorius ea ut 'quartum consul' significetur. Cf. de III Honor. cons. v. 2. Sed nihil indicat nisi nomen Honorii quater in fastos relatum esse, ter cum a. 386, 394, 396 p. Chr. consul creatus, et quartum cum 393 p. Chr. a Theodosio Augustus declaratus sit. Cf. v. 170 seqq. de III cons. Honorii v. 83 seqq. Nam imperii quoque dies natales post Constantinum in fastis inscribebantur. Cf. Th. Mommsen: Ueber den Chronographen vom J. 354, p. 565, 1. (Abhandlungen d. Königl. sächs. Gesellsch. d. W. 1850.)[1]).

1) Cf. ibid. sub VIII; (p. 656 seq.): 393 Theodosio III et Abun-

Vulgaris ac pervagatus de hoc carmine error forsitan inde natus et profectus sit, quod initio in eius titulo etiam nomen Arcadii, a. 396 p. Chr. quartum consulis, inscriptum fuit. Ad id suspicandum haud temere coniectura ducaris, cum in hoc carmine extremo v. 652 seqq. etiam de Arcadio agatur. Adduci igitur possumus, ut credamus inscriptionem libelli fuisse 'de tertio Honorii et quarto Arcadii consulatu' eamque in prima collectione carminum Claudiani ambobus carminibus, quae ad consulatus pertinent, praepositam esse; tum vero librarium, qui Honorium etiam in altero libro maxime celebratum esse vidit, inde 'quartum consulatum Honorii' fecisse, et hunc titulum soli secundo carmini additum esse. Nullum huius rei vestigium in codicibus exstare mirari non possumus, cum inscriptio iam in codice Gyraldino depravata sit, et altera pars veterum librorum mss., quam V repraesentat, haec carmina non habeat nisi manu XV saec. scripta. Recentior vero classis mss. aut inscriptione caret, aut antiquiorem illum librum in ea re sequitur.

Quod reliquum est, quaeri possit, num ambo carmina de Honorio, sicut duo libri in Rufinum, in unum coniungenda coniunctaque praefationi prioris annectenda sint. Sed qui ea comprobat, quae supra de his carminibus exposui, hac quaestione supersedere potest; is vero qui dissentit, conferat v. 65 seq. prioris carminis cum v. 352 seq. alterius, atque ubi viderit his locis plane eadem contineri, vix dubitare poterit, quin carmina discernenda sint. Nec quod summus Claudianum eundem consulatum duobus carminibus celebrasse sine exemplo est. Cf. quae infra in praefatione de carminibus in Stilichonis consulatum dicemus.

Carmina iis, de quibus hactenus egimus, tempore proxima sunt Fescennina et epithalamium in nuptias Honorii et Mariae.

Haec carmina initio a. 398 p. Chr. edita esse efficitur ex iis, quae supra p. XXI in transcursu exposuimus.

Fescennina priore loco posuimus secuti auctoritatem codicum, a quibus editiones sine causa idonea discedunt.

Idem in fragmentum de bello Gildonico cadit. Id brevi post victoriam partam aestate a. 398 editum esse consentaneum est et ex v. 16, quem p. XXI attuli, colligi potest. Ab ipso poeta

dantio his cons. tenebrae factae sunt die solis hora II. VI. kl. Nov. et levatus est Honorius imperator Constantinopoli in miliario III a Theodosio patre suo X kl. Febr.

confectum et editum esse satis apparet ex carm. de VI consulatu Honorii v. 121[1]) et ex praefatione carminis de bello Getico v. 5.[2]) Accuratius de hac re egi in dissertatione, quae, inscripta 'Il teatro della vittoria riportata dai Romani su Gildone', in 'Rivista di filologia e d' istruzione classica', Torino 1874 p. 426 seq. inserta est.

Carmen de Theodori consulatu anno 399 editum est, cum Eutropii nomen non in fastis Romanis recipi iam constaret. Hoc docet v. 266 seq.

Accuratam quaestionem poscit praefatio, quae dicitur, ad secundum librum in Eutropium nec minus ipse ille liber secundus.

Incipiamus ab hoc carmine.

Primum constat in fine carminis secundi in Eutropium ne uno quidem verbo actum esse de Eutropii exsilio, quo Cyprum expulsus erat. V. 485 seq. nihil dicunt, nisi totum orientem plane perturbatum esse, a Tarbigilo (Tribigildo) excitatum, et periculum imminere a Parthis, qui 'Romanae iam finem quaererent paci'; cf. v. 477. Tum omnes subito perspexisse, quantae ignominiae esset Romanis imperium eunuchi. Iam salus imperii a solo Stilichone petitur (cf. v. 501 seq.), neque Auroram ipsam magnum illum imperatorem ut orientem tueatur rogare piget (cf. v. 527 seq.). Tantum vero abest, ut mentionem illa faciat Eutropii exsilii, ut oratione sua indicet illum eo tempore Constantinopoli commorari; cf. v. 593 'Eripe me tandem servilibus, eripe regnis', quae verba solum ad imperium Eutropii, imprimis ad illius consulatum referri posse quis est qui neget?

Iam vero cum illo carminis fine, ex quo Eutropium iam labefactum, minime vero exsilio affectum esse apparet, nullo modo conveniunt v. 10 seq., qui ad exsilium Eutropii pertinent. V. 20 seq. autem id certis verbis commemoratur:

> At vos egregie purgatam creditis aulam,
> Eutropium si Cypros habet vindictaque mundi
> Semivir exsul erit. Quis vos lustrare valebit
> Oceanus? tantum facinus quae diluet aetas?

Quibus rebus cognitis nemini dubium esse potest, quin inter

1) 'Sed mihi iam pridem captum Parnasia Maurum Pieriis egit fidibus chelys'.

2) 'Consulis hic fasces cecini Libyamque receptam'.

hunc locum et inter carminis finem summa intercedat discrepantia, sed aeque patet culpam eius rei in poetam conferri non posse.

Quod cum perpendas, facile fieri potest, ut in carminis fine lacunam esse statuas, eamque post v. 489, quo loco Eutropii potestatem percussam esse legimus. Quae si ita se haberent, quas res tradit Claudianus, accurate congruerent cum Zos. V, c. 13 seq., imprimis vero v. 462 seq. conveniret cum Zos. V, c. 17, 4 et V, c. 18, 3. Sed eam opinionem falsam esse docent illa, quae supra de exitu carminis diximus, ex quo loco Eutropii exsilium nondum notum fuisse facile intellegitur. Qui quidem exitus artissime cum iis, quae antecedunt, coniunctus est. Nam illa, quae Koenigius contra v. 490—500 levi argumento nisus affert, vera esse persuadere mihi non potui. Is tamen qui Koenigio assensus erit concedet, ne sic quidem lacunae locum datum esse.

Licet denique suspiceris carmen poetam non perfecisse; ergo post v. 602 etiam exsilium Eutropii commemoratum eiusque causam paulo accuratius expositam esse. Tum haud ineptum esset, si in v. 490—602 Claudianus de exsilio eunuchi nihil dixisset.

Quae tamen coniectura abhorret a Claudiani usu, quem tam longum carmen, quale tum evaderet, non amasse ex aliis carminibus scimus. Praeterea vero illi versus, qui nunc in fine leguntur, planissimam finis speciem prae se ferunt, ut nemo, qui sapit, eo loco carminis finem esse neget, praesertim cum similis exitus sit libri primi in Eutropium. Accedit, quod per se credi vix potest, poetam longissima Aurorae oratione ad Stilichonem habita narrationem interrupisse, quoniam inter omnes constat Zosimo auctore Stilichonem ipsum ad Eutropium expellendum omnino nihil attulisse. Intelligitur ex Aurorae oratione res orientis illo tempore in suspenso fuisse, ut nemo Eutropii exsilium non exspectaret, ut tamen incertum esset, quid forte Stilicho de rebus orientis animo moliretur. Ergo dubitari non quit, quin initium carminis sit interpolatione v. 10—23 corruptum; quam suspicionem non tantum ea movent, quae supra exposuimus, sed etiam v. 10. Verbum, a quo versus incipit 'Tunc' non spectare ad praecedentia iam Gesnerus animadvertit. 'Tunc, inquit, statim kalendis Ianuariis vel statim postquam designatus est flagitiosus consul. Ellipsis durior, sed necessaria cet.'.

Haec vero mehercle non est interpretatio, quae locum explicet, nam Gesnerus nihil fecit, nisi ut in commentario exponeret,

quod poetam dixisse vellet. Neque locum Koenigius sanavit, qui inepte coniecit scribendum esse:

> Quum decuit sentire nefas, tunc ire recentes
> Detersum maculas,

qua de coniectura ne verbo quidem opus est.

Praeterea vero hoc loco sententiam habemus tritissimam, sed satis inelegañter prolatam. Quare iure dubitare mihi videor, utrum v. 15 re vera corruptus sit, an obscurior, quae in eo inest sententia, interpolatori debeatur. Loco, qui legitur v. 10—23, omisso lacuna exoritur prorsus nulla, sed contra sententia restituitur. Subiectum, quod latet in 'Induerat' (v. 24) facile cognoscitur ex 'Consulis' (v. 9). Cum vero poeta v. 8 de ominibus locutus sit, ea, quae secuntur v. 24 seq. de iisdem ominibus, facillime iis subiunguntur quae antecedunt.

Quae interpolatio unde contextum invaserit, non difficile est ad cognoscendum. Errore librarius elegiam in Eutropium ante secundum librum in eundem posuit, quasi esset eius praefatio. Ea in elegia cum nonnullis locis Eutropii exsilium commemoratum esset, idem in ipso libro secundo tangeretur necesse erat. Quod nisi factum esset, coniunctio illorum carminum ea, quam diximus, ratione fuisset ineptissima. Ut omnia falsa sint, quae modo exposuimus, tamen praef. v. 19—20 soli ostendunt elegiam in Eutropium non esse libri secundi praefationem. Hoc enim loco de 'charta quadam agitur, quae Martis opus' confecerit. Quo de imperatoris edicto in toto libro secundo in Eutropium ne verbum quidem exstat. Talem autem rem poetam non omisisse, si re vera elegia ista secundo in Eutropium libro praemissa esset, per se patet.

Elegia igitur singulare carmen in Eutropium videtur esse, quod Claudianus in eunuchi exsilium edidit. Huc spectat inscriptio elegiae, quae legitur in codice Vaticano: IN EVNDĒ EVTROPIVM LIBER SĒVS; sed quod sequitur carmen in eodem codice inscribitur: INCIPIT̄ LIB̄ III. IV EVTROPIVM.

Ergo elegia paulo post librum secundum in Eutropium, quamquam eodem anno, composita est. Cf. Zosimus V, 18, 4.

Quare Claudianus tale carmen scripserit minus extensum, facile intellegitur. Duobus enim longissimis in Eutropium carminibus perfectis nihil restabat, quod de improbo eunucho non

dixisset, neque fieri potuit, ut novum et longum carmen de eadem anu proferret.

Illae difficultates priore tempore numquam observatae sunt, qua de re minus miraberis, si legeris in Koenigii praefatione, qui postremus in hasce res inquisivit, 'eum piguisse iis diutius immemorari'.

Digilentius tractanda sunt etiam carmina de consulatu Stilichonis.

Librum I pertinere ad primum consulatum Stilichonis constat, quem cum Aureliano anno 400 p. Chr. gessit. Id apparet ex v. 7 seqq.

Libyae post proelia crimen
Concidit Eoum rursusque oriente subacto
Consule defensae surgunt Stilichone secures.

Nam 'crimen Eoum' notat Eutropium eunuchum, qui a. 399 p. Chr. consul fuit, et seditione per Tarbigilum seu Tribigildum in oriente conflata eodem anno occidit. Nec minus plane lib. II, v. 3 seqq. 'Quo tandem flexus trabeas auctore rogantes Induerit fastisque suum concesserit annum, Mitior incipiat fidibus iam Musa remissis' primum consulatum indicant.

Librum II de consulatu Stilichonis apte cum primo cohaerere ostendit iam initium 'Hactenus armatae laudes'; nec dubitari potest, quin lib. I, v. 16 seq.

Narrem iustitiam? resplendet gloria Martis.
Armati referam vires? plus egit inermis

librum secundum praemonstret et quasi praecinat. Manifestum igitur est utrumque carmen ad Stilichonem de inito primo consulatu salutandum editum esse sub finem, opinor, anni 399, cum Stilicho consul designatus esset.

Quid vero de libro tertio de consulatu Stilichonis existimandum? Quod Heinsio in altera recensione a. 1665 et Burmanno[1]) placuisse videmus, hoc carmen ad secundum consulatum Stilichonis (a. 405 p. Chr.) referendum esse, a vera ratione longe remotum est. Recte Paul (Programm, Gross-Glogaviens. 1857, p. 16) dicit 'nihil continere carmen, quod ad annum 405 apte possit trahi; alia, quae persuasum habeat, poetam silentio non pressurum fuisse, plane reticeri'. Nec est, quod interroganti 'Num poetam omnes Stilichonis laudes adumbrantem

1) Etiam Clintoni, attamen de re dubitanti, id placuit.

obliturum fuisse censebimus bellum Geticum nuper confectum, cuius gloria reliquas res ab illo gestas superaret facile omnes?' obloquamur, praesertim cum primus consulatus Stilichonis in carmine non commemoretur, quod poeta sine dubio non omisisset, si carmen ad secundum consulatum relatum voluisset. (Cf. De III cons. Hon. v. 1, de IV cons. Hon., v. 1, v. 612; de VI cons. Hon. v. 659.) Certissimam denique rationem ad id quod volumus probandum suggerit v. 6—7 'Venerare curulem, Quae tibi restituit fasces'. Haec enim, cum Eutropius a. 399 consul fuerit, ad annum 400 p. Chr. referri debent.

Verumtamen ex eo, quod liber tertius de consulatu Stilichonis aeque ac primus ad primum Stilichonis consulatum pertinet, non sequitur, ut eodem tempore confectus et editus sit. Paul l. c. p. 17 id statuere videtur, et Koenigius (praefat. ad Claud. p. 45), qui tertium cum primo et secundo libro in unum quasi corpus coniungit in eorumque principio praefationem libri tertii ponendam esse censet, rem pro certa habet. Sed ex lib. II v. 406 seqq.

> Nunc te conspiciam castris permitte relictis,
> Mox et cum genero trabeis visura secundis,

apparet librum secundum et, quod cum eo cohaeret, primum ante scriptum esse quam Stilicho Romam venit, eo tempore, quo Honorii imperatoris adventus exspectabatur.

Interpretes quidem omnes v. 407 ita accipiunt, quasi Claudianus cupierit Stilichonem primo quoque tempore iterum consulem una cum Honorio socero fieri. Sed id, praeterquam quod ineptum esset his verbis[1]) eoque tempore alterius consulatus mentionem fieri, quo Stilicho in eo erat, ut primum consulatum iniret, Claudianus omnino cupere non potuit, quoniam unus consul in occidentali, alter in orientali imperio creari solebat. Verba 'trabeis secundis' significant loco allato 'consulatu bonis auspiciis inito', versuumque sententia haec est 'nunc, cum consul designatus sis, nunc Romam secundis dis simul cum Honorio genero redibis'.

Hanc spem ad irritum cecidisse intellegitur ex libro tertio, in quo nihil de Honorii adventu dictum est. Perspicuis verbis, quae simul probant, versus allatos recte a nobis explicatos esse, Claudianus rem transigit carm. de sexto consulatu Honorii v. 366 seqq. et v. 426 seqq.

---

1) Hoc si voluisset, poeta dixisset ut de cons. Theod. v. 340.

Numquam aliquid frustra per me voluisse dolebis,
O dea, nec legum fas est occurrere matri.
Sed nec post Libyam (falsis ne perge querelis
Incusare tuos) patriae mandata vocantis
Sprevimus. Advectae misso Stilichone curules,
Ut nostras tibi, Roma, vices pro principe consul
Impleret generoque socer. Vidistis in illo
Me quoque.

Manifestum est librum III post librum I et II eo tempore editum esse, quo Stilicho initio consulatus a. 400 p. Chr. in urbem Romam invectus est, librum vero I et II scriptos esse a. 399 p. Chr., cum fore sperabant, ut Honorius una cum Stilichone Romam veniret.

De coniungendis his libris in unum corpus et de praeponendis iis praefatione libri III eo minus cogitari potest, quod de reditu Stilichonis in urbem Romam, qui libro tertio, non primo aut secundo celebratur, in ea praefatione agitur.

Magna dissensio de carmine, quod Claudianus de bello Getico scripsit, inter viros doctos exorta est. Quam nuper Georgius Goetzius in Mus. Rhen. XXXI, p. 342—348 ita composuit, ut illud carmen anno 402 p. Chr. certis argumentis tribueret. Ne multa, ad accuratissimam Goetzii quaestiunculam viros doctos relegasse satis habeo.

Carmen de VI Honorii consulatu anno 404 p. Chr. editum est.

Elegiam vero ad Florentinum quendam, de qua supra actum est, si ea ad Stilichonem data est, poetam anno 405 p. Chr. composuisse constat, quo anno Stilicho Radagaisum apud Florentiam prorsus oppressit.

Epithalamium Palladii et Celerinae quin Claudianus ante Stilichonis caedem fecerit, dubium vix est, quoniam hoc in carmine Stilichonis nomen commemoratur. Praeterea, quod sciam, nihil de Palladii nuptiis notum est.

De raptu Proserpinae iam supra dixi prologum eius docere id carmen maturiori Claudiani aetati tribuendum esse, fortasse igitur post panegyricos, quos manibus habemus, a poeta factum esse. Nam quomodo aliter accipi possit poetam se cum nauta comparare, qui litore relicto iam altum mare ingredi audeat, non intellegitur.

Carmen de laude Serenae quando scriptum sit, dici nequit, quoniam finis desideratur. Wedekindius vero, qui Claudianum

in linguam vernaculam transtulit, vehementer erravit, quod, cum Theodosius magnus commemoretur, carmen hoc imperatore vivente scriptum esse contendit. Similiter Theodosius initio carminis de III consulatu Honorii introductus est, quamquam eum mortuum iam esse eodem carmine confirmatur.

Neque certi quicquam habemus, quod de tempore dicamus, quo Gigantomachiam Claudianus fecerit. Hoc carmen perfectum olim fuisse indicare videtur fragmentum illud, de quo egimus in Mus. Rhen. 1873, p. 293. Cf. quod affert Carolus Schenkelius l. c. p. 34. Vir doctus eodem loco p. 33 praeterea iure docet non ad nostram Gigantomachiam pertinere ea, quae Claudianus praef. in VI cons. Hon. dixit 'Enceladus mihi carmen erat vinctusque Typhoeus'. Nam hac in praefatione non de vero carmine poeta egit, sed de somnio quodam, quo usus est ad Honorium ultra modum celebrandum.

Minora carmina, idyllia, epistulae, epigrammata, quae in editionibus leguntur, quando a poeta prolata sint, epistula ad Serenam excepta quam post nuptias scriptam esse in Aegypto patet (cf. p. X), vix conicere possumus. At vero non erraveris carmina de Nilo et de Phoenice, quae carmina ad orientem spectant, nec minus ea quae scripta sunt ad Olybrium, Probinum, imprimis ad Gennadium (p. X), a Claudiano composita esse, cum iam in Aegypto moraretur.

Consilio hoc loco de laudibus Herculis, de quibus nuper Baehrensius nonnulla protulit, nihil dico. Quomodo nunc de hoc carmine iudicem, alibi explicabo. Hic satis habeo de iis carminibus egisse, quae certo ad Claudiani editionem pertinent.

III.

De libris manu scriptis et editionibus.

Meam sententiam de Claudiani carminum historia et de codicibus manu scriptis, quibus nobis ea tradita sunt, nuper exposui in Museo Rhen. 1872, p. 291—304 et 1874, p. 1—25, deinde in Ritschelii Actis I, p. 347—387. Quare infra ea tantum attuli, quibus opus est, ut unusquisque huius Claudiani recensionis fundamenta et praesidia facile perspiciat.

Longe optimus Claudiani emendationis fons est codex ille clarissimus a Gyraldo olim excussus, qui quod nunc absconditus

est, maxime nobis est querendum. Sed ne excerpta quidem, quae fecit Gyraldus, integra tradita sunt, postquam editio Aldina, quam vir doctus ex illo codice castigavit, in bibliotheca patrum societatis Iesu Antverpianorum olim conservata cum aliis monasterii libris hastae subiecta est mense Maio anni MDCCLXXIX, ut catalogus venditionis certissime testatur. In eo sub n. 2919 liber, de quo agitur, hoc modo affertur: '*Claudianus avec des notes manuscrites Venet. apud Aldum in 8°*'. Deinde vero illa editio Claudiani abscondita est neque, quamquam diligenter ubique inquisivi, mihi contigit, ut eam reperirem. Quare Gyraldina excerpta tantum nobis nota sunt ex editionibus Claudiani, quas vir praeclarissimus Nicolaus Heinsius in medium protulit, qui num omnia quae exstabant excerpta nobiscum communicaverit, potest esse dubium; nam Clercq van Jever in apparatu critico post editionem Burmannianam expresso aliquotiens scripturas ex codice Gyraldino attulit, quas Heinsius in optima editione anno MDCL parata non agnoscit. Quae quidem res Clercqii fortasse incuriae debetur, quare, ne in editione mea quidquam incerti proferrem, primam Heinsianam editionem solam secutus sum in Gyraldinis excerptis enotandis.

Eundem codicem fortasse vidit etiam Rosweidus, quem in epistula quadam scripsisse Barthius in adversariis, p. 789 affirmat: 'Epigrammate de quadriga marmorea pro vix omnino legendum vir ex veteri manuscripto, quo olim Giraldus usus est'; quae quidem scriptura cum scriptura codicis Gyraldini convenit neque vero minus cum scriptura aliorum librorum, ut huic rei, quae omnes post Heinsium editores fugerat, non multum tribuerim.

At maximi momenti erat, quod Heinsius alterum eumque pleniorem codicis absconditi fontem in lucem protulit. Haec sunt excerpta quae dicuntur Lucensia, quia is, qui fecit excerpta, ad lib. I in Ruf., v. 20 ipse ascripsit: *hinc coepi conferre cum vetustissimo codice amici cuiusdam Lucensis . geminis punctis . .* (sic!) *notaturus . quo illinc emendabo.*[1]) Sunt vero ex eodem codice hausta, unde sua sumpsit Gyraldus, qua de re iam ac-

1) Quae cum ita essent, iam Heinsius cum Langermanno Lucae, ut vetustissimum codicem investigarent, operam frustra dederunt, neque magis haec res mihi contigit, cum clarissimo viro Del Prete Lucensi auctore tantum comperirem re vera hac in urbe olim vetera Claudiani exemplaria exstitisse, ea vero dudum adversa fortuna perdita esse.

curatius egi Quaest. crit. p. 15 seq. Ad haec praecipue conferenda sunt, quae nuper exposui in Museo Rhenano 1874, p. 2—7 et in commentatione critica de codice Veronensi p. 46 seq. (Cf. infra p. XXXIII.) Hic satis habeo librum pretiosissimum breviter infra descripsisse.

Constant excerpta Lucensia ex duobus partibus multum inter se diversis. Prior particula legitur in margine vel inter lineas exemplaris cuiusdam editionis principis Vicentiae a. MCCCCLXXXII excusae, quae nunc conservatur in bibliotheca nationali (Magliabecchiana) Florentina sub hoc signo A. 4. 36.

Altera particula, quae olim cum illa editione coniuncta in bibliotheca Medicea servabatur, eodem loco adhuc restat plut. XXXIII, cod. IX. Continet vero hic liber non singula excerpta ex carminibus Claudiani collecta, sed contra omnia poetae carmina, quae in editione principe non leguntur, ex ordine eadem manu saeculi XV exeuntis, cui excerpta in editione principe debentur, ab initio usque ad finem accurate descripta. Sunt vero carmina ubique duabus columnis scripta, quarum singulae tricenos usque ad tricenos binos versus complectuntur, et incipiunt a clarissimo illo carminis, quod 'Aetna' inscribitur, fragmento (v. 265—283, (cf. quae dixi in Friderici Ritschelii Actis I, p. 354); secuntur n. XIII, LXXXV, LXXXI, LIV, LXXXVI, LXXVIII, LXXXVII, LXIX, XLV, XCII, XCI, LXXXIV, LXXIX, LXXXII, LXXXIX, XC, L, LI, XLIII, LII, LXXX, XXXIX, LXXIV, LXXXIII, XXX—XXXI (Palladii epithalamium cum praefatione), XLIX, XLIV, XLVII, XLVIII, XXIX (laus Serenae), XL, XCV, LVI, LVII, LVIII, LIX, LX, LXI, LXII, XLI, XLII, LIII, LXXV, LXXVI, LV, LXXII, LXXIII, LXX, XLVI, LXXVII, LXVIII, LXXXVIII, XXXVII (Gigantomachia).[1])

Alia emendationis praesidia a me adhibita sunt haec:

Codex Veronensis n. 163 formae minoris oblongae in bibliotheca capitulari eius urbis servatus, initio saeculi noni scriptus undevicenis vel duodevicenis versibus per singulas paginas distributis. Cuius venerabilis vetustatis causa valde deplorandum est, quod ille nunc misere mutilatus habetur nec minus a fronte quam in fine maxime decurtatus; deinde quod ipsae litterae temporum iniuria ab initio potissimum ita evanuerunt, ut, cum am-

1) Ubique usus sum in carminibus enumerandis numeris Gesnerianis, quos semper in editione mea uncis inclusos addidi, quoniam etiam nunc sunt usitatissimi.

monii hydrosulphurati aliusve medicamenti usus non concederetur, multis locis summa oculorum contentione vix a me dignoscerentur. Nunc quidem quattuor tantum fasciculis codex ille constat octona folia complectentibus, et praeterea tribus foliis singularibus, quae priorem particulam quinti fasciculi fuisse veri simile est. Incipit autem primus ex illis fasciculus a versu 34 Claudiani idyllii quod Magnes inscribitur, n. XLVIII. Secuntur carmina n. XLV, L, LI, LII, XXXIX, LXXIV, LXXVII, XLVI, C, LXVIII, XLIII, XLI, XLII, XCV, XLIV, carmen de Phoenice quod vulgo Lactantio tribuitur, LXXXI, LXXVIII, XCII, XCI, LXXXIV, LXXIX, LXXXII, LXXXIX, XC, LXXX, XL, XXXVII (Gigantomachia), laudes Herculis[1]), LXXII, LXXIII, LXX, LV; deinde disticha Catonis hac inscriptione praemissa: INCP. DICTA MARCI CATONIS AD FILIVM SVVM, de quibus accuratissime nuper egit C. Schenkelius, Zeitschr. Oest. Gymn. 1873, p. 485—499. De toto vero codice copiose primus ipse scripsi in libello ad philologos Germaniae Lipsiae congregatos salutandos anno 1872 edito, qui inscriptus est: De Claudiani codice Veronae nuper reperto commentatio critica Ludovici Jeep. Cf. quae dixi in Museo Rhenano 1873, p. 293 seq. et p. 296 seq.; ibid. 1874, p. 2.

Codex Vaticanus N. 2809, membranaceus formae octonariae. Constat hic codex ex tribus partibus, in quarum prima, saeculo XI scripta, haec carmina eo, quo enumerabimus, ordine continentur: Fescennina de nuptiis Honorii et Mariae (XI—XIV), libri in Rufinum[2]), cum praefatione uterque (II—V), epithalamium Honorii cum parte praefationis [v. 17—22] (IX—X), de bello Gildonico[3]) (XV) tres de Stilichonis consulatu libri, quorum tertio praefatio praefixa est (XXI—XXIV), liber de VI consulatu Honorii cum

1) Cf. Rivista di Filologia 1873. p. 405: L. Jeep, 'L'autore del poema laudes Herculis'.

2) In libro I post versum 159 lacuna exstat usque ad versum 215, ea tamen expletur folio membranaceo infixo, in cuius priore pagina versus, qui deerant, descripti erant manu prima eique simul cum ipso versu 215, qui primus versus est post lacunam. In altera vero illius folii pagina sub inscriptione 'ordo librorum' singulorum carminum initia deinceps enumerantur ea serie, qua leguntur in recentiore recensione. Deest vero etiam postremus versus libri secundi; is autem versus (v. 526), qui huic antecedit, sine lacunae specie statim excipitur a sex ultimis versibus praefationis in epithalamium Honorii.

3) In hoc carmine locus deest, qui exstat inde a versu 420—446: is tamen additus est in margine litteris minusculis eiusdem aetatis.

praefatione (XXVII—XXVIII). Tum secuntur multa carmina minora n. XXXIX, LII, XLIV, XLVIII, XLIX, XLVII, LXXIV, XXXVII (Gigantomachia), XCV, LI, LXXV, LXXVI, LXXXVIII, LXXVII, LIII, cui epigrammati hic versus praefixus est sub titulo 'de dulcio': '*Nectareo muro dulces cinguntur harenae*,' n. XLVI, XL, LXX, LXXI, LV, LXXII, LXXIII. Iam vero denuo nonnulla carmina secuntur maiora, laus Serenae (n. XXIX) epistulae ad Olybrium et ad Probinum (n. XXXIX), carmen de Theodori consulatu, cui praefatio addita est (XVI—XVII), libri in Eutropium, cuius alterius praefatio 'liber secundus' dicitur, cum iste secundus liber 'tertius' nominetur (XVIII—XX). Deinde sequitur epithalamium Laurentii (cf. Riese anth. lat. N. 742) et carmen n. LXVIII, quod excipitur a duobus parvulis carminibus, quae inscripta sunt 'de Liberalibus, laus Martis, de Iunonalibus' (cf. Riese anth. lat. 751, 749, 750). Secuntur carmina LVI, LVII, LVIII, LXII, LIX, LX, LXI, epithalamium Palladii cum prafatione (n. XXX et XXXI), n. XCIII, XCIV. Postremo subscriptum est: 'Explicit de aquila incipit de bello Pollentino': quibus verbis ea particula codicis finitur, quae saeculo XI scripta est, ita ut in hac postrema pagina pauci tantum versus legantur. Hinc vero, id quod maximi est momenti, apparet codicem V non, ut Heinsius coniecisse videtur (praef. ap. Burm. p. 22), esse mutilatum librum, qui olim plura Claudiani carmina complexus sit, sed imperfectum. (Cf. L. Jeep, Quaest. crit. cet. p. 7 seq.). In hoc codice multis locis membrana laesa saeculo XV, ut mihi videtur ex membranae ratione, reparata est, id quod ubique in apparatu critico accurate notavi. Quae deerant verba manu ista recentiore antiquam imitata restituta sunt.

Iam vero incipit altera codicis particula manu saeculi XV in membranis scripta, in qua inscriptionibus omissis continentur carmina in consulatum Olybrii et Probini (I), de III et IV Honorii consulatu, quorum priori praefixa est praefatio (VI—VIII), denuo Fescennina, carmen de bello Getico prooemio omisso (XXVI). Deinde uno folio vacuo relicto alia et deteriore saeculi XV exeuntis manu additi sunt tres de raptu Proserpinae libri, quorum tertio quoque praefatio praefixa est, quae in editionibus ante librum de VI Honorii consulatu legitur. (Cf. Ritschelii Acta I, p.382.)[1]

---

1) Ex hoc codice Vaticano descriptus est codex Vaticanus n. 1660 membranaceus, saec. XV. Cf. Ritschelii Acta I, p. 352.

Codex Ambrosianus M. 9 sup., membranaceus formae octonariae, saeculo XIII exaratus est et constat duabus partibus plane inter se diversis eamque ob causam accuratissime secernendis. Prior pars continet maiora Claudiani carmina hoc ordine: libros in Rufinum, carmen de bello Gildonico, libros in Eutropium, Fescennina, epithalamium Honorii, carmina de III et IV Honorii consulatu, de Theodori consulatu, tres libros de consulatu Stilichonis (in his versus qui sunt I, 152—II, 320 disturbatis fasciculis exciderunt), carmina de VI Honorii consulatu, de bello Getico, (in quo post versum 289 ei versus secuntur, qui in laudibus Stilichonis omissi erant). Hic prior codicis pars finitur. Subscriptum est: '*Explicit de titulis theodosiorum honori et stiliconis. andreas scripsit cui prospera queque dies sit.*' Deinde dimidia pagina vacua relicta in novo fasciculo incipit altera libri pars eodem saeculo manuque priori simillima exarata. Qua in parte altera carmina hoc ordine leguntur, accuratissime fere illo quidem cum eo, qui codicis Vaticani proprius est, conveniente: n. XL, XXIX (laus Serenae), XXXIX, LII, XLIV, XLVIII, XLIX, XLVII, LXXIV, XXXVII, XCV, LI, LXXV, LXXVI, LXXXVIII, LXXVII, LIII, tum versus ille '*nectareo muro dulces cinguntur harenae*', XLVI, LXX, LXXI, LV, LXXII, LXXIII, XLI, XLII, epithalamium Laurentii, LXVIII, de Liberalibus, laus Martis,[1]) LVI, LVII, LVIII, LXII, LIX, LX, LXI, XXX, XXXI (epithalamium Palladii cum praefatione), XCIII, XCIV, LXXXIII, LXXX, XLIII, LXXXV, LXXXI, LIV, LXXXVI, LXXVIII, LXXXVII, LXIX, XLV, XCII, XCI, LXXXIV, LXXIX, LXXXII, LXXXIX, XC, L. Secuntur nonnulla aliorum scriptorum opera diversis manibus exarata.

Codex Bruxellensis n. 5381, membranaceus formae octonariae, complectitur fol. 41^b—91^a manu saeculi XI exarata haec carmina: libros in Rufinum utrumque cum praefatione (II—V), in Eutropium (XVIII—XX), de bello Getico (XXV—XXVI) et Gildonico (XV). Cf. quae dixi in Museo Rhenano 1873, p. 295 et 1874, p. 2, praeterea Ritschelii Acta I, p. 379.

Codex Monacensis lat. n. 6292, membranaceus, (olim codex Frisingensis n. 92), qui excerpta Claudiani manu saeculi XI descripta fol. 116^a—117^a continet. Cf. quae de hoc libro in Museo Rhenano 1873, p. 74 seq. exposui. Est vero idem codex, in quo exstant celeberrima illa Publilii Syri et Tibulli excerpta.

---

1) De Iunonalibus deest in hoc codice, sed lacuna relicta est.

Codex Laurentianus n. 250, membranaceus, saec. XIII ineuntis, olim in conventu Sancti Marci Florentiae, quo pervenit de hereditate Nicolai Niccoli, quod nos docet libri inscriptio. Egi hoc de codice in Museo Rhenano, 1874, p. 9. (Cf Mus. Rhen. 1873, p. 294). Continet vero carmina hoc ordine: libros in Rufinum utrumque cum praefatione (II — V), Fescennina (XI —XIV), epithalamium de nuptiis Honorii cum praefatione (IX —X), carmen de bello Gildonico (XV), libros de Stilichonis consulatu, quorum tertius praefationem prae se fert (XXI—XXIV), carmen de VI consulatu Honorii cum praefatione (XXVII—XXVIII), carmina in Eutropium cum praefatione ante librum secundum (XVIII—XX), de III consulatu Honorii cum praefatione (VI—VII) et de IV consulatu eiusdem (VIII), de consulatu Theodori cum praefatione (XVI—XVII). Secuntur multa carmina minora: LVI, LVII, LVIII, LIX, LX, LXI, LXII, XLI, XLII, LIII, LXXV, LXXVI, LV, LXXII, LXXIII, LXX, LXXVI, LXXVII, LXVIII, XXXVII (Gigantomachia), XCII, XCI, LXXXIV, XXXIX, LII, XXXXIV, XXXXVIII, carmen de bello Getico cum praefatione (XXV — XXVI), XCV, XXXX, laus Serenae (XXIX), LXXXV, LIV, LXXXVI, LXXVIII, LXXXVII, LXIX, XLV, LXXIX, LXXXII, LXXXIX, XC, L, LI, XLIII, LXXX, LXXIV, LXXXIII, epithalamium Palladii cum praefatione (XXX—XXXI), XLIX, XLVII, libri de raptu Proserpinae.[1])

Codex Vossianus n. 294, membranaceus formae octonariae, saec. XIII ineunte descriptus (cf. Quaest. critt. p. 11), qui carmina hoc ordine continet: duos in Rufinum libros, quorum alter praefatione caret (II, III, V), carmen in Olybrii et Probini consulatum (I), carmina de tertio Honorii consulatu cum praefatione, de quarto eiusdem consulatu (VI—VIII), Fescennina (XI —XIV), epithalamium Honorii cum praefatione (IX—X), carmen de Manlii Theodori consulatu cum praefatione (XVI—XVII), de bello Gildonico (XV), libros in Eutropium, quorum alter habet praefationem (XVIII—XX), tres de Stilichonis consulatu libros, quorum tertio praefatio praefixa est (XXI—XXIV), carmen de bello Getico cum praefatione (XXV—XXVI), de VI consulatu Honorii cum praefatione (XXVII—XXVIII),[2]) XIII iterum, LXXXV, LXXXI,

1) Totus codex in libros divisus est ita, ut maiora carmina titulos prae se ferant '*liber primus*, *liber secundus cet.*' usque ad '*librum decimum quartum*', id quod facile singulis locis perspexeris ex apparatu critico. Carmen de raptu Proserpinae huius enumerationis expers est neque habet libri numerum.

2) Hic manu recentiore subscriptum est:

LIV, LXXXVI, LXXVIII, LXXXVII, LXIX, XLV, XCII, XCI, LXXXIV, LXXIX, LXXXII, LXXXIX, XC, L, LI, XLIII, LII, LXXX, XXXIX, LXXIV, LXXXIII, epithalamium Palladii cum praefatione (XXX—XXXI), XLIX, XLIV, XLVII, XLVIII, laudem Serenae (XXIX), XL, XCV, LVI, LVII, LVIII, LIX, LX, LXI, LXII, XLI, XLII, LIII, LXXV, LXXVI, LV, LXXII, LXXIII, LXX, XLVI, LXXVII, LXVIII, Gigantomachiam (XXXVII), libros de raptu Proserpinae.

Codex Sangallensis n. 273, membranaceus, saec. IX exaratus, ut testatur Carolus Schenkelius, qui hunc codicem post Heinsium denuo in Claudiani usum accurate excussit. (Cf. Acta acad. Vindobon. 1863, p. 35.) Hic liber continet p. 45—47 Claudiani Gigantomachiam. Ipse de codicis auctoritate egi in Museo Rhenano 1873, p. 293 et 1874, p. 2 et 8 seq.

Codex Reginensis n. 123, membr. saec. XI, in quo, ut mecum benigne nuper communicavit Alexander Riese, carmen Claudiani de Nilo legitur fol. 140^b. Olim hic codex me fugerat, quamquam eum notavit Bethmannus in Pertzii arch.

Codex Vossianus fol. 111 membr. saec. IX Ausonium continens praebet fol. 38 priorem partem (v. 1—10) praefationis Claudiani carminis de VI Honorii consulatu, quos versus ex hoc libro in anthologia latina (II, p. 105, n. 652) olim edidit Alexander Riese.

Haec sunt subsidia, quae ex codicum farragine ad Claudiani panegyricos, quibus minora carmina addenda sunt, emendandos non sine multo labore secrevi; nam memoria tenendum est, ut in Ritschelii Actis l. c. accuratius demonstravi, carminis de raptu Proserpinae emendationem prorsus esse diversam ab emendandi ratione, quam in aliis Claudiani carminibus sequi debemus.

Sunt vero panegyricorum, inter quos unus ille de Olybrii et Probini consulatu in plerisque omissus separatim tractandus est, minorumque carminum codices hoc modo discernendi.

Ad primam optimamque codicum classem referendi sunt codex Veronensis et Gyraldinus, qui notus nobis est duplici Gyraldi ipsius et eius cura, qui excerpta Lucensia quae dicuntur fecit. Quare utriusque libri scripturae eximia diligentia ubique

---

protulit in lumen auctoris utcunque volumen
quid libet intactum ducens gaufredus in actum.

Deinde decem versuum spatio relicto altera codicis particula incipit eadem manu exarata et ex eodem codice hausta.

sunt examinandae neque, ut prius saepe in editionibus factum est, eorum auctoritas aliis temere postponenda.

Alteri classi, ei quidem iam minus integrae, at Veronensi fragmento et excerptis illis clarissimis multo pleniori Vaticanum et Ambrosianum codices supra allatos tribuimus. Neque vero illorum librorum nihil hoc loco respicimus nisi Vaticani priorem partem, quae manu undecimi saeculi scripta est, et posteriorem Ambrosiani, quae ex eodem codice fluxit, unde Vaticanus descriptus est, et a carmine n. XL incipit.

Inter has duas classes locum habuisse videtur is codex, ex quo fragmentum Gigantomachiae in libro Sangallensi conservatum fluxit (cf. l. supra c.), ut meliorem Claudiani recensionem quam codex Vaticanus et Ambrosianus complecteretur, sed deteriorem quam Veronensis et Gyraldinus.

Ex recensione, quae Sangallensi fragmento repraesentatur, tertia, quam habemus, codicum classis paulatim exorta est; ex cuius classis codicum numero non nimis magno codicem Bruxellensem, Monacensem, in quo excerpta, quae ex eodém fonte, unde Bruxellensis liber haustus est, fluxerunt, continentur, Laurentianum n. 250 optimos elegimus.

Quartam classem innumerabiles fere codices recentiores, quos breviter dicimus, complent, quorum unius Vossiani supra descripti scripturas in apparatum criticum recepi, ne cui dubium esset, qualis eius se haberet classis ratio, neve quis putaret a me temere aliquid praeteritum esse, quod fortasse Claudiani emendationi usum ferret.

Ad primum Claudiani in Olybrii et Probini fratrum consulatum panegyricum emendandum, qui nunc in plerisque libris manu scriptis non legitur,[1]) praeter pauca excerpta Gyraldina et praeter codicem Vaticanum n. 294, qui hoc in carmine optimus putandus est, adhibui eos, qui infra allati sunt, libros manu scriptos.

Codex Mediceus plut. XXXIII. cod. 4, membr. in 8vo, saec. XIII scriptus, de quo vide Bandini cat. cod. latin. II, p. 79 seq. et quae ego exposui in Ritschelii Actis I, p. 349 seq. et 356. Continet vero carmina hoc ordine: libros in Rufinum, de III et IV Honorii consulatu, Fescennina, epithalamium Honorii, carmina de consulatu Theodori, de bello Gildonico, in Eutropium (lib. I et II), de consulatu Stilichonis (lib. I—III), de bello Ge-

1) Vide, quae exposui in museo Rhenano XXX, p. 13 et codices, quos infra enumeravi.

tico, de VI consulatu Honorii, epistolam ad Serenam, de laude Serenae, deinde nonnullis omissis alia carmina eodem fere ordine secuntur, quo descripta sunt in codice Vossiano n. 294. Post Gigantomachiam addita sunt carmina in consulatum Olybrii et Probini et libri de raptu Proserpinae.

Codex Florentinus n. 144 (cl. VII), in bibliotheca nationali nunc conservatus, membranaceus in 8vo, saec. XIII exeunte descriptus complectitur carmina hoc ordine: libros in Rufinum, de III et IV consulatu Honorii, de consulatu Theodori, Fescennina, epithalamium Honorii, de bello Gildonico, libros tres de consulatu Stilichonis, de VI consulatu Honorii, libros duo in Eutropium, de bello Getico; deinde spatium quattuordecim versuum vacuum relictum est, post quod manu prima exaratum legitur carmen in Olybrii et Probini consulatum. In fine huius libri lineola facta eadem manu, ea vero iam celerius currente, descripta sunt carmina n. XCV et LXXVII. Codex idem videtur, quem Heinsius Pricaeanum nominavit, cum alii sex argumentis, tum quod in prima pagina adhuc legimus: Ioannes Pricęus emi Genevę 1632.

Codex Leidensis n. 116, membranaceus, in 8vo, saec. XIII exeunte descriptus continet carmina eodem ordine, quo Vossianus n. 294; sed inter primum et secundum in Eutropium librum carmen in Olybrii et Probini consulatum interpositum est; finitur iam carmine de bello Getico. Cf. Catalog. a. 1716 edit.

Codex Farnesianus (nunc Neapolitanus) IV. E. 47, membranaceus in 8vo, saec. XIII scriptus carmina eodem, quo Vossianus n. 294, ordine complectitur, sed iam finitur carmine de VI Honorii consulatu. Tum manus recentissima carmen, quod inscribitur Paschale (n. XCV), adiecit. Praeterea in hoc libro exstat Gualteri Alexandreis.

Carmina de tertio et quarto Honorii consulatu, quae in omnibus codicibus melioris notae, quos attulimus supra, desiderantur, ex excerptis Gyraldinis et Lucensibus atque ex Laurentiano n. 250 et Vossiano n. 294 codicibus solis emendavi, cum vidissem totam quartam codicum classem in illis carminibus nihil habere, quod illorum auctoritatem superaret.

In transcursu commemoro excerpta quae dicuntur Gudiana; ea adhuc exstant in editione Basileae a. 1534 prolata, nunc in bibliotheca Gottingensi conservata. Hasce schedas, quas iam Heinsius minoris olim aestimavit quam Gesnerus, qui eas in apparatum criticum suae editionis recepit (cf. proleg. p. XXX), prorsus nullius momenti esse ad Claudianum emendandum diligenter ex-

posui in Museo Rhenano vol. XXX, p. 7 seq. et in praefatione meae editionis carminis de raptu Proserpinae p. XVI seq., ubi fata enarravi, quibus excerpta ista olim usa sunt.

Iam vero ut quisque videat, quot codices exploraverimus, ad enumerationem librorum accedamus, quos Parisiensibus aliisque paucis exceptis ipse olim excussi et in certas classes distribui.

Ad secundam classem pertinet codex Vaticanus n. 1660, membranaceus, in folio saec. XV ineunte exaratus, qui accuratum apographon praebet Vaticani n. 2809. Cf. Ritschelii Acta I, p. 352 et Mus. Rhen. XXX, p. 22.

Vestigia recensionis, quam tertia codicum classe circumscripsimus, prae se ferunt hi libri:

Codex Gudianus n. 220, membranaceus in 8vo, saec. XIII exeunte descriptus. Cf. Quaest. crit. p. 9, Mus. Rhen. XXX, p. 9 seq.

Codex Urbinas n. 657, membranaceus saec. XV exaratus. Videtur esse ex Laurentiano n. 250 descriptus. Cf. Ritschelii Acta I, p. 350.

Codex Parisinus lat. n. 8295 (olim Colbertinus n. 4054), membranaceus, saec. XIII exaratus, quem in meum usum doctissimus vir Maximilianus Bonnet inspexit et excerpsit. Continet vero hic liber praeter panegyricos[1]) minora carmina et raptum Proserpinae, de quo infra egimus. Magis quam Gudianus mentem nostram attrahit, quod transitum a classe tertia ad quartam illustrat, eadem praefatione tum ante librum secundum in Rufinum posita, tum ante carmen de bello Gildonico. Transitus speciem habent etiam codicis scripturae. Velut in praefatione modo laudata, quo loco primum legitur, servatur v. 12 'Et geticam'; ubi vero altero loco exstat, idem locus iam corruptus est in 'Gildonis'. In libro secundo in Rufinum v. 63 habemus 'çernit spectacula' (*m. II add.* ////// amina), v. 135 'columpnis', at vero v. 22 iam 'remittat' pro 'resolvat', v. 71 'Preceptis', v. 103 'tranquilla in pace locatis', v. 187 'classes' (pro 'caedes'), quod exortum esse ex 'clades' in omnibus deterioribus traditum per se patet; eam scripturam etiam hic addidit manus II.

---

1) Leguntur hoc ordine: libri in Rufinum, de bello Gild., Fescennina, Epith. Honorii, de III et IV consulatu Honorii, de consulatu Theodori, de consulatu Stilichonis libri, de VI consulatu Honorii, de bello Getico, in Eutropium libri.

Nonnulla vestigia eiusdem classis sive in carminum serie sive in singulis scripturis servaverunt etiam hi codices, qui iam multo magis ad deteriorem quartam codicum seriem inclinant:

Codex Riccardianus n. 718, membranaceus, saec. XV scriptus.

Codex Mediceus pl. XXXIII. cod. 5, membranaceus, saec. XIII scriptus.

Codex Mediceus pl. XXXIII. cod. 7, chartaceus, saec. XV scriptus.

Codex Vaticanus n. 5157, membranaceus, saec. XIV scriptus.

De quibus codicibus vide, quae dixi Mus. Rhen. XXX, p. 21 seq.

Paucis locis etiam Codex Patavinus membranaceus, saec. XIII exaratus (cf. l. c. p. 24), tertiam classem refert, quamquam in carminum ordine et longe plurimis lectionibus cum codicibus quartae classis accurate convenit. Omnino in quinque libris, quos postremo loco enumeravi, rarae vetustioris recensionis scripturae certa artioris hac cum recensione coniunctionis indicia plerumque haberi non possunt; eae potius correcturae sunt, quas librarii in fontes, unde hauserunt, ex meliore quodam codice sparsim in suos libros transtulerunt. Quae cum ita sint, tum codices modo commemoratos tum alios paucos, qui hic illic cum melioris classis scripturis fortuito conveniant, totos quartae classi attribuere maluimus.

Primum hoc pertinet ad codicem Vindobonensem n. 3246 (cf. Endlicher cat. codd. bibl. palat. Vind.), saeculo XV descriptum, ab Hartelio viro doctissimo in meum usum benigne inspectum (cf. l. c. p. 14 et 18), nec non ad librum membranaceum Parisinum, (olim Telleriano-Remensem) n. 7936[1]), saec. XIV conscriptum, ex quo multa mecum communicavit Maximilianus Bonnet. In eo carmina ordine quartae classis leguntur; secuntur pauca saltem scripturarum exempla, quae olim in promptu non erant (vide l. c. p. 21), ut errorem olim ignorantia mea exortum corrigam: carmen secundum in Rufinum v. 135 'columpnis', v. 433 'flagrant' (*in*

1) Continentur carmina hoc ordine: duo libri in Rufinum (secundus sine praefatione), de bello Gildon. (cum praefatione), libri in Eutropium, Fescennina, Epithalamium Honorii, de III et IV consulatu Honorii, de consulatu Theodori, de consulatu Stilichonis, de VI consulatu Honorii, de bello Getico. — Ceterum in multis codicibus infra collatis etiam aliorum scriptorum opera exstant, de quibus ubique nihil dixi.

marg. m. II add. 'certant'). Alia omnia accuratissime cum libris quartae classis conveniunt.

Hic quoque codex Parisinus lat. n. 18552 commemoretur, membranaceus, saec. XIII scriptus. Erat is liber olim in bibliotheca ecclesiae Notre-Dame et in primo folio nomine '*Ant. Loisel*' ornatus est, quare puto eum codicem Oiselianum esse, quo usus est Heinsius. Continet vero maiora carmina et pleraque minora, inter quae de bello Getico carmen interiectum est, prorsus eodem ordine, quo ea continet Laurentianus n. 250. Et profecto quamquam praefatione quoque ante bellum Gildonicum tralata quartae classi totus tribuendus est, tamen vestigia vetustioris recensionis hic illic non desunt. Velut in carmine in Rufinum II, v. 433 'flagrant' servatum est. (Cf. Degen, progr. Rogasen. a. 1870, p. 17 et ibid. a. 1874, p. 5.)

Sed haec hactenus. Ne quis, qui parvulos libellos, quos de emendatione Claudiani olim composui, manibus non habuit, fundamentorum huius novae recensionis Claudiani ignarus maneat neve denuo frustra adeat emendationis fontes dudum exhaustos, infra codices quartae classis a me adhibitos ita adnotavimus, ut de recensionis subsidiis ab amicis nuper missis, de quibus nondum alibi egi, pauca accuratiora adderem.

Codex Parisinus[1]) lat. n. 8079, membranaceus, saec. XIII scriptus. Continet maiora carmina eo ordine, quo usus Parisinus n. 7936; accedunt minora.

Codex Parisinus lat. n. 8080 (olim Telleriano-Remensis), membranaceus, saec. XIII scriptus. Complectitur maiora carmina ordine modo sub cod. n. 8079 allato, pauca minora et raptum Proserpinae, de quo infra disputabimus.

Codex Parisinus lat. n. 8081, chartaceus, saec. XV scriptus vel potius, ut putat Maximilianus Bonnet, saec. XVI. Continet carmina maiora ordine modo allato; accedunt libri de raptu Proserpinae, de quo infra, et Phoenix v. 1—68.

Codex Parisinus lat. n. 8082, membranaceus, saec. XIII exaratus. Continet Raptum Proserpinae, de quo infra, deinde carmina maiora ordine supra notato.

Codex Parisinus lat. n. 5719 (olim Colbertinus), membranaceus, saec. XIV scriptus. Continet maiora et minora carmina

1) Gallos codices praeclara liberalitate in meum usum inspexit, excerpsit, contulit Maximilianus Bonnet nunc Parisiensis.

ordine codicis Laurentiani n. 250, sed in singulis scripturis prorsus cum libris deterioris classis consentit.

Codex Parisinus lat. n. 8296 (fol. 1 notatum '*Claudii Puteani*'), membranaceus, saec. XIII scriptus. Continet maiora eo ordine, quo usus est Parisinus n. 7936, deinde minora carmina et raptum Proserpinae, de quo quae infra diximus vide.

Codex Parisinus lat. n. 18551, membranaceus, saec. XIII scriptus, initio vario modo decurtatus. Hic liber maiora carmina usque ad belli Getici v. 367 *(incl.)*, fine nunc absciso, id quod index sequentis quaternionis in inferiore paginae parte '*dum marcent*' nos docet, ordine supra modo laudato continet.

Codex Parisinus lat. n. 2908 (olim Colbertinus), membranaceus, saec. XIV scriptus. Continet liber maiora carmina eo ordine, quo Parisinus n. 7936, deinde minora nonnulla.

Quam recte de illis codicibus indicaverimus eos deterrimae classi tribuentes, facile apparet ex eo, qui sequitur, nonnullarum variarum lectionum conspectu, quem quaeso cum meae editionis apparatu critico ipse compares. Praefatio ante librum II in Rufinum neque ante bellum Gildonicum n. 8079 ‖ Praefatio ante bellum Gildonicum neque ante librum secundum in Rufinum n. 8080, 8081, 8082, 5719, 8296, 18551, 2908 ‖ Praef. v. 12 Gildonis n. 8079, 8080, 8081, 8082, 5719, 8296, 2908 Gildonis, *in marg.* vel Et geticam n. 18551 ‖ In Ruf. II, v. 22 remittat n. 8079, 8080, 8081, 8082, 5719, 8296, 2908 ‖ v. 63 spectat certamina n. 8080 ‖ cernit certamina n. 8079, 8081, 8082, 5719, 8296, 2908 ‖ v. 71 P̄cipitis n. 8080 ‖ Praeceptis n. 8079, 8081, 8082, 5719, 8296, 2908. ‖ v. 103 tranquilla in pace locatis n. 8080, 8081, 8082, 5719, 2908 tranquilla in parte locatis n. 8079, tranquilla in pace locuatis, *superscr.* vel relictis n. 8296 ‖ v. 135 metallis n. 8079, 8080, 8081, 8082, 5719, 2908 ‖ metallis, *superscr.* vel columpnis n. 8296. ‖ v. 187 clades n. 8079, 8080, 8081, 8082, 5719, 8296, 2908 ‖ v. 342 Inscribi n. 8079, 8080, 8081, 8082, 5719, 8296, 18551, 2908 ‖ v. 433 certant n. 8079, 8080, 8081, 8082, 5719, 8296, 2908, *hoc verbum abscisum in* 18551.

Iam vero ad eos codices pervenimus, in quibus excerpta quaedam ex Claudiani carminibus conscripta sunt, ad quae olim viros doctos iam Meyuckius adverterat in Museo Rhenano. Quorum librorum Maximilianus Bonnet non modo accuratam descriptionem et collationem liberalissime nuper mihi Lutetia Parisiorum transmisit, sed etiam eorum auctoritatem summa cum

diligentia recensuit, ut nihil vix mihi relinquatur, nisi ut viri docti litteras typis exprimendas curem.

Duo sunt codices manu scripti, qui potissimum hoc loco commemoratione digni sunt. Primus est codex Parisinus n. 7647 (olim Colbertinus), qui nomen '*Jac. Aug. Thuanj*' fert, membranaceus, saec. XIII scriptus; alter codex Parisinus lat. n. 17903 (ex ecclesia Notre-Dame) membranaceus, saec. XIII exaratus. Prior codex continet excerpta ex omnibus fere Claudiani carminibus sumpta, eodem ordine, quo maiora carmina utuntur in Parisino libro n. 7936. Omnia vero apertam deterioris classis notam prae se ferunt, id quod facile intellexeris ex iis, quas infra subiecimus, excerptorum scripturis a nostra editione discrepantibus,[1]) qui conspectus complectitur In Rufin. I, v. 25—117.

	Editio	Excerpta
v. 26 v. 41	Alecto	Allecto
v. 43	tum	tunc
v. 48	Quo	Quo *ex* Que *corr.*
v. 49	cingimur	accingimur
v. 50	nimis ignavae quas Iuppiter arcet Olympo	nimium segnes celos quas Iupiter arcet Olympo.
v. 51	Theudosius	Theodosius
v. 55	dilapsa	delapsa
v. 62	cupio	cupido
v. 64	fluvios ruptis immittere	s t fluvios rupiti immitere
v. 65	vexere	laxare
v. 69	Ditis	Dictis
v. 78	Inlicitumue	Illicitumque
	patrius quem	e patriusqm (e *altera manus* [?] *add.*)
v. 79	dederit (*ex corr. pro* dederat) frater	dederint fratres
v. 80	*legitur h. l.*	*h. l. omissus est*
v. 82	Agamemnonios	Hagamannonios
v. 84	Oedipoden	Edipodem
v. 86	o sociae	furie ~~osame~~ (*sic ex corr. alt. m.*)

1) Orthographica plerumque neglexirnus.

	Editio	Excerpta
v. 87	est nec posse	est, posse
v. 88	Si libet	Si placet
v. 91	Acribus Euxini	Acrius arpiis
v. 97	Meque etiam tradente dolos	Me tradente dolos gestus
v. 98	sensusque	vultusque
v. 101	Tartesiacis	Tarchesiacis
v. 101	satiaret	saciaret
v. 103	exhauserit	exhauxerit
v. 105	unanimos	unanimes
v. 109	Ipsa	Ipsa ≡ *(in ras. erat* m.)

Alter codicum, in quibus excerpta leguntur, **Parisinus** lat. n. 17903, est. Is eadem complectitur, quae Parisinus n. 7647 continet, neque alio ordine descripta. Praeterea scripturarum discrepantia inter illos plerumque iis tantum locis apparet, ubi librarii vel diversam orthographiae rationem secuti sunt vel non vitaverunt notissimos istos librariorum errores, in quos alii aliter incidere solent.

Ergo dubitari nequit, quin artissimo vinculo cognationis duo illi libri inter se coniungantur; neque vero tali, ut alter ex altero, sed ut uterque ex uno eodemque fonte sit haustus. Nam primum priori, quam reiecimus, excerptorum Parisinorum derivationi obstaret aetas codicum prorsus aequalis, deinde n. 17903 Ruf. I, v. 80 praebet, qui deest in altero Parisino; at in hoc leguntur ex raptu Proserpinae I, v. 101—106, quibus versibus Parisinus n. 17903 caret. Qua quidem re sententiam, quam de codicibus duobus constituimus, satis probari per se intellegitur.

Ad illos excerptorum libros accedit codex **Parisinus** lat. 13582 (olim Sangermanensis), membranaceus, saec. XIII scriptus. Excerpta Tibulliana, quae in eo libro insunt ex codice Parisino n. 17903 sumpta esse iudicavit Woelfflinus in Philologo XXVII (an. 1868), p. 153 seq.; id quod de excerptis Claudianeis eiusdem codicis Maximilianus Bonnet, qui in ea inquisivit, non nimis certe affirmaverit. Verum quidem est, pauca illa[1]) quae continet codex n. 13582, legi etiam in duobus, de quibus actum est, codicibus

1) Continet codex n. 13582 In Eutropium I, v. 181—188, 190—193; II, v. 50—52, v. 149, de bello Getico v. 262—263, epigr. n. LXX, v. 11, LXXV, v. 9—10.

Parisinis, at aetas talem derivationem non commendat. Conspectus nonnullarum codicum scripturarum, quem infra expressimus, unicuique de iis indicium permittet.

	cod. 13582	cod. 17903	cod. 7647
	uel tetrior (add. m. II)	t (man. II add.)	
In Entrop. I, v. 183	trucior	tegrior	tetrior
„ „ I, v. 188	timet	timet	timet
„ „ I, v. 190	Ipse n eunuch' (o above n)	Iste nec eunuchis	Ipse nec eunuchis
„ „ II, v. 51	Despicit̃	Despicit̃	Decipitur (sic! corr. m. II.)
n. LXXV, v. 9—10	..Quas male collegit fallacis dextra parentis [Has penis nati dextra refundit opes } sic omnes tres		
	Has penis	Has $\overset{9}{\text{penas}}$ (corr. m. II.)	Has ~~sepius~~ penis (corr. m. II.)]

Commemoretur hic denique codex Parisinus lat. n. 8818 A. (olim Mazarineus 6605), membranaceus, saec. XV scriptus. Continet nonnullos flosculos undique ex Claudiani carminibus decerptos, qui emendationi poetae fructum prorsus nullum ferunt. Idem cadit in codicem Parisinum n. 3348 membranaceum, saec. XIV scriptum. Hic codex continet varia excerpta ex Claudiani carminibus sine certo ordine et sine ullo pretio. Excerpta ex Claudiano similiter facta habet etiam cod. lat. Parisinus n. 15155.

Accedit ad illos codices in Gallia nunc servatos etiam liber Montepessulanus I. II. 330, de quo vide catalogue géneral des Mss. des bibl. publ. des départ. I, p. 419, ubi, ut vix dubium est, nimiam ei vindicaverunt aetatem saeculo XII—XIII tribuentes, cum ubique speciem saeculi tertii decimi scripturae prae se ferant. Idem demonstrat ordo carminum, qui accurate convenit cum eo, quem secutus est Parisinus n. 7936. Caret vero idem minoribus carminibus et raptu Proserpinae, in fine habet panegyricum de bello Getico. Sed ut sententiam meam probaveris, vide nonnulla quae Maximiliano Bonnet intercedente in meam gratiam excerpenda curavit bibliothecae collegii Montepessulani praefectus: Liber II in Rufin. non habet praefationem, quae ad bellum Gildonicum tralata est; ibid. legitur v. 22 remittat, v. 63 tenuit certamina campi, v. 71 Praeceptis, v.103 tranquilla in pace locatis, v. 135 metallis, v. 342 Inscribi, v. 433 tẽptant elidẽ saxis.

Sed non ex Gallia sola nova in promptu sunt. Etiam Baehrensius amicus doctissimus in Britannia nonnullos libros in meum usum liberalissime inspexit. Sunt vero hi libri:

Codex collegii Trinitatis Cantabrigensis O. 3. 22 (olim Galeanus), membranaceus, saec. XIII scriptus.

Codex Phillippicus n. 9155 (nunc Cheltenhamensis), membranaceus, saec. XIII scriptus.

Codex Phillippicus n. 8775, membranaceus, saec. XIII exaratus (olim Theodori Pulmanni). Continet hic liber tantum maiora nonnulla.

Codex Phillippicus n. 16304, membranaceus, saec. XIII scriptus.

Praeter illos mea gratia vir doctus codices duo Oxonienses recentes[1]) et unum musei Britannici perscrutatus est. Neque vero hi neque illi, ut statim Baehrensio apparuit, ullius momenti sunt ad Claudiani emendationem, quod eo certius potuit affirmare, cum in eos inquireret manibus tenens libellum, quem de Claudiani emendatione l. c. ipse conscripsi. Ex nullo igitur libro necesse erat scripturae excerperentur.

Ad codicem Parmensem, qui olim in Italia me effugerat, me adverit amicus Guilelmus Meyer, clarissimus Porphyrionis editor, neque segniter mihi per litteras roganti vir humanissimus Aloysius Barbieri Parmensis accuratissima excerpta ex hoc libro liberaliter transmisit. Est vero codex Parmensis n. 2104, membranaceus, saeculo XIII scriptus. Continet raptum Proserpinae, de quo vide quae infra dicemus, deinde maiora carmina vulgari deterioris classis ordine, denique carmen de consulatu Olybrii et Probini. Reliqua eiusdem Claudiani, quae hoc in libro leguntur, librarius quidam saeculi quinti decimi descripsit. Codex quartae classi tribuendus est.

Praeterea adhuc partim me praeterierunt, partimpost mea de Claudiani emendatione studia in lucem prolata sunt, quae Degen in duobus gymnasii Rogaseni programmatis anni MDCCCLXX et MDCCCLXXIV exposuit de Claudiani codice Vratislaviensi saeculo XIII exarato. Vir doctus hunc codicem, quantum ei necessarium videbatur, ut certum de eo iudicium ferret, accuratissime contulit; deinde cum aliis codicibus, quorum notitiam ex Burmanni editione traxit, et cum codice Parisino, olim Oiseliano, comparavit. At cum aliunde nihil haurire posset ne-

1) Sunt haud dubie ii, quibus usus est Heinsius.

que eorum notitiam haberet, quae pluribus locis de Claudiano emendando scripsimus, diligentissima studia nihil nos docuerunt, nisi codicem Vratislaviensem omnino ad quartam classem referendum esse.

De codice Petropolitano certiorem me liberalissime fecerunt doctissimi viri Lucianus Muellerus et R. Minzloffius bibliothecae Petropolitanae praefectus. Est vero ille codex saeculo XIII scriptus et erat olim, ut verisimile est, bibliothecae Germanensis. Non magnam habet auctoritatem, sed deteriori classi addicendus.

Deterioris classis codices ipse investigavi, qui secuntur. Cf. Mus. Rhen. XXX p. 10 seq.

Codex Vaticanus n. 2808 chartaceus, saec. XV—XVI.
Codex Vaticanus n. 3289 membranaceus, saec. XIII.
Codex Vaticanus n. 5346 chartaceus, saec. XV—XVI.
Codex Vaticanus n. 2807 membranaceus, saec. XIII—XIV.
Codex Vaticanus n. 3290 membranaceus, saec. XIV.
Codex Vaticanus n. 3311 chartaceus, saec. XV—XVI.
Codex Vaticanus n. 5134 chartaceus, saec. XV—XVI.
Codex Reginensis n. 1540 membranaceus, saec. XIII.
Codex Chisianus H. VII. 236 membranaceus, saec. XV.
Codex Farnesianus IV. E. 47 membranaceus, saec. XIII.
Codex Bononiensis n. 2221 membranaceus, saec. XV.
Codex Ambrosianus M. 9. sup. membranaceus, saec. XIII.
Codex Ambrosianus M. 5. sup. membranaceus, saec. XIII.
Codex Ambrosianus S. 66 sup. membranaceus, saec. XV.
Codex Mediceus plut. XXXIII, cod. IV membranaceus, saec. XIII.
Codex Mediceus plut. XXXIII, cod. III membranaceus, saec. XV.
Codex Mediceus plut. XXXIII, cod. VI membranaceus, saec. XIII.
Codex Mediceus plut. XXXIII, cod. II chartaceus, saec. XIV.
Codex Florentinus n. 144 bibl. nationalis, membranaceus, saec. XIII.
Codex Sangallensis n. 191 membranaceus, saec. XIII.
Codex Bernensis n. 472 membranaceus, saec. XIII.
Codex Turicensis n. 10 membranaceus, saec. XIII.
Codex Bruxellensis n. 9974 membranaceus, saec. XIII.
Codex Vossianus n. 126 membranaceus, saec. XIII.
Codex Vossianus n. 385 membranaceus, saec. XIII.

Codex **Leidensis** n. 116 membranaceus, saec. XIII.
Codex **Leidensis** n. 131 membranaceus, saec. XIII.
Codex **Cantabrigiensis** membranaceus, saec. XIV.
Codex **Helmstadiensis** 499 membranaceus, saec. XIII.
Codex **Erlangensis** n. 298 membranaceus, saec. XIII.
Codex **Palatinus** n. 1714 membranaceus, saec. XV.
Codex **Palatinus** n. 162 membranaceus, saec. XV.
Codex **Reginensis** n. 1385 chartaceus, saec. XV.
Codex **Reginensis** n. 2080 membranaceus, saec. XIII.
Codex **Leopoldianus** (Florentinus) chartaceus, saec. XV.
Codex **Ambrosianus** H. 57 inf. membranaceus, saec. XIII—XIV.
Codex **Ambrosianus** L. 105 sup. membranaceus, saec. XIII—XIV.
Codex **Ambrosianus** O. 74 sup. chartaceus, saec. XVI.
Codex **Erlangensis** n. 861 chartaceus, saec. XV.
Codex **Bernensis** n. 633 membranaceus, saec. XIII.
Codex **Monacensis** n. 6722 chartaceus, saec. XV.
Codex **Chisianus** H. VI. 212 membranaceus, saec. XIV.
Codex **Patavinus** membranaceus, saec. XIII.
Codex **Ottobonianus** n. 823 chartaceus, saec. XV.
Codex **Patavinus** n. 141 chartaceus, saec. XVI.

Iam vero pervenimus ad alteram huius quaestionis partem, in qua agendum est de arte critica in carmine de raptu Proserpinae factitanda, quam prorsus secernendam esse ab arte critica in aliis Claudiani carminibus observanda omnibus lectoribus denuo hoc loco in mentem revocaverim, ne forte quis miretur, quod infra nonullos codices iterum notatos videat supra iam allatos. Secutus vero sum praefationem meae editionis raptus Proserpinae, cum nescirem, quomodo aptius rem tractarem.

Codices, qui raptum Proserpinae continent, plurimi in quinque classes dividendi sunt.

Prima classis eos libros complectitur, qui quem libri impressi habent finem exhibent v. 448 (IV, v. 117 ed. Jeep) '*Pars stupefacta silet, pars nondum exterrita latrat*' quorumque tertio libro praefatio carminis in VI consulatum Honorii praefixa est. Lacunae, quae in aliis libris mss. inveniuntur, in his non exstant. Haec locupletissima in duas partes secernenda est, quarum prior illos libros complectitur, qui I, v. 53 '*Longaque ferratis evolvunt saecula fusis*'

servaverunt, altera vero eos recte, qui interpolatam scripturam '*pensis*' praebent.

Ad priorem primae classis particulam referendi sunt hi codices:

Codex Laurentianus plut. XXIV sin. cod. 112, membranaceus in-8° saec. XII—XIII.

Codex Vossianus n. 294, membranaceus in-8° saec. XIII.

Alteri particulae huius classis tribuendi sunt codices qui secuntur:

Codex Vaticanus n. 1663, membranaceus in-8° saec. XIV.
Codex Vaticanus n. 2809, membranaceus saec. XV.
Codex Vaticanus n. 1660, membranaceus in-folio saec. XV.
Codex Vaticanus n. 2795, chartaceus in-4° saec. XVI.
Codex Vaticanus n. 2864, chartaceus in-8° saec. XV—XVI.
Codex Vaticanus n. 2808, chartaceus in-8° saec. XV—XVI.
Codex Ottobonianus n. 2126, chartaceus in-8° saec. XV.
Codex Reginensis n. 1369, membranaceus in-8° saec. XV.
Codex Reginensis n. 1428, membranaceus in-4° min. form. saec. XIV.

Codex Reginensis n. 1556, membranaceus in-8 saec. XIII—XIV.

Codex bibl. Barberinae n. VIII. 41, membranaceus in-4° min. form. saec. XIII—XIV.

Codex bibl. Barberinae n. VIII. 68, membranaceus in-4° min. form. saec. XIV.

Codex chartaceus saec. XV—XVI, quem ex libris suis liberaliter mihi suppeditavit olim vir doctissimus Dresselius Romanus, qui nuper obiit.

Codex bibl. Corsinianae Col. 46 = D. 36, chartaceus in-8° saec. XV.

Codex bibl. Angelicae N. T. 4, 10, membranaceus in-4° saec. XV.

Codex bibl. Gaddianae, nunc Laurentianus plut. XCI, cod. 34 sup. chartaceus in-8 min. form. saec. XV.

Codex Mediceus plut. XXXIII, cod. VIII, chartaceus in-folio saec. XV.

Codex Laurentianus, plut. XXXVII, cod. 14, membranaceus in folio saec. XV.

Codex Leopoldianus, nunc Laurentianus ex bibl. aedilium Flor. eccles. cod. 203, chartaceus in-8° saec. XV.

Codex bibl. Gaddianae, nunc Laurentianus plut. XCI, cod. 4, chartaceus in-folio saec. XV.

Codex Neapolitanus n. V. D. 53. chartaceus in-4⁰ saec. XV exeuntis.

Codex Perusinus n. I. 37. (n. 15349), membranaceus in-8⁰ min. form. saec. XV.

Codex Bononiensis (bibl. nationalis), chartaceus in-4⁰ saec. XV—XVI, signatus: 'Capsula 172 — Aula 11 — A'.

Codex Patavinus (bibl. universitatis) n. 1561, chartaceus in-4⁰ saec. XV.

Codex Ambrosianus H. 73 sup., membranaceus in-folio min. form. saec. XIV.

Codex Ambrosianus I. 26 sup., chartaceus in-4⁰ saec. XVI.

Codex Ambrosianus S. 66 sup. membranaceus in-folio saec. XV.

Codex Venetus classis XII, cod. XI, chartaceus in-4⁰ min. form. saec. XV.

Codex Venetus classis XIV, cod. CCII, chartaceus in-8⁰ saec. XV—XVI.

Codex Venetus classis XII, cod. X, membranaceus in-8⁰ saec. XIII—XIV.

Codex Venetus classis XIV, cod. CLXXXIII, chartaceus in-4⁰ min. form. saec. XV—XVI.

Codex Monacensis n. 391, membranaceus in-4⁰ saec. XIV.

Codex Monacensis n. 597, membranaceus in-4⁰ saec. XIV.

Codex Monacensis n. 631, membranaceus in-4⁰ saec. XIV.

Codex Gudianus n. 228, membranaceus in-4⁰ saec. XIII—XIV.

Codex Erlangensis n. 861, chartaceus in-4⁰ anno 1469 exaratus.

Accedit denique folium quoddam, quod olim praefixum erat codici Vindobonensi n. 1245, nunc cum aliis schedulis manu scriptis in supplementa bibliothecae Vindobonensis congestum, in meum usum summa qua excellit liberalitate collatum a doctissimo professore Vindobonensi Hartelio, qui alios quoque Claudiani codices in illa praeclara bibliotheca servatos in meum usum excussit. Complectitur vero hoc folium versus 280—346 tertii libri manu saec. XIV—XV exaratum temporumque iniuria maxime laesum.

Codex Vindobonensis n. 1258, membranaceus saec. XIV, qui continet III, v. 347—378 (IV, v. 16—47 ed. Jeep, cuius numeros ubique addidi.).

Codex Vindobonensis n. 3087 saec. XV.

Codex Vindobonensis n. 3198 saec. XV.

Secunda classis complectitur eos codices, qui eundem finem habent, qui primae classi est, praefationem quoque quam ante tertium librum esse diximus, sed III, v. 280—360 (III, v. 280—331, IV, v. 1—29) omittunt. Huius classis sunt hi codices:

Codex Palatinus n. 1573, membranaceus in-8⁰ saec. XIV ineuntis.

Codex Monacensis n. 15740, chartaceus saec. XV.

Codex Leidensis n. 105 A, membranaceus in-4⁰ saec. XIV.

In Monacensi et Leidensi libris lacuna in fine totius carminis expleta est.

Tertia classis, quae constat ex solo codice Reginensi n. 1440, membranaceo in-8⁰ saec. XIII exarato, desinit iam in versu III,437 (IV,106) *Qualis nocte cet.*, praefationem ante librum tertium non habet, sed lacunam, quam classis secunda in hoc libro praebet.

Quarta classis codices continet, qui sub finem sicut classis tertia mutilati sunt, libro tertio praeter lacunam III, v. 280—360 (III, v. 280—331, IV, v. 1—29), praefationem ante hunc librum exhibent, sed I, v. 139—212 (I, v. 139—205) omittunt.

Huc pertinent codices qui secuntur:

Codex Laurentianus n. 250, membranaceus in-8⁰ saec. XIII ineuntis.

Codex Ottobonianus n. 2859, membranaceus in-folio min. form. saec. XV.

Codex Urbinas n. 657, membranaceus in-8⁰ mai. form. saec. XV, in quo lacuna versu 212 omisso post finem totius carminis expleta est.

Codex Reginensis n. 1540, membranaceus in-8⁰ saec. XIII.

Codex Ambrosianus Z. 73 sup., membranaceus in-folio saec. XV.

Codex Vossianus n 385, membranaceus in-4⁰ saec. XIII. Hic liber continet III, v. 19—437 (III, v. 19—331, IV, 1—106) versibus 280—360 (III, 280—331, IV, 1—29) omissis.

Codex Parisinus n. 8080 et 8082 saec. XIII a Maximiliano Bonnet huic classi tribuuntur; Revue critique 1875 n. 27, p. 6.

Quintam classem ei codices efficiunt, qui III, v. 437 (IV, 106) finiuntur, utramque lacunam et post I, v. 138 et post III, v. 279 praebent, neque vero tertio libro praefationem praeponunt. Cuius classis libri sunt hi:

Codex Mediceus plut. XXXIII, cod. IV, membranaceus in-8⁰ saec. XIII.

Codex Vaticanus n. 1661, membranaceus in-folio saec. XV.
Codex Vaticanus n. 2807, membranaceus in-8⁰ mai. form. saec. XIII—XIV.
Codex Vaticanus n. 3290, membranaceus in-8⁰ saec. XIV.
Codex Palatinus n. 1714, membranaceus in-8⁰ saec. XV.
Codex Mediceus plut. XXXIII, cod. III, membranaceus in-8⁰ saec. XV.
Codex Bononiensis n. 2221, membranaceus in-folio saec. XV.
Codex Bernensis n. 398, membranaceus saec. XIII.
Codex Mediceus plut. XXXIII, cod. I, membranaceus in-4⁰ saec. XV.

Confusionem secundae aliarumque classium habent:
Codex Riccardianus n. 718, membranaceus in-8⁰ min. form. saec. XV.
Codex Leidensis n. 87 (Gronovianus), membranaceus in-8⁰ saec. XIV.
Codex Mediceus plut. XXXIII, cod. II, chartaceus in-4⁰ saec. XVI, classem primam et quartam commixtam praebet.

Ad hos libros accedunt nonnulli Parisini, qui nullius auctoritatis sunt, ut breviter Maximilianus Bonnet l. c. universe affirmat. Sunt vero n. 8081, 8297, 11324, ad quos ego addo etiam n. 7989, qui praeter raptum Proserpinae carmen Claudiani de Phoenice complectitur, saec. XV in charta scriptum, et n. 8079, qui tantum fragmenta continet, quae nullius momenti sunt. De Parisinis n. 8295 et n. 8296 infra egi. Praeterire licet hic etiam Parmensem codicem, de quo supra nonnulla dixi, et Petropolitanum, chart. saec. XV, de quo mihi benigne scripserunt viri doctissimi Lucianus Muellerus et R. Minzloffius; de aliis codicibus recentibus cf. Seebode, Archiv. III, 2, p. 24; Valentinelli, delle bibliothece della Spagna, p. 138 (Ber. d. Wien. Acad. V. 33 (1860)); Parthey in Serapeo XXX, Intellg. f. 35 seq.

Omnes codicum classes communis quem diximus archetypi vestigia iisdem lacunis iisdemque interpolationibus ostendunt.

Ut alia omittamus, lectorem relegamus ad ea quae in Ritschl., Acta I, p. 356 seq. docui et de maiore illa, quae post I, v. 273 (I, v. 266) exstat lacuna et de altera post II, v. 209 a me inventa: de interpolationibus vero quae insunt in I, v. 169—176, de praefatione, quae ante librum secundum in libris mss. et editionibus usque ad meam editionem male circumferebatur, de interpolationibus in II, v. 337 et III, v. 312 Acta I, p. 358 seq. egimus.

Praeterea singulae codicum classes aliae ex aliis ita pendent,

ut earum pretium in arte critica exercenda valde diversum sit. Habent enim illae quinque classes, quas numeris I (I[a] et I[b]), II, III, IV, V signavimus, hoc stemma:



Hinc sequitur, ut prima classis ad Claudiani raptum Proserpinae emendandum sola sit maioris momenti; nam ceterae, quas numeris II, III, IV, V notavimus, quod ad cognationem cum archetypo attinet, locum tenent secundarium, cum prior primae classis particula (I[a]) aliis codicibus non interpolatis ipsum archetypum repraesentet. Ergo praesertim cum classes II—V lacunosae sint, severa artis criticae disciplina poscit, ut eas plane praetereamus; nam scripturae, quas primae classis libris meliores hoc vel illo loco praebent, pro librariorum coniecturis habendae sunt, quibus firmissimis nostrae artis fundamentis nisus facile careas.

Maiorem auctoritatem codici Vossiano n. 294, quem secundo loco post Laurentianum classi I[a] ascripsimus, tribuere debemus cum propter aetatem, qua exaratus est (saec. XIII), tum quia nonnulla vestigia prae se fert, quae satis doceant eum non omnino pendere ex Laurentiano.

Codices autem, qui ad alteram primae classis particulam (I[b]) referendi sunt, aeque ac ceterarum classium libri longe postponendi sunt Laurentiano, ut quae quasi iuniori cuidam stirpi totius gentis adnumerari debeant. Quae cum ita sint, Claudiani raptum Proserpinae ex tribus codicibus emendasse satis habeo Laurentiano et Vossiano, ad quos unum olim addidi, quem optimum esse puto ex classe I[b], Gudianum. Hos igitur libros accuratius ex parte infra descripsi.

Codex Laurentianus plut. XXIV sin. cod. 112, membranaceus in-8°, olim in bibliotheca ecclesiae Sanctae Crucis Florentiae servatus. Hic liber continet manu saeculi XI 'Sedulii carmina', manu saeculi XII ineuntis 'Statii Achilleida', inde a folio 70[a] manu saeculi XII vel saeculi XIII ineuntis 'Claudiani raptum Proserpinae'. In tertio libro versum 157 statim v. 279—388 (IV, v. 57) secuntur, deinde v. 158—278, qui denique excipiuntur a v. 389

—448 (IV, v. 58—117). Quae versuum confusio inde exorta est, quod interiores ultimi fasciculi schedae, quae folia 2—5 complectuntur, nescio cuius errore olim perversi sunt, id quod quomodo factum sit, docet quam subiunximus illius fasciculi descriptio:

[vera foliorum series]			[series quae nunc in codice exstat]
fol. 1	= usque ad III,	157	fol. 1
fol. 4 et 5	=	158—278	fol. 2 et 3
fol. 2 et 3	=	279—388	fol. 4 et 5
fol. 6	=	389—448	fol. 6.

Manu secunda saeculi XIII scholia et interlinearia et marginalia adiecta sunt, quorum pauca maximi, pleraque vero nullius pretii sunt.

Codex Vossianus n. 294, de quo vide quae supra diximus.

Codex Gudianus n. 228, nunc Guelferbytanus, membranaceus in-4° saec. XIII—XIV, continet Ovidii epistulas ex Ponto, Statii Achilleida, inde a folio 75ª 'Claudiani raptum Proserpinae'.

Ad haec carminis de raptu Proserpinae emendandi praesidia excerpta Gyraldina, quae ut in panegyricis emendandis maximo, sic quod ad raptum Proserpinae pertinet, vix ullo adiumento sunt, quippe quae paucos tantum locos afferant eosque ita comparatos, ut de textus emendatione et de vetustiorum huius carminis librorum, qui absconditi sunt, rationibus omnino nihil inde colligi possit. Quin etiam cum in excerptis Lucensibus ad raptum Proserpinae nullae commemorentur variae scripturae, dudum mihi suspicio movetur paucas illas scripturas ab Heinsio ex codice Gyraldino prolatas aut errore viri doctissimi clarissimo nomine ornatas, aut quod magis placet, ex alio quodam Gyraldino libro esse haustas, non ex veterrimo illo, cui excerpta ad panegyricos spectantia debentur.

Iam vero accedamus ad ea, quae Maximilianus Bonnet in doctissima quaestiuncula de mea raptus Proserpinae editione (Revue critique 1875, n. 27, p. 5—9) exposuit.

Primum constat me olim errasse, quod Parisinum codicem n. 7892 (saec. XV), quem vir doctus Derenburgius in meam gratiam liberalissime inspexit, priori primae classis particulae tribui, nam I, v. 53 'fusis', unde collegeram librum ex meliore fonte fluxisse, in litura tantum pro 'pensis' legi nuper me docuit Maximilianus Bonnet. Confirmat hoc codicis collatio, quam mihi idem misit.

At vero non eodem modo in aliis rebus assentior, quas vir doctissimus l. c. protulit, ut disciplinam refutaret, quam in codicibus adhibendis instituendam esse putaveram.

Neque ipse quidem negare potest codicum raptus Proserpinae, quos ego in apparatu critico excussi, aliorumque quos vir doctus ipse Lutetiae Parisiorum contulit, Laurentianum longe optimum esse.[1]) Idem mox sensi immensum istum codicum campum, in quibus carmen de raptu Proserpinae inest, multo sudore, ut ita dicam, persulcans. Hinc igitur ordiendum est. Qua ansa nisi utaris, in talem variarum scripturarum labyrinthum innumerabilium fere codicum, eorum quidem plerumque eodem saeculo exaratorum incidis, ut frustra filum quaeras, quod te ad lucem reducat.

Neque vero umquam una illa scriptura I, 53 'fusis' permotus sum, id quod putat vir doctus, ut codices in classes dividerem. Mea ratiocinatio hoc fere modo processit. Cum vidissem inter codices, in quibus legitur carmen de raptu Proserpinae, discernendos esse libros integros et vario modo decurtatos, neque vero aetate unus decurtatorum antecelleret, omnes decurtatorum classes, praesertim quia eiusdem recensionis vestigia prae se ferebant et eundem archetypum referebant, pleniorum codicum parti esse postponendas per se patebat. Quare quoniam ex magno librorum numero, quotcumque eiusdem saeculi erant ut in apparatum criticum reciperentur, fieri non poterat, pauci eligendi erant. Ante omnes vero Laurentianus ille, quo nemo ante me usus erat, aetate quadam et scripturarum probitate excellebat, de qua in Ritschelii Actis I, p. 371—376 satis multa protuli, ut denuo rem exponere supervacaneum videretur. Unusquisque facile praeterea in id ipse inquirere potest apparatum criticum raptus Proserpinae oculis percurrens. Quid igitur aliud facere potui, quam ut aliorum codicum auctoritatem ex Laurentiani libri auctoritate circumscriberem? Postquam vero mox intellexi codices Vossiano solo ex parte excepto cum in aliis rebus tum in versu I, 53 omnes omnino in deteriorem partem a Laurentiano discrepare, quid ergo

1) L. c. p. 7 En tous cas, d'après ce qu'on connaît, on ne peut que féliciter M. Jeep de s'être attaché principalement à L(aurentiano) pour constituer son texte. L(aurentianus) n'est pas, à la verité, entièrement exempt de gloses mises à la place du texte, ni même de coniectures. Mais, en général, on reçoit l'impression, en l'étudiant d'après M. Jeep, qu'il offre une tradition rélativement très pure.

vituperaveris, quod 'fusis' illud (I, 53) integrioris non dico recensionis — omnes enim libri ex una eademque recensione fluxerunt — sed integrioris lectionis quasi symbolon nominavi? Profecto valde dubito, quin cuiquam contingat, ut codicem quendam reperiat, in quo I, 53 legitur 'pensis', in Ritschelii Actis I, p. 368 multis argumentis a me reiectum, maior bonarum et novarum scripturarum numerus lateatquam in nostro Laurentiano. Velim videas librum secundum in Rufinum v. 135, ubi omnes libri deteriores uno fere consensu praebent interpolatam scripturam 'metallis' pro 'columnis', ut nihil sciens de codice casu quodam subito in lucem tracto nisi eum l. c. interpolationem istam habere, per Iovem maximum iurare possis illum librum ad emendationem Claudiani panegyricorum non multum vel nihil allaturum esse; nam id unum vitium pleraque quoque alia vitia deterioris classis in eo exstare nos docet certissime.

At si Maximilianus Bonnet miratus est, quod in Vossiano et Gudiano codicibus nonnullis locis scripturae occurrunt, quae accurate convenire non videantur cum stemmate, quod probavi, id unum nunquam obliviscendum est, tales res mathematicorum ratione non posse circumscribi. Nunquam nobis continget, ut omnes illos casus exquiramus, quibus deteriores libri hoc illo loco melioribus scripturis ornantur et versa vice, praesertim cum, ut hic, maximus codicum fluctus nos obruat et paene opprimat. Quae cum ita sint, sententia nostra de raptus Proserpinae codicibus non refutatur, quod Parisinus n. 8295 et 8296 nonnullis locis inter se discrepant. Etiam alii multi, quos in classem I^b conieci, eodem modo inter se discrepant, nec minus eidem classi tribuendi sunt; nam nova quidem interdum afferunt, ea tamen, quamquam non semper sententiam corrumpunt, ex librarii cuiusdam arbitrio vel errore exorta, ut uno plerumque oculorum obtutu videre possumus. Quomodo vero nova eiusmodi postea per alios libros sint dissipata, id investigare profecto neque placet neque necessarium est. Mihi satis est intellexisse totam classem I^b communem fontem habere, quem [z] nominavi, nunc absconditum, cum tamen haud dubie magis interpolatum, quam interpolatus erat fons codicis Laurentiani, quamvis non negem aliis temporibus alia hinc illuc et versa vice potuisse a librariis et criticis transferri.

Iam vero nonnulla restant de codicibus Parisinis n. 8295 et 8296 (saec. XIII). Maximilianus Bonnet l. c. p. 6 hos, ait, libros, quos olim non adhibere potui, post I, v. 138 non lacunam ha-

bere, quam praebent nonullae classes, sed tantum I, v. 201—212 (v. 194—205) in iis deesse, praefationem ante librum III legi in n. 8295, in n. 8296 non legi. Si hi libri vere sunt codices in fine et in libro tertio integri nec decurtati, quod non dixit vir doctus, quantum iudicare licet, ad classem I[b] referendi sunt. Uterque liber ex eodem fonte fluxit, in quo nescio quo casu iam duodecim illi versus exciderunt, ex qua lacuna utrum maior ista lacuna I, v. 139—212 (v. 139—205) exorta sit necne ad rem non pertinet. Quod vero n. 8296 praefationem ante librum III non habet, huic sententiae non resistit. Codicem enim rudi quadam critica arte factum esse puto, qua ductus librarius fortasse signo in margine adiecto praefationem male interpolatam expunxit et pro versu illo post III, 279 interposito 'Omnis honos recti nobis sic fata recedit', quem cum aliis spurium iure habebat, suo arbitratu scripsit 'Haec ait et latura faces intrat nemus altum'. Similia saepissime ubique occurrunt, ut iam universe supra dixi. Discrepantia scripturarum autem, quam mihi liberalissime exscripsit vir doctus, minime efficit, ut aliter sentiam. At quisque ipse iudicet ex conspectu, qui in promptu est, infra expresso.

	n. 8295	n. 8296
I. praef. v. 3	alnū	alnos
„ „ v. 11	irrupit	irrūpit
„ „ v. 12	yonium	ionium
I, v. 2	trenario	tenario
v. 4	prophani	profani
v. 5	corpore	pectore
v. 10	strepitus	fremitus
v. 11	cicropium	ciclopum
	extollit	attollit
v. 12	tritoplemi	triptolemi
v. 15	hechate	etathe
v. 16	procedit	procedi
	hiachus	iachus
v. 19	machaonius	machaoniis
	tirsus	tirsis
v. 20	famulantur	famulatur.

Praeter orthographiam, quae nullius momenti est, in hac particula profecto nihil est, quod mihi repugnet; nam ne illa quidem varia scriptura, quae gravior videtur esse, v. 5 'corpore' pro 'pectore' rara est in poetis latinis. Cf. In Ruf. II, v. 79. At

quocumque modo de hisce rebus iudicabitur, Laurentianum ex loco suo removere codices Parisini nunquam poterunt.

Quae cum ita sint, non est, cur rationem, quam prius secuti sumus, relinquamus.

De editionibus pauca dicenda sunt. Omnes pro fundamento habent codices deterioris classis, etiam prima Raphelengii editio, quam Scaligerum parasse iam Heinsius contendit et Bernaysius confirmavit Mus. Rhen. XV, p. 163. Omnium optima editio prima, quam fecit Heinsius, recensio habenda est cum notis anno 1650 Lugduni Batavorum ex officina Elzeviriana prolata. Minus accurata est altera, quae ex eadem officina Amstelodami anno 1665 prodiit, Claudiani recensio ab Heinsio curata. Tertia transiit in editionem Burmannianam 1760 Amstelodami typis expressam. Quae editio propter notas variorum quae dicuntur magno usui adhuc erat. In fine editionis invenimus vastum apparatum criticum ex Heinsii scriniis imprudenter conflatum a Clercq van Jever. Caspar Barthius, qui priorem Claudiani recensionem anno 1612 edidit, alteram anno 1650 eam quidem ingenti illo commentario instructam emendationi poetae non multum fructum tulit, sed ex istis doctrinae spurcitiis, quas Barthius undique coniecit, interpretationi utilitatem quandam haurire possumus.

Editio, quam Io. Matthias Gesnerus paravit Lipsiae anno 1759, quamquam arti criticae, quam nunc exercemus, non satisfacit tam praeclare interpretationi succurrit, ut ea omnibus temporibus doctae et sanae interpretationis facta sit exemplar.

Commemoratione post Gesnerum dignus est Koenigius, qui unum volumen Claudiani edidit, magis interpretationi quam emendationi deditus, sed anxie semper Gesneri vestigia secutus.

Omnino nihil fecit Orellius, qui in usum seminarii in duobus programmatis Turicensibus anni 1843 tria Claudiani carmina, panegyricum de Olybrio et Probino atque in Rufinum duos libros, edidit imprudenti et inutili Clercqii apparatu denuo sub contextu frustra typis expresso.

Quae cum ita essent, ipse novam Claudiani recensionem suscepi. Studia quae in hunc usum feci, pluribus locis protuli, in mea dissertatione anni 1869, in Museo Rhenano, in Ritschelii Actis, in Rivista di filologia, in commentatione critica philologis Lipsiae congregatis dedita 1872. Omnia ea suis locis accuratius indicata sunt.

Praeterea vero raptum Proserpinae edidi Augustae Taurinorum anno 1875, quem iam excipit haec plena Claudiani recensio.

Ex aliorum virorum doctorum studiis in Claudiani carmina ante omnes laudandus est Paul, qui duobus programmatis (Glogaviensi anno 1857 et Berolinensi 1866) emendationi Claudiani magnum fructum tulit. Nec minus Claudianum egregie adiuverunt ea, quae Baehrensius, Goetzius, Bonnet, Barco protulerunt studia mea iudicantes, quorum virorum doctorum observationes in apparatu critico suis ubique locis accurate allatae sunt.

Paulo vetustior est disputatio, quam de nonnullis Claudiani carminum anno 1848 edidit Hertelius in programmate Torgaviensi, non sine fructu a me hic illic adhibita. Honoris causa nomino R. Nani, qui mea raptus Proserpinae editione nisus edidit 'Alcune riflessioni sopra Claudio Claudiano e il suo secolo con saggio di traduzione del ratto di Proserpina', Bergamo 1875. Nihil vero Cesare Rosa profecit, qui scripsit 'Claudio Claudiano saggio critico-storico', Ancona 1873, quo de libro ipse iudicavi in Rivista di filologia.

Sub finem commemoro me etiam in apparatum criticum recepisse nonnullas Schraderi coniecturas, quas protulit Mauritius Hauptius, Hermes V, p. 326 seq.

IV.

De metrica arte Claudiani.

Claudiani numeros tanta cum cura perpolitos esse, ut inter praestantiores Romanorum versificatores referendus esset, cum alii universe animadverterunt, tum praeclarissimis suis 'de re metrica' studiis accuratam disciplinam secutus multis locis primus demonstravit Lucianus Muellerus. Propterea vix pauca restant, quae addam.

Praeter legitimam caesuram penthemimerim, quacum saepissime coniuncta hephthemimeris, quorum versuum exempla haec sunt:

Volvis inexhausto | redeuntia saecula motu
Blandius elato | surgant | temone iugales,

optinet semiseptenaria ita, ut incisio simul fiat post secundam arsin et post tertium trochaeum[1]), sicut in hoc versu

Sparge diem | meliore | coma | crinemque repexi.

1) Lucianus Muellerus de re metrica p. 186.

Neque tamen desunt exempla hephthemimeris cum trithemimeri iunctae sine caesura post tertium trochaeum, quos versus caute satisque parce cum alios poetas tum Claudianum usurpasse iam testatus est Lucianus Muellerus de re metrica p. 201 seq.[1]) Tales versus sunt:

Congeries | quid purpureis | effulta columnis (In Ruf. II, v. 135)
Concilium | qui perpetuis | crevere rapinis (ibid. v. 318)
Venator | sic attonitos | ad litora pisces (ibid. v. 377)
Sed didicit | non Aethiopum | geminata venenis (De cons. Stil. I, v. 351)
Aetherii | patris exemplo | qui cuncta sonoro (ibid. II, v. 26)
Tum demum | patrem implorant | et nomen inani (In Eutrop. II, v. 514)
Immensi | spelunca aevi | quae tempora vasto (De cons. Stil. II, v. 426).

Cf. in Eutrop. I, v. 429, v. 440; in Eutrop. II, v. 386, v. 467, v. 485, v. 565; de Stil. cons. I, v. 40, v. 47, v. 316; de Stil. cons. II, v. 58, v. 114, v. 145, v. 153, ibid. III, v. 70, v. 95, v. 128, v. 166, v. 339; de bello Getico v. 406, v. 565; de VI cons. Hon. v. 149, v. 337, v. 624; epith. Pall. v. 88; de cons. Olybrii v. 151; in Ruf. II, v. 437, Rapt. Pros. III, 282.

Saepius vero apud Claudianum occurrit haec versus forma inelegantior:

⏔́ (⏑⏑) | ⏔́ (⏑⏑) ⏔́⏑ | ⏑ ⏔́ | – ⏔́ ⏑⏑ ⏔́ ⏑

cuius nonnulla exempla infra secuntur:

Pallida | defunctasque | vident | migrare catervas (In Ruf. I, v. 128)
Impetus | horribilisque | Metus | qui semper agentes (In cons. Olybrii v. 78)
Cessat | purpureoque | ducem | perfundere nimbo (Epith. Hon. v. 298)
Utque est | ingenioque | loquax | et plurima fingi (De bello Get. v. 227).

Eiusdem rationis exempla non pauca in promptu sunt, sicut: In cons. Olybrii v. 255, v. 257, in Ruf. I, v. 128, ibid. II, v. 8, v. 58, v. 125, v. 136, v. 267, v. 312, v. 360, v. 430, de IV cons. Hon. v. 57, v. 68, v. 370, v. 633, epith. Hon. v. 13, v. 91, v. 212, de bello Gild. v. 200, v. 478, in Eutrop. I, v. 313, v. 491, in Eutrop. II, v. 205, v. 221, v. 328, v. 407, de Stil. cons. I, v. 2, v. 71, ibid. II, v. 89, de bello Get. v. 315, v. 510, v. 550, v. 590, de VI cons. Hon. v. 61, laus Serenae v. 194, v. 200, Rapt. Pros. II, v. 225, v. 284, III, v. 252, IV, v. 23 (III, v. 354), Phoenix v. 95.

---

1) Lucianus Muellerus l. c. versus sic, ut modo declaratum est, distinctos quadraginta duos numeravit apud Claudianum.

Quae exempla omnia ita comparata sunt, ut quod tertio trochaeo finitum est verbum compleat totum pedem secundum. Cf. Luc. Mueller de re metrica p. 200. Plerumque horum versuum secunda ab initio uerba formant molossum seu choriambum, quibus semper 'que' vel 've' particulae sunt subiunctae. Neque tamen plane Claudianus hac in re sibi constabat, quod docet versus 14 de bello Gildonico carminis, qui sequitur:

Quo precor | haec effecta | deo? robusta vetusque,

ad quem versum hoc in mentem revocaverim eum non incipere a monosyllabo, sed potius a dactylo, cum, ut Lucianus Muellerus optime exposuit l. c. p. 187, 'verba sentiendi et declarandi in enuntiato ab eis pendente, in quo insint media, quasi enclisi quadam ita coalescant, ut prorsus unum efficere videantur sensum'.

Neque vero integri putandi versus sunt, qui leguntur de VI cons. Hon., v. 109 'Respuit | auxiliisque ad proxima bella negatis' et in cons. Olybrii et Probini v. 274 'Induat | autumnusque madentibus ambiat uvis'. Quorum prior non dubium est quin scribendus sit 'que' deleto hoc modo:

Respuit; auxiliis ad proxima bella negatis;

alterius vero, cum in 'madentibus' corruptela latere appareret, sententiam et metrum particula inutili exstincta sic restituimus:

Induat, autumnus turgentibus ambiat uvis.

Eodem modo In Ruf. II, v. 118 nunc non dubito post 'bellatrix' 'que' particula prorsus supervacanea deleta cum Vaticano libro versum scribere:

Classica, bellatrix etiam nunc ira caleret,

quae quidem res me fugerat neque prius a me observata est quam primi fasciculi typis iam expressi erant. Sic et hoc loco legitima incisio exoritur.

At vero Vergilii imitationi talis debetur versus inelegans (De bello Get. v. 183):

Sperchiusque et virginibus dilectus Enipeus,

cuius versus protypon exstat in Georgicis II, v. 487:

Spercheosque et virginibus bacchata Lacaenis.

Sed ne vitavit quidem Claudianus prorsus versum sola trochaica incisione dividere ex Graecorum magis quam Romanorum ratione, sicut

Saepe sinu teneroque | per ardua colla volutus (In Ruf. I, 94)

Loricas galeasque | redundantes hyacinthis (De Stil. cons. II, v. 90),

qua de re cf. Luc. Mueller de re metrica p. 202.

Tantum vero abest, ut recte procedat versus 39 carminis de Nilo, qui cum versu praecedenti ita adhuc circumferebatur in editionibus:

Effluit Aegeo stagnantior, acrior alto
Ionio, seseque patentibus explicat arvis,

ut contra, cum in optimo G. exstet 'sese pendentibus', in V. (*sic:* petentibus) deterioribusque 'seseque patentibus' mutato 'acrior' in 'auctior' scribendum sit:

Effluit Aegeo stagnantior, auctior alto
Ionio sese patientibus explicat arvis.

Multo vero inelegantiores videntur tales versus:

Planitiem tutoque includit pascua gyro (In Ruf. II, v. 126)
Nescit adhuc graviterque apprensa veste morantem (ibid. v. 381)
Nullus honos vanoque exutum nomine regem (ibid. v. 475)
Caesariem pavidoque orantes murmure Franci (de IV cons. Hon. v. 447)
Invicti clipeoque animosi teste leones (De bello Gild. v. 423)
Custodes sacroque adhibere silentia somno (In Eutrop. I, 418)
Excoluit multoque innexuit aethera limo (In Eutrop. II, v. 493)
Cum fremerent lacerumque alternis ictibus anceps (De Stil. cons. I, 282)
Auspiciis capitique errantia membra reponit (De Stil. cons. III, v. 129)
Exuerant Latiique audita clade feroces (De bello Get. v. 364)
Nota Pharos flentemque attollens gurgite vultum (Ep. I, v. 57)
Tunc opibus totoque Heliconis sedula regno (Ep. II, v. 19)
Rura velim nullisque exornem fructibus annum (Rapt. Pros. III, v. 38).

Attamen dubium esse non potest, quin versus illi re vera Claudiani stilo debeantur, quare cum omnibus in versibus eius modi, quos supra contulimus, post tertiam arsin 'que' subiunctum esse videamus, per elisionem 'que' cum verbo sequenti non in unum coalescere puto, sed *e* finali prorsus in pronuntiatione abiecto versus ut infra significavi recitatos esse:

Planitiem tutoqu' includit pascua gyro.

Ita fit, ut legitima incisio, quamquam lenior, satis sentiatur. Huc etiam In Eutrop. II, v. 381 'Corporis exiguusque animi doctissimus arbis' referendus est, cui ut bene currat, hephthemimerim non sufficere satis constat, nec minus qui legitur versus bell. Get. 585 'Finxerat immanique oculos infeceral ira'.

Neque vero scripsit Claudianus versum, qualem olim ipse

vulgatam scripturam celerius secutus, Rapt. Pros. III, v. 103 edidi:

Indulges Phrygiasque etiamnum interstrepis urbes,

sed recepta mea coniectura (cf. ad h. l.) retinendum quod habet Laurentianus liber:

[In saeva choreis]
Indulgens Phrygias vel nunc interstrepis urbes[1]).

Nunc ne id quidem defenderim, quod typis exprimendum olim curavi ibid. v. 217:

Induitur digitisque attemptat mollibus arcum,

iamiam ex Gudiani codicis auctoritate 'digitis' restituto totum locum ita legens:

Nunc arma habitumque Dianae
Induit et digitis attemptat mollibus arcum,

quo modo copula servata legitima, qua opus est, efficitur incisio.

De exitu versuum notandum, semper fere Claudianum in fine hexametri usum esse vocabulis trisyllabis vel disyllabis praeter versum 161 carminis de cons. Stil. lib. I, qui exit in 'occiduus Sol'. Huc referendi sunt etiam fines tales 'fas est' (Rapt. Pros. III, 27, de cons. Stil. II, v. 201), 'in te' (epith. Hon. v. 314), 'per te' (de cons. Stil. II, v. 392) 'ille est', de cons. Theod., v. 227, ubi 'est' male deleverat Heinsius nec minus de cons. Theod., v. 308 'si quid', pro quo nonnulli editores maluerunt sine causa 'quidquid'. Omnia enim quae attuli exempla enclisi satis excusari nemo nescit. In Ruf. II, v. 416 pro 'vix tum', quod prius saepius typis exprimebatur, cum Heinsio restitui 'vixdum'.

Elisionem longarum seu mediarum vocalium Claudianus non vitavit. Initio versus non raro legimus 'Ergo' in brevi elisum, sicut In Ruf. I, v. 170 'Ergo animi', De III cons. Hon., v. 151 'Ergo age', In Eutrop. II, v. 354, de VI cons. Hon., v. 265 'Ergo ubi'[2]), De cons. Stil. II, v. 223 'Ergo avidae', In Ruf. II, v. 216 'Cedo equidem', Rapt. Pros. III, 262 'Ultro ad', etiam bell. Get. v. 532 'Fregi Alpes'. Vel in uno versu Claudianus idem verbum adhibuit in brevi elisum, et non elisum longa finali servata; sicut de bello Get. v. 338:

Ambo habiles remis ambo glacialia secti.[3])

1) Cf. Max Bonnet, Revue critique 1875, n. 27, p. 8.
2) Cf. Lucianus Muellerus d. r. m. p. 281.
3) Cf. ibid. p. 48.

Praeterea vero syllabae in longa elisae etiam saepius apud Claudianum occurrunt, quam putasse videtur Lucianus Muellerus. Quamquam In Ruf. I, v. 57 'tenebroso carcere' pro 'tenebroso in carcere', ibid. II, v. 90 'funesto turbine' pro 'funesto in turbine' ex codicibus iam ab Heinsio iure restitutum est, neque amplius In Ruf. II, v. 103 legitur interpolatum illud 'tranquilla in pace locatis' pro scriptura unice vera 'tuta sub pace relictis', praeterea a me De bello Gild., v. 507 ex codicibus optimis 'Humanae specie' pro 'Humanae in speciem' emendatum est, tamen multa longarum syllabarum integra restant exempla. Sic durius paululo spondiaca in arsi et acuta syllaba sunt elisa De cons. Theod., v. 159 'Quis vero insignem', In Ruf. I, v. 349 'Sic fatus campo insiluit', de III cons. Hon., v. 51 'nimium pugnae inflammaret amorem', ubi Heinsius elegantius quam verius temptavit 'nimio pugnae flammaret amore', de cons. Stil. II, v. 31 'tenens sese omnibus actis', pro quo quidem illud 'tenet' quod G. praebet respiciens nescio an minus dure legendum sit 'tenet seque omnibus actis'. Accedit de cons. Stil. I, v. 197 'Quem ferro alloquiis', ibid. III, v. 339 'Non illos taedae ardentes', Hystrix, v. 42 'sese utitur arcu', Rapt. Pros. III, v. 282 'O templis Scythiae atque homines', epigr. XVIII, v. 13 'Quid falso insontem', de cons. Stil. III, v. 347 'Qui secti ferro in'.

At Claudiano alienum est, quod de IV cons. Hon. v. 327 editores olim fere omnes defenderunt 'fraudi accommoda vallis', pro quo ex codicum auctoritate sine longae syllabae elisione 'fraudi commoda vallis' recipiendum est. Commemoratu denique dignae etiam elisiones sunt, quae occurunt In Ruf. II, v. 215 'Vos arsurae urbes', ibid., v. 230 'vibrato imponere ferro', In Eutrop. II, v. 471 'spectari e puppibus urbes', Rapt. Pros. III, v. 82 'tenebroso obtecta recessu'.

Neque vero Claudianus iambicae vocis elisione usus est, quam Rapt. Pros. II, v. 86 coniectura olim poetae vindicavi, id quod suo iure vituperavit Maximilianus Bonnet, Revue critique 1875, n. 27, p. 8. De cons. Theod. autem v. 183 'Collectamque diu et certis' quod scripsi in contextu, vix Claudiani est, quare inter addenda indicavi nunc me 'Collectamque diu, certis' cum nonnullis deterioribus libris scribere, hoc loco demonstrantem me quoque senescere in dies addiscentem. Praeterea vero praesertim cum ne id quidem codicibus confirmatum sit, quod olim in editionibus circumferebatur Rapt. Pros. III, v. 281 'Iam Veneri et sociis', pro quo 'Iam Veneri iunctae' restitui,

nunc non amplius servamus ibid., v. 248. 'Aggredimur subito et casus scitamur exiles', sed 'et' deleto scribimus 'Aggredimur subito, casus scitamur exiles'.

Monosyllaborum elisionem Claudianus non amavit. Ergo non dubito, quin id quoque quod In Ruf. II, v. 124 in contextu recepi 'Vix Alpes transgressus erat, nec iam amplius errat', melius ita procedat 'Vix Alpes transgressus erat, non amplius errat'. Nam quae exstant exempla in carmine de bello Getico, v. 11 'Ut vinci didicere semel. Quod si ardua Tiphyn' et Hystrix, v. 44 'Quod si omnis nostrae paulatim industria vitae' ad spondiacorum potius vocabulorum elisionem referenda, cum 'Quod si' ita sententia coalescant, ut etiam scripserim 'Quodsi' in unum coniunctum. Eodem modo In Ruf. V, 230 'Quisnam audet' accipiendum esse ne verbo quidem opus est. Quare in carmine de Torpedine v. 10 non licet cum Baehrensio (Fleckeis. Ann. 1872, p. 501) scribere 'et tactu confisa suo iam immobilis haeret'. Neque audeo de cons. Stil. II, v. 249 'mentitur', quod codices praebent, servato lenissima mutatione emendare 'Caerulus, Oceani qui aestum mentitur, amictus', quamquam bene scio apud alios 'qui' elisum non offendere. Sed inelegantiorem versus formam excusans scribere malui 'Caerulus Oceanique aestum mentitus amictus', mutato quidem 'mentitur', attamen 'que' servato.

Ante caesuram legitimam syllabae productio apud Claudianum aliquanto saepius invenitur, quam putabat Lucianus Muellerus l. c. p. 332 nondum adiutus apparatu critico subtilissimis hisce studiis prorsus sufficiente. Nam praeter tria exempla — neque enim tertium dubiumst, cum carmen n. XCI Claudiani sit, ut optimorum codicum auctoritas nos docuit — praeter illa, dico, exempla a doctissimo viro allata iamiam accedit versus 68 epithalamii Honorii:

Et platano platanus alnoque assibilat alnus.

Quem versum ego tandem restitui ex optimo Vaticano libro, cum Laurentianus praebeat 'platanus platanis', unde indoctus quidam librarius coniecit 'platani platanis', quamquam hoc loco pluralis numerus ineptus est. Neque puto me errasse in raptu Proserpinae III, v. 145 olim Laurentianum codicem secutum, qui versum ita praebet:

Ne furtum pateat homini neu praeda colubris,

cum alii 'iaceant' vel 'pateant' minus apte legant.

Huc fortasse pertinet etiam In cons. Olybrii v. 227, ut legen-

dum sit 'Qua medias geminus interfluit alveus urbes', cum nunc cautius scripserimus vocibus tralatis 'Qua geminus medias interfluit alveus urbes'.

Incisionis vi syllabam productam esse constat etiam De cons. Stil. I, v. 157:

'Armenius hic picta Saces fucataque Medus,

ubi 'Armenius' omnibus codicibus certissime firmatur, neque subcedit, ut Lucianus Muellerus suspicatus est, ulla scripturarum disturbatio.

De cons. Stil. I, v. 238 'Quos dederis: acie' facile excusatur tum sententiae interstitione, tum paenultima saepius apud poetas producta in formis 'derīmus, dederītis'.

'Phoebūs' autem, quod olim legebatur de cons. Stil. II, v. 441 a Luciano Muellero d. r. m. p. 332, Claudianum non adhibuisse ex optimis codicibus, quos contulimus in apparatu critico, unusquisque celeriter intelleget.

Hiatum Claudianus fugit[1]) neque admisit nisi post interiectiones, sicut Rapt. Pros. III, v. 189 'Heu, ubi'. Nequit vero probari, Heinsium, quem plerique secuti sunt, de cons. Stil. III, v. 167 ex melioribus libris gravissimum hiatum restituisse 'Numae huic'; hic enim cum Laurentiano codice quin scribendum sit 'Numae est huic', dubitari non potest, praesertim cum pauca, quae ex Claudiano attulisse sibi visus est Heinsius ad hiatum excusandum, omnino falsa sint.

Sic etiam de cons. Stil. I, v. 110 rectissime Gyraldi codex tradidit 'Nec vaga Chunorum', quamquam alii libri scribunt 'Hunorum' perverso hiatu admisso, nec minus In Eutrop. II, v. 338 'Si Chunus' legendum, quam scripturam facillime eliciendam esse ex 'Sin hunus' seu 'Sic hunus', quod meliores libri defendunt, apparet.

Vexavit vero Claudianus interdum nomina propria, ut metro accommodaret. Sic '*Τριβίγιλδος*' in 'Tarbigilum' mutavit; cf. In Eutrop. II, v. 176 et ibid., v. 432, neque iure Heinsius Graecos magis secutus maluit 'Tribigilus', quia an prima brevis sit nescimus. Paenultima correpta 'Syphăcem' poeta adhibuit de bello Gild., v. 91. Etiam 'Theudosius' pro 'Theodosius', quod quidem uno consensu codices defendunt, a Claudiano scriptum propter synizesin cum Luciano Muellero d. r. m. p. 268 certissime puto, quamquam bene scio apud Graecos *θεός*, *θεόν* cet. interdum synaloephen concedere. Cf. Krueger Gr. Gr. II, § 13, 1 seqq.

1) Cf. Lucianus Muellerus d. r. m. p. 311.

Praeterea Claudianus quam maxime synizesin vitavit, neque, ut Lucianus Muellerus voluit d. r. m. p. 255, In Eutrop. I, v. 412 'eisdem' scribendum est, sed 'isdem' cum optimis codicibus, qui etiam verborum ordinem mutant.

Liberius primam corripuit paucis locis Claudianus in compositis verbi 'iacere', sicut Rapt. Pros. III, v. 134 'sŭbicit', de IV cons. Hon., v. 365 'ŏbicis'; sed In Eutrop. I, v. 366 'subigit' cum Bruxellensi et Vossiano codicibus malui, quam 'subicit' prima correpta ex Vaticani et Laurentiani auctoritate frustra defensum a Paulo Quaest. Claud. 1866, p. 33.

Prorsus alienae a Claudiani carminibus sunt formae verborum, quae secundae coniugationis sunt, ex tertia coniugatione flexae, sicut 'detergit' pro 'deterget', 'detergunt' pro 'detergent' cet., quas formas, quamquam Vergilius et alii poetae saepius adhibuerunt, etiam apud Claudianum deteriores libri et editiones tenent, ubique repellunt optimi codices, imprimis Gyraldinus.

Pauci denique loci digni, qui commemorentur, restant, ubi Claudianus metri gratia formis usus est paulo inusitatioribus. Sic In Eutrop. praef. II, v. 23 legitur ablativus 'veteri', quod idem exstat ibid. II, v. 11 (videtur quidem is versus interpolatus), et v. 232 (cf. Stat. Theb. I, v. 360); de cons. Stil. I, v. 191 'quis' pro 'quibus'; in Ruf. II, v. 498 genetivus 'superum', quam formam genetivi vix alibi apud Claudianum inveneris; quin etiam dativus singularis in *u* exiens servatur epith. Hon., v. 50 'gressu'.

Sub finem huius quaestiunculae breviter commemoretur, quamquam ea res ad artem metricam non spectat, Claudianum non raro in enuntiationibus interrogativis obliquis, quae dicuntur, indicativum pro coniunctivo posuisse neque veritum esse ex una constructione in alteram transire. Quod factum est de IV cons. Hon., v. 266 seq.

Sed comprime motus,
Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit,
Occurrat mentemque clamet respectus honesti.

Idem occurrit de cons. Theod., v. 95, sed versa vice, nec minus Rapt. Pros. I, v. 25 seq. Huc spectat etiam In Ruf. II, v. 387 'Unde redi nescis', fortasse In Ruf. I, v. 142 (cf. app. crit. a. h. l.) et Gigant., v. 16—20, quo de loco vide quae exposuit Hertelius in programmate Torgaviensi 1848, p. XV.

Hoc loco addam, ubi Gyraldinus codex et excerpta Lucensia accusativum in *is* pro *es* praebent, id quod non raro fit,

me semper religiose antiquam formam restituisse; neque vero idem facere ausus sum, quibus locis eas formas tantum Vaticanus servavit, is quidem multo recentior antiquissimo Gyraldi libro.

V.

Nonnulla de fide historica Claudiani.

Ex iis, qui de Claudiani fide historica singulares libros scripserunt, imprimis laudandi sunt Edmundus Vogt[1]) et Ioannes Hermannus Ney[2]). Quorum ille suo iure p. 5 disceptavit ne potuisse quidem, etsi voluisset, Claudianum rerum quasi externa corpora laedere, cum auditores vel lectores recentissima eas tenerent memoria neque coram his plane mentiri liceret. Alter vero (p. 37) Claudiani expositioni non minus summam fidem tribuit, neque eius auctoritatem minoris aestimat, quam Zosimi, aliorum, qui eius aevi memoriam tradiderunt. Uterque suam sententiam probare studet ceteris fontibus cum Claudiani carminibus accurate et caute collatis (cf. Vogt p. 14, Ney p. 5). Quo munere Vogt eo modo functus est, ut tamquam breviarium Stilichonis aetatis memoriae de eoque viro veterum scriptorum iudiciorum componeret, Ney vero ita, ut vitam et res gestas Theodosii comitis, Theodosii magni imperatoris, Arcadii et Honorii inde ab anno 395 usque ad annum 404 p. Chr. ex Claudiani carminibus enarraret et aliorum, imprimis Zosimi locis ubique illustraret. Quos locos quia non exscripsit vir doctus, librorum mole tamquam obruti satis impedimur, quominus eius ratiocinationem probare possimus. Praeterea vero undique rebus sub certis titulis congestis non ei contigit, ut Claudiani carmina re vera cum pulvisculo exhauriret. Vogt autem universe magis poetae fidem investigare studebat, quam omnes res ab eo narratas singulas ex ordine examinare. Idem contendit vir doctus in programmate Coloniensi anni MDCCCLXX, quod inscribitur 'Die politischen Bestrebungen Stilicho's während seiner Verwaltung des weströmischen Reiches. Erster Theil. Einleitung und Quellen'. Quam particulam quod sciam nondum altera secuta est.

Quomodo alii viri de Claudiani fide historica senserint, breviter Ney in suo libello p. 5 exponit, ad quem locum lectores relegasse nunc satis habeo.

1) De Claudiani carminum quae Stiliconem praedicant fide historica. Dissert. Bonnensis MDCCCLXIII.

2) Vindiciae Claudianeae sive de Claudii Claudiani fide historica. Dissert. Marburg. MDCCCLXV.

At vero nunquam ad finem huius quaestionis perveniemus, nisi omnia Claudiani carmina, quae ad rerum gestarum memoriam spectant, ab initio usque ad exitum gradatim cum historicorum testimoniis comparaverimus. Sic demum fiet, ut non tantum Claudiani fides universe probetur aut reprobetur, sed ut cognoscamus, quomodo de iis rebus iudicandum sit, quae a Claudiano solo traditae sunt. Nam nemo negabit, omnia quae Claudianus de rebus gestis narrat, si aliis testibus prorsus confirmantur, non esse, quare in suspicionem vocemus ea, quae casu alii in suis libris praeterierunt. Quae inquirendi ratio paulo difficilior est, quam viri docti supra laudati videntur sensisse, quoniam de auctoritate nonnullorum scriptorum, quorum testimoniis, ubicumque occasio oblata erat, omnes ex arbitratu suo ad Claudiani fidem probandam usi sunt, singularia studia a nullo fere hactenus adhibita sunt.

Ergo quantumcumque qui Claudiani fidem exploraverunt profecerunt, quaestio nondum ad finem perducta est, sed denuo suscipienda.

Meae sententiae interpres sit is qui sequitur rerum gestarum conspectus, quae a Claudiano in carminibus in Eutropium exponuntur et a Zosimo ubique confirmantur. Quo quidem historico, qui h. l. ex Eunapio hausit, nemo de eunuchi turpi memoria accuratius et copiosius egit, ut pauca modo ad Claudiani fidem probandam aliunde sumamus oporteat.

In Eutrop. I, v. 154 seq.

Donec Abundanti furiis, qui rebus eois
Exitio primoque sibi produxit, ab imis
Evectus stabulis summos invasit honores.

In Eutrop. I, v. 167 seq.

Nullius Eutropius quam qui se protulit ante
Dereptas possedit opes nullumque priorem
Perculit exsilio solumque hoc rite peregit,
Auctorem damnare suum.

Zosimus V, 10, 6

ἄγει τοίνυν αὐτὸν καὶ κατὰ Ἀβουνδαντίου φθόνος τε ὁμοῦ καὶ πλεονεξία. — ἐπειδὴ καὶ τοῦτον Εὐτρόπιος ἠβουλήθη τῆς οὐσίας τε ὁμοῦ καὶ πάσης τιμῆς ἐκπεσεῖν, ἔγραφε μὲν ταῦτα ὁ βασιλεύς· ἀπηλαύνετο δὲ Ἀβουνδάντιος τῶν βασιλείων, οἴκησιν τὴν ἐν Φοινίκῃ Σιδῶνα λαχὼν καὶ ἐν ταύτῃ τὸν λοιπὸν χρόνον βεβιωκώς. Cf. Eunap. ed. Bonn, p. 87.

In Eutrop. I, v. 170 seq.

Postquam obsitus aevo
Semivir excelsam rerum sublatus in arcem
Quod nec vota pati nec fingere somnia possent,
Vidit sub pedibus leges subiectaque colla
Nobilium tantumque sibi permittere fata,
Qui nihil optasset plus libertate mereri,
Iam iam dissimulat dominos alteque tumescunt.
Serviles animi.

In Eutrop. I, v. 229 seq.

Iamque oblita sui nec sobria divitiis mens
In miseras leges hominumque negotia ludit.

Zosimus V, 8, 4

Εὐτρόπιος δὲ πάντας, ὧν εἴ τις λόγος, ἐκποδὼν καταστῆσαι βουλόμενος, ὡς ἂν μηδεὶς ἕτερος πλὴν αὐτοῦ βασιλεῖ παραδυναστεύῃ.

ibid., 10, 5

Μεθύων δὲ ἤδη τῷ πλούτῳ καὶ ὑπὲρ τὰ νέφη τῇ φαντασίᾳ φέρεσθαι δοκῶν ὁ Εὐτρόπιος.

In Eutrop. I, v. 178 seq.

Procerum squalore repletus
Carcer et exsulibus Meroe campique gemiscunt
Aethiopum: poenis hominum plaga personat ardens.
Marmaricus claris violatur caedibus Hammon.

Zosimus V, 9, 3

ὄργανον ἐπιτήδειον Εὐτρόπιος εἰς τὴν κατὰ Τιμασίου συκοφαντίαν τὸν ἄνδρα τοῦτον εὑρὼν ἵστησι κατήγορον αὐτῷ γραμμάτια δεικνύντα ψευδῆ —

ibid. § 7

Τιμάσιος δὲ τῇ Ὀάσεως οἰκήσει παραδοθεὶς ἀπηλαύνετο φυλακῆς αὐτὸν δημοσίας παραπεμπούσης.

ibid. § 9

φήμη δὲ ὅμως εἰς ἅπαντας ᾔει, παρὰ Συαγρίου τοῦ παιδὸς ἡρπάσθαι Τιμάσιον λέγουσα διαφυγόντος τοὺς ἐσταλμένους εἰς ἀναζήτησιν αὐτοῦ καὶ διά τινων ἁρπάσαντος τὸν πατέρα λῃστῶν. ἀλλ' εἴτε ἀληθῆ ταῦτα ἦν, εἴτε Εὐτροπίῳ χαριζόμενοι ταῦτα ἐν τῷ πλήθει διέσπειραν, οὐκ ἔγνω τὶς τὸ σαφὲς, πλὴν ὅτιπερ οὔτε Τιμάσιος οὔτε Σύαγριος ἐξ ἐκείνου πεφήνασιν.

In Eutrop. I, v. 192 seq.

Vis nulla cruentam
Castrat avaritiam: parvis exercita furtis
— — —
Peccat in orbe manus cet.

Zosimus V, 10, 5

Εὐτρόπιος ἐν ἅπασι σχεδὸν τοῖς ἔθνεσιν εἶχε τοὺς τὰ πραττόμενα πολυπραγμονοῦντας καὶ ὅπως ἕκαστος ἔχοι τύχης· καὶ οὐδὲ ἦν καθάπαξ ὃ μὴ χρημάτων αὐτῷ κέρδος ἐπῆγεν.

Zosimus V, 12, 3

εἴτε γὰρ κτῆμα περίβλεπτον ἦν τινι τῶν ὑπηκόων, εἰς θατέρου τούτων (scil. *Στελίχωνος καὶ Εὐτροπίου*) *μετετίθετο δεσποτείαν· καὶ χρυσὸς δὲ καὶ ἄργυρος ἅπας ἐκ τῶν πρότερον ἐχόντων εἰς αὐτοὺς ἔῤῥει.*

In Eutrop. I, v. 281 seq.

Geminam quid dividis aulam
Conarisque pios odiis committere fratres?

ibid., v. 397 seq.

Alio Phoebi de cardine surgunt
Crimina, ne toto conspiret corpore regnum.
Gildonis taceo magna cum laude retectam
Perfidiam et fretos eoo robore Mauros.

Zosimus V, 11, 3

Γίλδωνα παραχρῆμα πάσης ἔχοντα τῆς ὑπὸ Καρχηδόνα Λιβύης τὴν ἡγεμονίαν οἰκειωσάμενος ἀφίστησι διὰ τούτου τὴν χώραν τῆς Ὀνωρίου βασιλείας καὶ τῇ Ἀρκαδίου προστίθησιν.

In Eutrop. I, v. 317 seq.

Exhorruit annus
Nomen et insanum gemino proclamat ab ore
Eunuchumque vetat fastis accedere Ianus.

In Eutrop. II, praef., v. 13

Ablato penitus respirant nomine fasti.

Codex Theodosianus L. 9 t. 40

Erepto splendore eius (scil. Eutropii) et consulatu a tetra illuvie et a commemoratione nominis eius et caenosis sordibus vindicato, ut eiusdem universis actibus antiquitatis,

omnia mutescant tempora, nec eius enumeratione saeculi nostri labes appareat. Cf. Zosim. V, 18, 1.

In Eutrop. I, v. 109, In Eutrop. II, praef. v. 2, In Eutrop. II, v. 561 Eutropium ad patricii dignitatem elatum esse poeta testatur.

Zosimus V, 17, 6

Εὐτρόπιος εἰς ἀκρότατον ἥκων ἤδη δυνάμεως, ὥστε — καὶ τιμηθῆναι τῇ τῶν πατρικίων ἀξίᾳ.

In Eutrop. II, praef. 27

Suppliciterque pias humilis prostratus ad aras.

Zosimus V, 18, 2

ὁ δὲ (Εὐτρόπιος) δρομαῖος ἐπὶ τὴν τῶν Χριστιανῶν ἐχώρησεν ἐκκλησίαν, ἔχουσαν ἐξ ἐκείνου τὸ ἄσυλον.

In Eutrop. II, praef. v. 51 seq.

Improbe, quid pulsas muliebribus astra querelis,
Quod tibi sub Cypri litore parta quies?

Zosimus V, 18, 3

ἐξαρπάσαντες αὐτὸν εἰς τὴν Κύπρον ἐκπέμπουσιν, ὑπὸ φυλακὴν ἀκριβῆ καταστήσαντες.

In Eutrop. II, v. 92 seq.

huic (sorori) curas et clausa palatia mandat,
Ceu stabulum vacuamque domum.

Zosimus V, 12, 2

ὁ δὲ (Εὐτρόπιος) κυριεύων Ἀρκαδίου καθάπερ βοσκήματος.

In Eutrop. II, v. 112—472 bellum, quod eunucho consule contra Tribigildum seu Tarbigilum in Phrygia geritur, poetice narratur. Quae narratio plane convenit cum longa Zosimi descriptione V, 13 seq. Res commemoratione dignissimae infra collatae sunt eadem, quam supra secuti sumus, ratione.

In Eutrop. II, v. 153 seq.

Ostrogothis colitur mixtisque Gruthungis
Phryx ager. Hos parvae poterunt impellere causae
In scelus.

ibid. v. 176 seq.

Tandem Tarbigilum — Geticae dux improbus alae
Hic erat — aggreditur (scil. Bellona).

Zosimus V, 13, 5

ἦρχε δὲ (Τριβίγιλλος) οὐ Ρωμαικῶν ἰλῶν, ἀλλὰ βαρβάρων ἐνιδρυμένων τῇ Φρυγίᾳ παρὰ βασιλέως τὴν τούτων λαβὼν ἐπιμέλειαν.

---

ibid. v. 178 seq.

Viso tum forte redibat
Eutropio vacuus donis feritasque dolore
Creverat.

Hanc rem Gainae tantum, Tribigildi socio, Zosimus tribuit, quae discrepantia est nullius momenti, ut patet, V, 13, 1 seq. *Τῆς δὲ βασιλείας ἑκατέρωθεν οὔσης ἐν τούτοις, ἅπαντες μὲν οἱ τὴν γερουσίαν πληροῦντες, ἐπὶ τῇ τῶν πραγμάτων ἐδυσχέραινον κακουχίᾳ· οὐχ ἥκιστα δὲ Γαίνης, οὔτε τῆς πρεσβυτέρῳ πρεπούσης στρατηγῷ τιμῆς ἀξιούμενος, οὔτε δωρεαῖς ἀπληστίαν ἐμπλῆσαι βαρβαρικὴν δυνάμενος. — ἐπὶ τούτοις ἀχθόμενος κοινωνοῦ ποιεῖται Τριβίγιλδον τῆς σκέψεως.*

Quod exemplum poeta in transcursu affert II, v. 214 seq., ut demonstret eum, qui foedera rumpat, eunuchi consulis aetate ditari, confirmat Zosimus:

In Eutrop. II, v. 214 seq.

Vastator Achivae
Gentis et Epirum nuper populatus inultam
Praesidet Illyrico.

Zosimus V, 27, 1

Ἀλλάριχος δὲ, ἐπειδὴ ἀνεχώρησεν, ᾗ προείρηταί μοι, τῆς Πελοποννήσου καὶ τῆς ἄλλης ὁπόσην ὁ Ἀχελῷος ποταμὸς διαῤῥεῖ, διατρίβων ἐν ταῖς Ἠπείροις, ἣν οἰκοῦσι Μολοττοί τε καὶ Θεσπρωτοὶ καὶ ὅσοι τὰ μέχρις Ἐπιδάμνου καὶ Ταυλαντίων οἰκοῦσι χωρία.

Post Phrygiae descriptionem barbarorum impetus a Claudiano adumbratur v. 274 seq.

Talem cum Phrygiam Geticis populatibus uri
Permisere dei. Securas barbarus urbes
Irrumpit facilesque capi. Spes nulla salutis,

Nulla fugae. Putribus iam propugnacula saxis
Longo corruerant aevo pacisque senecta.

Zosimus V, 13, 6

παραλαβὼν δὲ (Τριβίγιλδος) τοὺς βαρβάρους, ὧν τὴν ἡγεμονίαν εἶχεν, ἅπαντα ἐπῄει τὰ ἐν μέσῳ, φόνου μὲν ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν ἢ παιδίων οὐκ ἀπεχόμενος, τὰ δὲ ἐν ποσὶ ληιζόμενος· ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τοσοῦτο πλῆθος συνήγαγεν οἰκετῶν καὶ ἄλλως ἀπερριμμένων ἀνθρώπων, ὥστε εἰς ἔσχατον κινδύνου τὴν Ἀσίαν ἅπασαν ἀπαγαγεῖν.

In Eutrop. II, v. 294 seq.

Frustraque Lyaei
Non defensuros implorat Lydia thyrsos.

Zosimus V, 13, 7

ἥ τε γὰρ Λυδία πάσης ἐνεπέπληστο ταραχῆς cet.

In Eutrop. II, v. 325 seq. poeta eunuchi belli consilium iocose depingit. Cuius consilii disciplinam quantumcumque Claudianus in ridiculum detraxit, attamen Leo, qui ab eunucho dux creatus est, accurate a poeta adumbratur, qualis erat.

In Eutrop. II, v. 376 seqq.

Emicat extemplo cunctis trepidantibus audax
Crassa mole Leo, quem vix Cyclopia solum
Aequatura fames, quem non ieiuna Celaeno
Vinceret. Hinc nomen fertur meruisse Leonis.

v. 386 seq.

Tunc Aiax erat Eutropii lateque fremebat,
Non septem vasto quatiens umbone iuvencos;
Sed quam perpetuis dapibus pigroque sedili
Inter anus interque colos oneraverat alvum.

Zosimus V, 14, 3

Λέων μὲν οὖν ὁ τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν συμβεβηκόσι βοηθῆσαι ταχθεὶς ἀρετῆς μὲν οὐδ' ἡστινοσοῦν μετειλήφει στρατηγικῆς[1]*) οὐδ' ἄλλου τινὸς ἀξίου πρὸς τοῦτο τύχης αὐτὸν ἀγαγεῖ, πλὴν ὅτι πρὸς Εὐτρόπιον εἶχεν οἰκείως.*

Zosimus V, 16, 10

ὁ (Λέων) δὲ ἀνειμένος ὢν φύσει καὶ τρυφῇ πάσῃ[2]*) τὸν βίον ἐκδεδωκώς, ὅμως ἐποίει τὸ κελευόμενον.*

---

1) Cf. In Eutrop. II, v. 419 seq.
2) Cf. In Eutrop. II, v. 406 seq.

Suidas s. v. *Λέων*.

οὗτος στρατηγὸς ἐπέμφθη παρὰ Εὐτροπίου τοῦ εὐνούχου κατὰ τῶν βαρβάρων· εὔκολος ὢν καὶ διὰ μελέτην μέθης εὐπαράγωγος· ἦν γὰρ αὐτῷ τὸ ἀνδρεῖον ἐπὶ τούτῳ συνηναγκασμένον, πλείους ἔχειν παλλακίδας τῶν στρατιωτῶν· καὶ πλείονα πίνειν ἢ ὅσα πάντες ἄνθρωποι πίνουσι.

In Eutrop. II, v. 406—461 Leonis interitus a Claudiano nuntiatur; idem legimus apud Zosimum V, 17, 2: *καὶ οὐκ ἀνῆκαν ἅπαντα ἐπιόντες (βάρβαροι τοῦ Τριβιγίλδου), ἕως ὅτε τὴν ὑπὸ Λέοντι σὺν αὐτῷ τῷ στρατηγῷ κατεδαπάνησαν δύναμιν καὶ πᾶσαν ὡς εἰπεῖν τὴν χώραν ἔρημον πεποιήκασιν.*

In transcursu a Claudiano In Eutrop. II, 516 seq. odium aulae orientalis in Stilichonem affertur:

Omnes supplicio dignos letoque fatentur,
Qui se tradiderint famulis Stilichone relicto.

Zosimus V, 11, 2

ἀναπείθει δὴ (Εὐτρόπιος) τοῦ βασιλέα τέως συναγαγόντα τὴν γερουσίαν κοινῷ δόγματι, τῆς βασιλείας πολέμιον αὐτὸν (Στελίχωνα) προσειπεῖν.

Belli contra Tarbigilum seu Tribigildum exitum eunuchi interitum fuisse testatur ubique finis libri secundi in Eutropium, quam rem omnino confirmat idem Zosimos V, 17, 8 et 9.

Quae cum ita sint, non est, cur Claudiano fidem non habeamus, ubi res gestas memorat, quas alibi non legimus. Sic non dubito, quin verum sit, quod poeta In Eutrop. II, v. 474 seq. de Parthis tradit, quamquam scriptores recentiores eius rei vix rationem habuerunt. Iam vero cognoscimus eunucho in aula Constantinopolitana florente etiam aliunde in imperium orientale pericula irruisse neque a solo Tarbigilo (Tribigildo). Dicit enim poeta In Eutrop. I, v. 245 seq. quem locum supra consulto praeteriimus:

Trans Phasin aguntur
Cappadocum matres stabulisque abducta paternis
Caucasias captiva bibunt armenta pruinas
Et Scythicis mutant Argaei pabula silvis.
Extra Cimmerias, Taurorum claustra, paludes
Flos Syriae servit.

Quae verba quod sciam omnes neglexerunt, fortasse temere ea ad bella contra Tarbigilum (Tribigildum) gesta transferentes. At

vero ille tantum in Phrygia, Pamphylia, Lydia saeviit, neque incolas captivos trans Phasin pepulit. Quare Koenigius nescivit, quid hoc de loco iudicandum esset. Loci vero interpres ipse est poeta In Eutrop. II, 367, ubi eunuchum dicentem facit 'Se satis Armenio fessum pro limite cingi'. Ergo contra Armeniae incolas quoque Eutropius videtur bellum gessisse. In finibus eorum fluit Phasis ab altero flumine eiusdem nominis in Colchide diligenter secernendus. Quid quod poeta ibid., v. 569 seq. dixit:

Nuper ab extremo veniens equitatus Araxe
Terruit Antiochi muros ipsumque decorae
Paene caput Syriae flammis hostilibus arsit,

et id bellum accurate distinguit a bello contra Tarbigilum (Tribigildum) gesto ibid. v. 574 seq.? Contra Armeniae incolas Eutropium cum exercitu profectum esse Claudianus praeterea testatur praef. lib. II in Eutrop., v. 55. Huc referendum videtur Philost. XI, 8 (ed. Reading).

Ubique aeque res adhuc non prorsus expeditas in Claudiani carminibus latere mox aliis exemplis in singulari libello exponere studebo. Hoc tantum nunc addam, similem locum atque quem modo tractavimus, exstare In Ruf. I, v. 323—353; etiam hunc plerique silentio praeterierunt, quamquam certissimum belli testimonium, quod Stilicho gessit, in eo inesse patet. Sed haec hactenus. Satis habeo historicos ad hunc rerum gestarum memoriae fontem denuo severiore disciplina adhibita exhauriendum delegasse.

VI.

De graeci Claudiani carminibus.

De graeco Claudiano supra egimus; sed nonnulla restant, quae addam. Cum enim constet latinum Claudianum maturiore aetate in Aegypto fuisse ibique puellam in matrimonium duxisse, iure Schenkelius l. c. p. 35 coniecit, graecum Claudianum Alexandrinum cognatione cum nostro Claudiano usum esse. Quae coniectura eo confirmari videtur, quod Gigantomachiam latini Claudiani, quamquam graecus in suam linguam non transtulit, eum imitari voluisse negari vix potest. Idem iudicandum de graeco carmine *Εἰπ' ἄγε* cet., quod imitationem continet latini Claudiani epigrammatis 'Lymphae, quae tegitis cet.' et 'Salibus indomitum glacies cet.'. Quid si filius nostri poetae fuisset, qui patrem imitatus esset? Temporum ratio vix repugnaverit. Conveniret haec sen-

tentia cum iis, quae de latini Claudiani vitae exitu supra demonstravimus. Neque tamen nimis certo affirmaverim.

Secuntur graeci Claudiani carmina, quae exstant, gigantomachia ex Schenkelii recensione, quam ut hoc loco denuo ederem vir doctus liberalissime permisit.

Κλαυδιανοῦ γιγαντομαχία.

Εἴ ποτέ μοι κυανῶπιν ἐπιπλώοντι θάλασσαν
καὶ φρεσὶ θαμβήσαντι κυκώμενα βένθεα πόντου
εὔξασθαι μακάρεσσιν ἐσήλυθεν εἰναλίοισι,
φωνῆς δὲ πταμένης ἀνεμοτρεφὲς ἔσβετο κῦμα,
λώφησεν δ' ἀνέμοιο βοή, γήθησε δὲ ναύτης
ὀσσόμενος μεγάλοιο θεοῦ παρεοῦσαν ἀρωγήν·
ὣς καὶ νῦν δὴ ἐγώ, σύ τε γὰρ θεὸς ἔπλευ ἀοιδῆς,
εὔξομαι αὐδήεντα κατάπλοον εὐεπιάων.
ἵλαθι καί μευ ἄκουσυν, ἐπεὶ σέθεν εὐμενέοντος
πανρότερον δέος ἐστὶν ἐπ' ἐλπίσι λωιτέρῃσιν.
ὣς γὰρ δὴ πέλαγος μὲν Ἀλεξάνδροιο πόληος
παντόθεν ἐκπέταται, τὰ δὲ μυρία κύματα λαῶν
ὄρνυτ' ἐπ' ἀλλήλοισιν, ἐγὼ δέ τε δεινὸς ἀοιδὸς
μουσοπόλος ναύτης Ἑλικωνίδι νηὶ πιθήσας
ἰθύνω πρὸς ἄεθλα, φέρω δ' ἔπι φόρτον ἀοιδήν.
εἰ δὲ θεῶν βουλῇσιν ὑφ' ὑμείων ἐθελόντων
ἡμετέροις ὕμνοισιν ἐπιπνεύσειαν ἔπαινοι . . . . . .
εὐρὺν ἐν αἰθέρα πέμπε θεήμαχος· ἡ δὲ ῥιφεῖσα
*τέφρη γίνεται * αἶψα * συναντήσασα κεραυνῷ.*
ἄλλος δ' ἠελίοιο καταντίον ἵστατ' ἀπειλῶν
μαρψέμεναι λοξῇσι φάος γλήνῃσι δεδορκώς.
τοῖσι δ' ἐφῆκ' ἀκτῖνα· φίλας δ' ἐκάλυψαν ὀπωπὰς
νήφρονες οὐδὲ μόθου τέλος ᾔδεσαν, ἀλλὰ πεσόντες
αὐταῖς αἷς φορέεσκον ἐτυμβεύοντο βολῇσι.
διψήσας δὲ γίγας πιέειν θέλε νήχυτον ὕδωρ·
τῆλε μάλ' ἐς ποταμὸν τάννσεν πολυχανδέα δειρήν,
ἕλκε δὲ χεύματα πάντα κυλινδομένοιο ῥόοιο,

M = Matritensis, A = codex Arsenii, qui v. 43—53 complectitur. 5 *λώφησε* M *λώφησεν Iriarte* ‖ 7 *ὣς καὶ νῦν δή με σὺ γὰρ δὴ θ. ἔ. ἀ* M ‖ 9 *ἴλλαθι* M ‖ 13 *δέ τοι* M ‖ 15 *ἰθύνων* M ‖ *ἐπί* M ‖ 17 *ἔπαινον* M *post v. 17 deesse videntur 68 versus, cf. Schenkelius l. c. p. 42.* ‖ 18 *εὐρὺν δ' ἄρ' ἐς signo lacunae addito* M ‖ *θεήμαχον* M *vix sanum putat Schenkelius* ‖ *ῥιφθεῖσα* M ‖ 19 *αἶψα Schenkelius, signum lacunae* M ‖ 21 *μ. δόξης φάος γλ. δεδοικώς* M, *quae in textu ex Schenkelii coniectura et M. Schmidtii* Phil. XVIII, 231 ‖ 22 *τῷ δ' ἐφῆκ' . . . ἐκάλυψεν* M ‖ *φίλας Schenkelius* Zeitsch. f. Oest. Gymn. XV, p. 312 *γλαυκὰς* M ‖ 26 *τάννσε* M

ἄχρις πηγάων ὑπεδέξατο μυρίον ὕδωρ
ἑσπόμενον προχοῇσιν ἀπολλυμένου ποταμοῖο.
ἄλλος δ' αὖ πρηνής γε πεσὼν ἐπὶ κύματα πόντου
πῖνεν ὑπὸ στομάτεσσι ποτόν· κελάρυζε δὲ λαιμῷ
Νηρέος ἁλμυρὸν οἶδμα δι' ἀνθερεῶνος ὁδεῦον.
πινομένου δὲ βυθοῖς καὶ ὕδατος ὀλλυμένοιο
γυμνώθη μέγα βένθος, ἐχερσώθη δὲ θάλασσα.
κούρης δ' ἄντα δύω γλαυκώπιδος ἀτρυτώνης
γηγενέες μάρναντο· φέρεν δ' ὁ μὲν οὔρεος ἄκρην,
αὐτὰρ ὅ γ' ἠλίβατον πέτρην ἀνάειρε μεμαρπώς.
τοὺς δὲ θεὰ κατέπεφνε δορυσσόος οὐχ ἑνὶ πότμῳ·
τοῦ μὲν γὰρ στέρνοιο διήλασε μείλινον ἔγχος,
τῷ δ' ἄρα λάινον ἔργον ἐπ' ἀσπίδος ὀμφαλοέσσης
Γοργοῦς δεῖξε κάρηνον· ὁ δ' ὡς ἴδε γυῖα πεδηθεὶς
ἣ φέρεν ἐν παλάμῃσιν ὁμοίιος ἵστατο πέτρῃ.
Κύπρις δ' οὔτε βέλος φέρεν οὐχ ὅπλον, ἀλλ' ἐκόμιζεν
ἀγλαΐην· θεμένη γὰρ ἐπ' ὄμμασιν ἄγγελον αὐγὴν
πρῶτα μὲν ἀπλεκέας περόνῃ διεκρίνατο χαίτας
καὶ πλεκτὰς ἔσφιγξε πυκνῷ περιπλέγματι σειράς,
στίλβει δ' ὀφθαλμῶν ἐρατοὺς ὑπεγράψατο κάνθους,
λεπτὰς δ' εὐανέμοιο ῥαφὰς χαλάσασα χιτῶνος
πορφυρέων οὐ κρύπτεν ὑφ' εἵμασιν ἄνθεα μαζῶν
ὄμματος εἰς ἄγρην ὡπλισμένου· εἶχε γὰρ αὐτὴ
πλέγμα κόρυν, δόρυ μαζόν, ὀφρῦν βέλος, ἀσπίδα κάλλος,
ὅπλα μέλη, θέλγητρον ἐν ἄλγεσιν· εἰ δέ τις αὐτῇ
ὄμμα βάλοι, δέδμητο· βέλος δ' ἀπὸ χειρὸς ἐάσας
ὡς Ἄρεως αἰχμῇ, τῇ Κύπριδος ὄλλυτο μορφῇ·
καὶ τὸν μὲν θανάτου νέφος ἔνδυεν, ἀλλὰ Τυφωεὺς
ὦρτο Ποσειδάωνος ἐναντία· τοῦ δὲ τριαίνῃ
στέρνα Ποσειδάων, Ζεὺς ἤλασε κρᾶτα κεραυνῷ·
Ἐγκέλαδος δ' οὐ λῆγε μάχης, ἀνὰ δ' ἥρπασε νῆσον
πρόρριζον πολίεσσιν ἐρειδομένην ὀρέεσσι,
δεινὰ δ' ἀπειλήσας Ζηνὸς κατέναντα βεβήκει.
στεῦτο δὲ γαῖαν ὅλην μὲν ἀναρρῆξαι κενεώνων,
ἄστυ δὲ συγχεῦαι Ζηνός τε μέλαθρον ἐρύσσαι.

28 ἄχρι δὲ M ‖ ὑπεδέχετο M ‖ 30 πρηνής τε M ‖ 31 λαιμός M ‖ 32 Νειερος M Νηρέος *Iriarte* ‖ ὁδεύων M ‖ 33 βυθοῖο M ‖ 35 κούρης ἄντα M ‖ 40 ὑπ' ἀσπίδος M ‖ 41 ὡς εἶδε M ‖ 42 ἤφερεν M ‖ 43 δ' αὖτε A ‖ 44 αὐδὴν A ‖ 45 Πρῶτον M ‖ πόρον M ‖ διέκρινε A διεκρίνετο M ‖ 46 ἔσφιξε M ‖ περὶ πλέγματι A M ‖ σειρεύς A ‖ 47 ὀφθαλμοῖς (*corr.* — ῶν) A ‖ 48 λεπτὰς εὐαν. A M ‖ χιτῶνας M ‖ 49 πορφ. δ' οὐ M ‖ 50 ὡπλισμένην M ‖ αὔτη A M ‖ 53 βέλος δ' ἄτερ χειρὸς ἐάσας A (A *hic exit*) ‖ 55 ἔντυεν M ‖ 57 κρᾶτα *Schenkelius, M. Schmidt l. c.* κάρτα M ‖ 59 πρόρρειζον M ‖ 60 κατέναντι M ‖ 62 Ζηνὸς δέ M ‖ ἐρύσσας M

τοῖα δ' ἐπηπείλει· τῷ δὲ σθένος ὦρορε μήτηρ,
ἡ μὲν ἀνασχομένη φόνιον βέλος, ἠελίου τε
νῆσος ἀνερχομένη σκίασεν φάος· ἐν δέ τε νήσῳ
δένδρεα καὶ ποταμοὶ θῆρές τ' ἔσαν ὄρνιθές τε.
καὶ τότ' ἄνακτα θεῶν χόλος ἄσπετος ἐστυφέλιξε.
ῥήξας γὰρ πυκινὰς νεφέλας σὺν τοῖσι κεραυνοῖς
ἀσβέστους πυρόεντας ἐπ' Ἐγκελάδῳ χέεν ὄμβρους.
ἤθελ' ἀμαλδύνειν, ὁ δὲ μεσσόθεν ἔκθορε πόντου
αἰθόμενος· τῷ δ' αμφὶ περὶ ζείουσα θάλασσα
δεινὸν παφλάζεσκε κυκωμένη ὥσπερ ἀθήρη.
οὐδὲ Κρονίων λῆγε· Λυκαονίης ἀπὸ γαίης
πέτραν ἀπορρήξας ὀλοῷ ἐπέθηκε γίγαντι
ἄσχετα μηνιόων· ἐπὶ δ' αὐτῷ νῆσος ὄρουσεν,
ἣν αὐτὸς προέηκεν ἐς οὐρανὸν [ἀμφότεροι δὲ
καὶ πυρὶ καὶ νούσῳ στυγεροὺς τείρουσι γίγαντας].

Χιονέη κρύσταλλος ὑπ' ἀνέρος ἀσκηθεῖσα
Δεῖξεν ἀκηρασίοιο παναίολον εἰκόνα κόσμου,
Οὐρανὸν ἀγκὰς ἔχοντα βαρύκτυπον ἔνδοθι πόντον.

Εἰπ' ἄγε μοι κρύσταλλε, λίθῳ πεπυκασμένον ὕδωρ,
Τίς πῆξεν; Βορέης. ἢ τίς ἔλυσε; Νότος.

Ἵλαθί μοι, φίλε Φοῖβε, σὺ γὰρ θοὰ τόξα τιταίνων
Ἐβλήθης περ ἔρωτος ὑπ' ὠκυπόροισιν ὀιστοῖς.

Μαχλὰς ἐνκροτάλοισιν ἀνευάζουσα χορείαις,
Δίζυγα παλλομένοισι τινάγμασι χαλκὸν ἀράσσει,
Κτεὶς μὲν ὑποκλέπτει πολιὴν τρίχα γείτονα μοίρης,
Ἠλεμάτοις ἀκτῖσι χαράσσεται ὄμματος αὐγήν.
Ψευδόμενον δ' ἐρύθημα κατέγραφεν ἄχροος αἰδώς,
Ἀγλαίῃ στέψασα νόθῃ κεκαλυμμένα μῆλα.

---

63 τοιὰ M || ὦρορε M | 64 Ἡ μὲν M || φοίνιον M || 65 σκίασε M σκίασεν *Iriarte* || 68 ῥῆξεν γάρ τε πυρὸς νεφέλας M || σὺν τοῖς M || 69 πυρόεντος M || 72 κυκωμένη περὶ θῆρας M || 75 νοῦσος M || 76 εἰς τὸν οὐρανὸν M ἐς οὐρανὸν *Iriarte* || ἀμφότερον M || *finem inclusit Schenkelius.*

7 ἐβλήθης περ ἔρωτος *Schenkelius l. c. p. 36 adn.* ἐβλήθης ἐπ' ἔρωτος *Heinsius* ἐβλήθης ὑπ' ἔρωτο *codex* || *Imperfectum putat Schenkelius ibid.*

Post versum 10 aliquid excidisse putavit Reiskius, Τῆς *prius editum,* Κτεὶς *Gesnerus* || ὑποκλέπτει *Schenkelius l. c. p. 36 adn.* ὑποκλέπτων *prius editum* || 11 ἠλεμάτοις δ' *Schenkelius ibid.* || 12 αἰδοῦς *Schenkelius ibid.*

Ἕδρην χαλκεόπεζον ἐπὶ προθύροις ἑλικῶνος
Ἑστήκει θεράπων τις ὑπὲρ νώτοιο μεμαρπώς,
Οὐδ' ἔθελε μογέοντι πορεῖν ἐπιβάθρον ἀοιδῷ.
Τοὔνεκά μεν θώρηξεν ἰὸν πολύμητις ἀνάγκη.[1])

Ὦ πυρὸς ἀενάοιο σοφὴν ὠδῖνα φυλάσσων,
Ἐμβεβαὼς κόσμοιο παλινδίνητον ἀνάγκην,
Χριστὲ θεοῤῥήτοιο βίου φυσίζοε πηγή,
Πατρὸς ἀσημάντοιο πρωτοσπόρε φωνή,
Ὃς μέγα μητρῴων τοκετῶν ἐγκύμονα φόρτον,
Καὶ γόνον αὐτοτέλεστον ἀνυμφεύτων ὑμεναίων
Στήσας, ἀσσυρίης γενεῆς ἑτερόφρονα λύσσαν,
Ὄργια δ' εἰδώλων κενεῶν ψευδώνυμα λύσας,
Αἰθέρος ἀμφιβέβηκας ἐφ' ἑπτάζωνον ὄχηα,
Ἀγγελικαῖς πτερύγεσσιν ἐν ἀῤῥήτοισι θαάσσων.
Ἵλαθι παγγενέταο θεοῦ πρεσβήιον ὄμμα,
Φρουρὲ βιοῦ, σῶτερ μερόπων, αἰῶνος ἀνάσσων.

Ἀρτιφανές, πολιοῦχε, παλαιγενές, υἱὲ νεοττέ,
Αἰὲν ἐὼν προεώντε, ὑπέρτατε, ὕστατε, χριστέ,
Ἀθανάτοιο πατρός, καὶ ὁμόχρονε, πάμπαν ὅμοιε.

Sic praefatione ad finem perducta me pellit animus, ut iis viris doctis gratias agam, qui schedas corrigendas summa cura susceperunt. Atque primo loco nomino Frid. Aug. Eckstеinium Sancti Thomae collegii Lipsiensis praesidem, deinde Sachsium collegam, Goetzium amicum. Quibus viris addendus est R. Peiper, qui quam fecit codicis Bruxellensis collationem ad me misit, ut illam cum eiusdem libri quam ipse comparaveram collatione conferrem. Illis viris omnibus gratias ago quam maximas.

1) *Finem deesse putat Schenkelius ibid.*

Index notarum.

G = excerpta Lucensia (de signo + in G cf. In Ruf. I, v. 252)
g = excerpta Gyraldina ex editione Heinsiana a. 1650
V = codex Vaticanus n. 2809
B = codex Bruxellensis n. 5381
M = excerpta Monacensia ex cod. Fris. n. 92
L (excepto panegyrico in Olybrii et Probini consulatum) = Laurentianus codex n. 250
V1 = codex Vossianus n. 294
L (in panegyrico in Olybrii et Probini consulatum) = cod. Mediceus pl. XXXIII. cod. 4
N = codex Florentinus n. 144
l = codex Leidensis n. 116
F = codex Farnesianus IV. E. 47
O = omnes codices praeter G et g
deterr. = codices deteriores aut omnes aut plerique
deter. = unus deterior codex
editt. = editiones aut omnes aut pleraeque
H_1 = recensio Heinsiana prima a. 1650
H_2 = recensio Heinsiana altera a. 1665
H_3 = recensio Heinsiana tertia apud Burmannum
H = omnes tres recensiones Heinsianae
m. II = manus secunda eiusdem saeculi quo manus prima scripsit; manu secunda exarata sunt omnia quae superscripta sunt, quod non notavi.
[ ] voculae vel litterae sic uncis inclusae in V prima manu scriptae sunt. Numeri titulis additi sunt numeri Gesneriani.

CL. CLAUDIANI

IN OLYBRII ET PROBINI FRATRUM CONSULATUM

PANEGYRICVS. (I.)

Sol, qui flammigeris mundum complexus habenis
Volvis inexhausto redeuntia saecula motu,
Sparge diem meliore coma crinemque repexi
Blandius elato surgant temone iugales
Efflantes roseum frenis spumantibus ignem.
Iam nova germanis vestigia torqueat annus
Consulibus laetique petant exordia menses.
Scis genus Auchenium nec te latuere potentes
Anniadae; nam saepe soles ductoribus illis
Instaurare vias et cursibus addere nomen.
His neque per dubium pendet Fortuna favorem

panegyricus dictus olimbrio et probino consulibus *m. II* V1 *titulus deest* LN *(in* N *in marg. super. add. m. XVI—XVII saeculi, forte Pricaei)* F Incipit liber de olibrio et probino 1 In Probini et Olybrii fratrum consulatum panegyris *editt.* [*De forma 'Olybrii' cf. v. 30.*] 1 S *in* Sol *omisit* NF ‖ flamigeris F 2 inexausto 1F ‖ saecula] sidera L 4 alato *coni. olim* H *cf. Clercq. p. 744* ‖ surgant G rubeant *Isingrinius in marg. quod defendit Gesnerus* ‖ themone V1NF
o
6 neva V1 ‖ fastigia *coni.* H 7 laeti repetant *vel* laetique ferant *coni. Burmannus* 8 auchenium 1 alchenium GgF auchemium V1
i
anchenium L authenium N 9 Aniade N Auniadae F 11 Hys N ‖
na
fortu V1 ‖ favorem G (*hic pagina editionis principis finitur simulque*
vel fa
excerpta Florentina ex codice G) NF pavorem V1 pavorem L1

Nec novit mutare vices, sed fixus in omnes
Cognatos procedit honos. Quemcumque requires
Hac de stirpe virum, certum est de consule nasci.
Per fastos numerantur avi semperque renata
Nobilitate virent et prolem fata secuntur
Continuum simili servantia lege tenorem,
Nec quisquam procerum temptat, licet aere vetusto
Floreat et claro cingatur Roma senatu,
Se iactare parem; sed prima sede relicta
Aucheniis de iure licet certare secundo.
Haud secus ac tacitam Luna regnante per arcem
Sidereae cedunt acies, cum fratre recusso
Aemulus adversis flagraverit ignibus orbis:
Tunc iubar Arcturi languet, tunc fulva Leonis
Ira perit, Plaustro iam rara intermicat Arctos
Indignata tegi, iam caligantibus armis
Debilis Orion dextram miratur inermem.
Quem prius aggrediar? veteris quis facta Probini
Nesciat aut nimias laudes ignoret Olybri?
Vivit adhuc completque vagis sermonibus aures
Gloria fusa Probi, quam nec ventura silebunt
Lustra nec ignota rapiet sub nube vetustas.
Illum fama vehit trans aequora transque remotas

12 set F ‖ 13 require LNF *praefert etiam* H 3 requiras *margini primae editionis adscr.* H cf. *Clercq van Jever app. crit. ap. Burm. p. 744* 14 virum] unum N ‖ 15 fastos *ex coni. scripsi* fasces O 16 sequntur F 18 tentet *mavult* H ‖ ore N ‖ $\overset{\text{vel tusto}}{\text{venisto}}$ V1 19 cingantur V1 20 set F 21 Anchen' L Acheniis N Alcheniis F ‖ soluido *(sic)* N 22 Haut V1LN Aut *corr. m. II in* Haut 1 ‖ $\overset{\cancel{\text{atacitam}}}{\cancel{\text{aut tacitacā}}}$ *(sic!), in marg. m. I* ad tacitam 1 $\overset{\text{sic}}{\text{ac}}$ V1 ‖ arcem *ex coni. scripsi* arcton V1L1 arthon N archton F 23 recusso L1 *cf. Gesnerum a. h. l.* recussusso *vel* retuso V1 recurso N retuso F retruso *Scaliger laudante Burmanno.* 25 acturi L attractu N 26 $\overset{\text{h}}{\text{arctos}}$ V1 arthos N 27 Indigna tegi L 28 inhermem V1N1 inertem F 29 Q *in* Quem *omisit* L ‖ agrediar F ‖ veteris q̅ *(sic)* L 30 olybri *scripsi, quam formam veram esse docent nummi cf. Cohen, médailles consulaires, VI, 527 n. 4; Eckhel, doctr. num. VIII, p. 198* olimbri V1LN1 olimbi F 33 ignotam *Gronovius* ‖ $\overset{\text{e}}{\text{rapit}}$ F rapuit *maluit Barthius anim. p. 15* 34 remota N

Tethyos ambages Atlanteosque recessus.
Audiit et, gelido si quem Maeotia pascit
Sub Iove vel calido si quis coniunctus in axe
Nascentem te Nile bibit. Virtutibus ille
Fortunam domuit nunquamque levantibus alte
Intumuit rebus, sed mens circumflua luxu
Noverat intactum vitio servare rigorem.
Hic non divitias nigrantibus abdidit antris
Nec tenebris damnavit opes, sed largior imbre
Sueverat innumeras hominum ditare catervas.
[Quippe velut densos currentia munera nimbos]
Cernere semper erat populis undare Penates,
Assiduos intrare inopes, remeare beatos.
Praeceps illa manus fluvium superabat Hiberum,
[Aurea dona vomens. Sic quis tellure revulsa
Sollicitis fodiens rimatur collibus aurum?]
Quantum stagna Tagi rudibus stillantia venis

35 Tethios V1N Thetios L1 Thetidos F ‖ athlanteosque V1 athalanteosque N a(t)lanteosque 1 athallanteosque F atlantiacosque *coni.* H
36 Maeotia *praefert* $H^2 H^3$ (cf. ad IV cons. Hon.; v. 180) Maeotica O
37 calido(ens) V1 calidum siquis coniectus in axem *hariolatur Burmannus* coniunctior axi *proponit Koenigius* 38 bibet F 39 nunquam relevantibus F 40 set F ‖ fluxu N 41 rigorem g servare rigorem F servare vigorem N regnare vigorem V1L1 42 addidit V1L
43 dampnavit O ‖ set F ‖ imber N ymbre 1 44 daitare L
45 *uncis inclusi ex Koenigii auctoritate* ‖ velud L ‖ dempso L denso N1F ‖ nimbo LN1F ‖ Quippe velut denso currunt ad munera nimbo *Burmannus proposuit* 46 nudare L 47 Assiduo(i)s V1 ‖ beato N
48 hiberos V1L1 hyberos NF 49 *et* 50, *quibus quid artificiosius dici nequit interpolatos puto; optime de eis egit Th. Hertel in programmate Torgaviensi 1848, p. IV* 49 vehens *coniecit Koenigius* ‖ Sic quis *Claverius; signum interrogationis addidi, cf. Claud. de consulatu Stil. III, v. 61 sequ. cet.* sed quis V1 si quis LNF ~~sed quis~~ (quantum) *(sic!* quantum *add. m. I)* 1 ut qui *notavit Scaliger* 50 Sollicitus 1 ‖ miratur V1LNF mitatur 1 rimatur *ex Isingrinii libro* 49—54 *aliunde inserti videntur Koenigio* 51—54 *suo loco non esse judicavi, cum v. 49—50 integros putarem, quamquam nesciens quo essent transponendi; nunc eos defendo cum Hertelio l. c. v. 49 et 50 deletis, cf. de cons. Theod. v. 40. Aliquantum offensionis* restat, *quod* 'Hermus' *et* 'Pactolus' *non sunt* 'fluvii Hiberi', *quare scripsi* 'fluvium Hiberum', *cf. de cons. Theod. v. 53. At forte in* 'Tagi' *latet* 'Padi', *de quo Plinius N. H.* XXXIII, 4, 21 (66) 'aurum invenitur — — apud nos tribus modis: fluminum ramentis, ut

Effluxere decus, quanto pretiosa metallo
Hermi ripa micat, quantas per Lydia culta
Despumat rutilas dives Pactolus harenas.
Non, mihi centenis pateant si vocibus ora
Multifidusque ruat centum per pectora Phoebus,
Acta Probi narrare queam, quot in ordine gentes
Rexerit, ad summi quotiens fastigia iuris
Venerit, Italiae latae cum frena teneret
Illyricosque sinus et quos arat Africa campos.
Sed nati vicere patrem solique merentur
Victores audire Probi. Non contigit illi
Talis honor, prima cum parte viresceret aevi,
Nec consul cum fratre fuit. Vos nulla fatigat
Cura diu maiora petens, non anxia mentem
Spes agit et longo tendit praecordia voto.
Coepistis, qua finis erat: primordia vestra
Vix pauci meruere senes metasque tenetis,
Ante genas dulces quam flos iuvenilis inumbret
Oraque ridenti lanugine vestiat aetas.
Tu precor ignarum doceas Parnasia vatem,
Quis deus ambobus tanti sit muneris auctor.

in Tago Hispaniae, Pado Italiae cet.' *quod de Pado testimonium ab recentioribus ubique neglectum esse valde miratus sum. Ritschelius hoc fere modo olim locum difficillimum restituendum esse putavit:* Praeceps illa manus fluvios superabat Hiberos Aurea dona vomens, [*quorum non aequet aceruos Semper inexhaustos*] si quis tellure cet. *Heinsius voluit:* quidquid tellure revulsa Callaicis fodiens rimatur collibus Astur; *Barthius v. 49 sequ. ita scribere voluit:* quanto pretiosa metallo Hermi ripa micat, quantas per Lydia culta Despumat rutilas dives Pactolus arenas, Quantum stagna Tagi rudibus stillantia venis Effluxere decus, si quis tellure revulsa Sollicitis fodiens rimetur collibus aurum
51 splendida *pro* stillantia *temptavit Koenigius* 52 quantum L ‖ metalli LNF 53 rippa V1 ‖ lidia V1LN1 gelida F ‖ cultas N ‖ v. 53 *sequ. scripserit* H: quantum per Lydia culta Despumat rutilae dives Pactolus arenae 54 rutiles (a) 1 55 pateant O (p,etebāt (a) [*sic*] 1) resonent *editt.* ‖ si] sub L 58 rexint (r) *(sic)* V1 ‖ vestigia L1 59 ytalie LN1 ‖ latae *scripsi* late O 60 Illiricosque V1LN1 Iliricosque F ‖ affrica V1LN1 61 Set F 62 non] n̄c L num *proponit* H ‖ attigit F 63 ~~orbi~~ eui *(sic)* 1 64 Non F ‖ fa,gat (ti) V1 65 Curo F 67 qua H *cum Barthio* quo O 70 vesticet (a) V1 71 T *in* Tu *omisit* L ‖ Parnasia O Parnassia *editt.*

Postquam fulmineis impellens viribus hostem
Belliger Augustus trepidas laxaverat Alpes,
Roma Probo cupiens dignas persolvere grates
Sedula pro natis dominum flexura rogando
Ire parat. Famuli currum iunxere volantem
Impetus horribilisque Metus, qui semper agentes
Proelia cum fremitu Romam comitantur anhelo,
Sive petat Parthos, seu cuspide turbet Hydaspen.
Hic ligat axe rotas, hic sub iuga ferrea nectit
Cornipedes rigidisque docet servire lupatis.
Ipsa, triumphatis qua possidet aethera regnis,
Assilit innuptae ritus imitata Minervae;
Nam neque caesariem crinali stringere cultu
Colla nec ornatu patitur mollire retorto,
Dextrum nuda latus, niveos exserta lacertos.
Audacem retegit mammam laxumque coercens
Mordet gemma sinum. Nodus, qui sublevat ensem,
Album puniceo pectus discriminat ostro.
Miscetur decori virtus pulcherque severo
Armatur terrore pudor galeaeque minaci
Fulva cruentarum praetenditur umbra iubarum
Et formidato clipeus Titana lacessit
Lumine, quem tota variarat Mulciber arte.
Hic patrius Mavortis amor fetusque notantur
Romulei; pius amnis inest et belua nutrix.
Electro Tiberis, pueri formantur in auro,

73 inpellens L1F 78 horribilis metus F ‖ inpetus O1NF 79 dominam *pro* Romam *voluit Gronovius* ‖ hanelo V1N1F anelo L 80 Seu L ‖ partos 1 ‖ hidaspē V1 ydaspē L adaspem N hidaspem 1F 81 nectit O mittit *alii ex editione Isingrinii* 83 triumphatis 1 triumphatum V1NLF 84 irrupte N ‖ ritus *(sic)* V1 85 neque] non L 87 ntta *(sic), in marg. m. I* nuda 1 ‖ exerta O ‖ ~~choerces~~ [lacertos] *(sic)* 1 88 detegit L ‖ cohercens V1LN 90 pumiceo 1 pumẹo [ceo] *(sic)* V1 91 virtus — terrore *desunt* L 92 galee minaci F 93 Flua *(sic)* L Fulva *Paul Quaest. Claud. 1866, p. 4 propter* 'cruentarum' flava V1L1F ‖ centaiūt [r] *(sic)* V1 ‖ protenditur L ‖ umbra O *(sup. lin. m. II* V1) *forte* unda *servato* flava *cf. Martial. 8, 55, 10* 'unda comae', *pro quo alii* 'umbra comae'
94 tytana N ‖ lacescit N 95 qm [a] V1 ‖ toto L ‖ variabat L variaret N ‖ hoste [arce] N 96 amor] erat L 98 Electo L ‖ tibis L tyberis N

Pingunt aera lupam, Mavors adamante coruscat.
Iam simul emissis rapido velocior Euro
Fertur equis. Strident Zephyri cursuque rotarum
Saucia dividuis clarescunt nubila sulcis.
Nec traxere moras, sed lapsu protinus uno,
Quem poscunt, tetigere locum, qua fine sub imo
Angustant aditum curvis anfractibus Alpes
Claustraque congestis scopulis durissima tendunt,
Non alia reseranda manu, sed pervia tantum
Augusto geminisque fidem mentita tyrannis.
Semirutae turres avulsaque moenia fumant,
Crescunt in cumulum strages vallemque profundam
Aequavere iugis, stagnant immersa cruore
Corpora, turbantur permixto funere manes.
    Haud procul exacto laetus certamine victor
Cespite gramineo consederat, arbore fultus
Acclines umeros. Dominum gavisa coronat
Terra suum surguntque toris maioribus herbae.
Sudor adhuc per membra calet creberque recurrit
Halitus et placidi radiant in casside vultus:
Qualis letifera populatus caede Gelonos
Procubat horrendus Getico Gradivus in Haemo;
Exuvias Bellona levat, Bellona tepentes
Pulvere solvit equos immensaque cornus in altum

99 Pingunt g Ṭ Pingunt N Tingunt L Fingunt V1lF *cum Scaligero* 100 J *in* Jam *deest* L ‖ emisso (is) V1 101 strident N stridunt V1L1F zephiri O ‖ cursusque F 102 rarescunt *Schraderus cf. Haupt Hermes V, p. 326* 103 Non L ‖ set F 104 q̃ F ‖ fine supino *mavult Barthius* 105 amfractibus V1 106 congestis O coniectis *editt.* contentis *Schraderus l. c.* 107 set F 108 Augusta L ‖ tirannis V1L1F 109 Semi-rupte *(sic)* V1 Semirupte F 110 culmum F 111 immersa *editt.* inmensa O ‖ c,ore (r) *(sic)* N cruorem *proponit Gesnerus* 112 turbantur V1L1N traduntur F ‖ permulto *pro* permixto *coniecit Gesnerus* 113 Haut V1LN Aut *corr. m. II in* Haut l ‖ exaulto *(sic)* l 115 Aclines LF Ac [*lac. sine ras.*] humeros N ‖ humeros O 116 thoris V1LN1 118 Ḥalitus V1 118 Q,~~ter~~ (al') *(sic)* l 120 horrendum *(cum Leidensi quodam)* H ‖ haemo *editt.* auro (hemo) V1 arvo LN1F 121 repentes L 122 in altum *scripsi* in hastam O *quod exortum est ex glossa ad* 'cornus' *ut iure iudicavit Koenigius* in hostem, *postea* in actam *Barthius* in astra *Sixtin. cf. Clercq van Jever ap. Burm. p. 745* in auras *laudat Burmannus*

Porrigitur tremulisque ferit splendoribus Hebrum.
Ut stetit ante ducem discussas Roma per auras,
Conscia tunc sonuit rupes et inhorruit atrum
Maiestate nemus. Prior hic: O numen amicum,
Dux ait, et legum genetrix longeque regendo
Circumfusa polo, consors addicta Tonanti,
Dic agedum, quae causa viae? cur deseris arces
Ausonias caelumque tuum? dic maxima rerum,
Non ego vel Libycos cessem tolerare labores
Sarmaticosve pati medio sub frigore Cauros,
Si tu Roma velis. Pro te quascumque per oras
Ibimus et nulla sub tempestate timentes
Solstitio Meroen, bruma temptabimus Histrum.
Tum regina refert: Non me latet, inclite rector,
Quam tua pro Latio victricia castra laborent,
Nec quod servitium rursus furiaeque rebelles
Edomitae paribus sub te cecidere triumphis.
Sed precor hoc donum cum libertate recenti
Adicias, si vera manet reverentia nostri.
Sunt mihi pubentes alto de semine fratres,
Pignora cara Probi, festa quos luce creatos
Ipsa meo fovi gremio. Cunabula parvis

123 ebrum L1 124 discusas F 125 Conṣcita *(sic)* l ‖ per auras Concita ter *cet; ut a* 'ter' *incipiat apodosis, proponit Hertel l. c.* ‖ tunc O ter *ex Moreti libro* H ‖ rụpes [p] V1 ‖ arcum L 126 Magestate L ‖ h̄ (= hoc) F huic *maluit* H_2 H_3 ‖ O *omisit* N 127 genitrix O genitrix *deerat add. s. lin. m. II* L ‖ longoque LN 128 addicta V1NF adducta L1 adiuncta *editt.* ‖ tonanti *editt.* tontis [an] V1 tonantis NL1F consorsque adjuncta *coni.* H *cf. Clercq. p. 746* 129 agendum V1 ‖ causẹ [a] V1 131 libicos O ‖ labores O vapores *Delrii codex*, *fortasse* calores, *ut melior exsistat frigoris* (v. 132) *oppositio* 132 medios̡ V1 medios L ‖ choros LN1F c,oros [h] V1 *cf. bell. Gild. v. 495* 133 horas O 134 timentes *omisit* N 135 merẹem [o] V1 meroē L meroen NF meropē l ‖ hystrum N 136 unc *pro* Tunc *littera* T *omissa* L 137 Quod [vel quam] V1 Quod LF 138 servicii N 140 Set F 141 Aditias V1L Adde precor F Adde prior tibi si *Burmannus proponit* 142 michi V1 143 clara *coniecisse* H *dicit Clercq ap. Burmannum p. 746* 144 can,bla [a] *(sic)* l

Ipsa dedi, cum matris onus Lucina beatum
Solveret et magnos proferrent sidera partus.
His ego nec Decios pulchros fortesve Metellos
Praetulerim, non qui Poenum domuere ferocem
Scipiadas Gallisque genus fatale Camillos.
Pieriis pollent studiis multoque redundant
Eloquio. Nec desidiis dapibusve paratis
Indulgere iuvat, nec tanta licentia vitae
Arripit, ut mores aetas lasciva relaxet,
Sed gravibus curis animum sortita senilem
Ignea longaevo frenatur corde iuventus.
Illis quam propriam ducunt ab origine sortem
Oramus praebere velis annique futurum
Devoveas venientis iter. Non improba posco,
Non insueta dabis; domus hoc de more requirit.
Annue. Sic nobis Scythicus famuletur Araxes,
Sic Rhenus per utrumque latus Medisque subactis
Nostra Semiramiae timeant insignia turres,
Sic fluat attonitus Romana per oppida Ganges.
  Ductor ad haec: Optata iubes ultroque volentem
Diva rogas; non haec precibus temptanda fuissent.
Usque adeone meam condunt oblivia mentem,
Ut pigeat meminisse Probi, quo vindice totam
Vidimus Hesperiam fessasque resurgere gentes?
Ante dabunt hiemes Nilum, per flumina damae

145 honus V1N1F   146 Solverent V1 ‖ magnūos N ‖ proderent F praeberent g (? ms.) ‖ sydera N   147 pulcros LNF ‖ fortesque N ‖ metallos (e) V1   148 demuere (o) N   149 Sipiadas F ‖ Gallis genus F ‖ fortale *corr. m. II in* fartale V1 letale LN   151 deliciis N   152 iuvat] parant F   153 Arripit O Abripit *Claverius* ‖ ut — relaxet L aut — relaxat V1N1F ‖ laxiva F   154 Set F   156 Illi F   160 s,ithicus (c) V1 sciticus LN1 sithicus F   161 renus LN1F ‖ mediisque L   163 opida LN1F   164 D *deest in* Ductor L ‖ utroque (l) L ‖ volutem L   166 adeo nemeam L ‖ condant *mavult cum Livineio* H   167 pudeat *(sic)* L ‖ vindice g (? ms.) l iudice V1LN   168 fessasque] falsasque L ‖ turres *pro* gentes *defendunt cum quodam Moreti libro* H *et Burmannus*   169 Ante augebit hiems *olim Koenigius* ‖ hyemes O ‖ nylum N nilum *suspectum habuit quod locum non intellexit Burmannus; nihil mutandum ut docet qui h. l. exscripsit Licentius in carmine ad Augustinum v. 100* ‖ dāme V1F dāpme *(sic)* N dāpne (m) *(sic)* l

Errabunt glacieque niger damnabitur Indus,
Ante Thyesteis iterum conterrita mensis
Intercisa dies refugos vertetur in ortus,
Quam Probus a nostro possit discedere sensu.
Dixerat et velox iam nuntius advolat urbem.
Extemplo strepuere chori collesque canoris
Plausibus impulsi septena voce resultant.
Laetatur veneranda parens et pollice docto
Iam parat auratas trabeas cinctusque micantes.
Stamine, quod molli tondent de stipite Seres
Frondea lanigerae carpentes vellera silvae,
Et longum tenues tractus producit in aurum
Filaque concreto cogit squalere metallo:
Qualis purpureas praebebat candida vestes
Numinibus Latona suis, cum sacra redirent
Ad loca nutricis iam non errantia Deli:
Illa feros saltus et desolata relinquens
Maenala lassato certis venatibus arcu,
Phoebus adhuc nigris rorantia tela venenis
Exstincto Pythone ferens. Tunc insula notos
Lambit amica pedes ridetque Aegaeus alumnis
Lenior et blando testatur gaudia fluctu.
Sic Proba praecipuo natos exornat amictu,
Quae decorat mundum, cuius Romana potestas
Fetibus augetur. Credas ex aethere lapsam
Stare Pudicitiam vel sacro ture vocatam
Iunonem Inachiis oculos advertere templis.
Talem nulla refert antiquis pagina libris,

170 *pro* niger *mavult* piger H_2H_3 ‖ dapnabitur V1 dampnabitur LN1F 171 thiesteis V1IF tyesteis N tiesteis L ‖ [con]interrita V1 174 urbem] axem F 175 Ex[t],emplo V1 Extimplo l 176 inpulsi NF ‖ sepetena L ‖ *pro* voce *mallet* valle H_2H_3 178 Cinctusque micantes g ‖ cinct[u]isque V1 179 tundunt F ‖ de stupite N de cespite L 182 scalore l 184 lacona L 186 feris *coniecit Barthius* 187 lassata F ‖ cunctis N 188 itela *(sic)* N 189 Extincto O ‖ phitone O 190 Ambit *temptavit Burmannus* Tangit? ‖ alumpnis LN1F 191 Le[ti]nior V1 ‖ luctu L 192 exornet L 193 Quo F 194 Fletibus N 195 thure O 196 inach' N ‖ a[d],vertere l

Nec Latiae cecinere tubae nec Graeca vetustas.
Coniuge digna Probo, nam tantum coetibus exstat
Femineis, quantum supereminet ille maritos:
[Ceu sibi certantes sexus quid possit uterque
Hunc legere torum. Taceat Nereida nuptam
Pelion. O duplici fecundam consule matrem
Felicemque uterum, qui nomina parturit annis.]
Ut sceptrum gessere manu membrisque rigentes
Aptavere togas, signum dat summus hiulca
Nube pater gratamque facem per inane rotantes
Prospera vibrati tonuerunt omina nimbi.
Accepit sonitus curvis Tiberinus in antris
Ima valle sedens. Erectis auribus haesit,
Unde repentinus caeli fragor. Ilicet herbis
Pallentes thalamos et structa cubilia musco
Deserit ac Nymphis urnam commendat erilem.
Illi glauca nitent hirsuto lumina vultu,
Caeruleis infecta notis, reddentia patrem
Oceanum, crispo densantur gramine colla.
Vertice luxuriat toto crinalis harundo,
Quam neque fas Zephyris frangi, nec sole perustam

198 lacio F || grata vetustas F 199 Probos N || extat V1L1 instat F 201—204 *prolati sunt primum ab Isingrinio; emendata ex codice (? ms.) Claveriano; desunt in* O, *ergo ego cum Delrio uncis inclusi ut interpolatos a librario quodam, qui lacunam explere voluit; eos defendit* H; 201 Ceu — 202 torum *genuina videntur Koenigio, reliqua vero spuria* 203 en duplici H *coniecisse dicit Burmannus* 205 sceptrum V1 || pressere *coniecit Burmannus* tenuere *mavult Koenigius* || mem-
que ap y c
bris V1 206 Contavere l || syni', ulta *(sic)* N hyulta V1 207 genitamque per inane L 208 tonuerunt *cum Gronovio* H temuerunt *(sic)*
i
V1 tenuerunt LN1F 209 tyberinus N 210 Imma V1 Ima L Imma F || Erectis auribus V1LN1 Arrectis auribus F Arrectisque auribus *editt.* 211 caeli *Puteanea quaedam excerpta, quae secutus est* H populi V1LN1 popoli F scopulis *Sixtin. probante etiam* H, *ut attulit Clercq van Jever app. crit. apud Burm. p. 746* scopuli *coni. Gesnerus* || illicet NF hilicet l 212 Squallentes *malit* H || talamos V1 213 nimphis O || urnam commendat herilem g atque domum nymphis commendat herilem *ex suo libro (? ms.) Claverius* dominam *pro* urnam *cum editt. probat Barthius* || herilem O 214 Illa L || hyspan hirsuto *(sic)* N hyrsuto F 215 nodis F || redencia F 216 Occeanum O || densantur O densatur *cum libro quodam Leidensi* H 217 arundo l 218 zephiris O || f rangi N frangere F

Aestivo candore mori, sed vivida frondet
Aequaevum complexa caput. Taurina levantur
Cornua temporibus raucos sudantia rivos.
Distillant per pectus aquae, frons hispida manat
Imbribus, in liquidos fontes se barba repectit.
Palla graves umeros velat, quam neverat uxor
Ilia percurrens vitreas sub gurgite telas.
  Est in Romuleo procumbens insula Thybri,
Qua geminus medias interfluit alveus urbes
Discretas subeunte freto pariterque minantes
Ardua turrigerae surgunt in culmina ripae.
Hic stetit et subitum prospexit ab aggere votum,
Unanimes fratres cinctos stipante senatu
Ire forum strictasque procul radiare secures
Atque uno biiuges tolli de limine fasces.
Obstupuit visu suspensaque gaudia vocem
Oppressam tenuere diu. Mox incohat ore:
Respice, si tales iactas aluisse fluentis
Eurota Spartane tuis. Quid protulit aequum
Falsus olor, valido quamvis decernere caestu
Norint et ratibus saevas arcere procellas?
En nova Ledaeis suboles fulgentior astris.
Ecce mei cives, quorum iam Signifer optat
Adventum stellisque parat convexa futuris.
Iam per noctivagos dominetur Olybrius axes

222 pecttus V1 ‖ hyspida N 223 Ymbribus N ‖ barba,re pectit 1 reflectit *scripserim* recepit *Gryphiana* 224 humeros O 225 Illia V1 Illi LN1 226 E *in* est *om.* LN ‖ in *om. add. m. I sup. lin.* V1 ‖ tibri V1L1 tybri NF 227 geminus medias *ex coni.* *scripsi cf. L. Jeep, Quaest. critt. cet. p. 43 sequ.;* medius geminas V1 (vel as, vel us) medius geminas LN1F ‖ interluit *emendasse* H *dicit Clercq p. 746* ‖ arces *pro* urbes *Schraderus l. c.* 229 rippe L 230 agere F ‖ conspexit 1 231 junctos V1 *ex quo coni.* 'cinctos' cf. v. 19 claro cingatur Roma senatu *et* de IV cons. Hon. v. 580, juncto LN1F cuncto *coni. Barthius et Schraderus l. c.* sancto *coni. Burmannus, quod laudat Koenigius* ‖ v. 233 *deest* in V1 ‖ lumine LN 234 Obstipuit (u) V1 Obstipuit N 235 inchoat O 237 Eurotas V1L1 ‖ spartane *Delrius* spartaeve V1 spartasve L sparteque N sparte = ve 1 spartave F ‖ tuos N 238 olor *om. sed lacuna relicta* N 239 Norint] Horruit L Novit N Nori = t 1 240 soboles O ‖ fulgentibus N 241 obtat V1 aptat Adventu (= dativ.) H *coniecit* 243 Olybrius *scripsi cf. v. 30* olimbrius O ignes *pro* (?) axes *Schraderus*

Pro Polluce rubens, pro Castore flamma Probini.
Ipsi vela regent, ipsis donantibus auras
Navita tranquillo moderabitur aequore pinum.
Nunc pateras libare deis, nunc solvere multo
Nectare corda libet. Niveos jam pandite coetus
Naiades, totum violis praetexite fontem.
Mella ferant silvae, iam profluat ebrius amnis
Mutatis in vina vadis, iam sponte per agros
Sudent irriguae spirantia balsama venae.
Currat, qui sociae roget in convivia mensae
Indigenas fluvios, Italis quicumque suberrant
Montibus Alpinasque bibunt de more pruinas:
Vulturnusque rapax et Nar vitiatus odoro
Sulphure tardatusque suis erroribus Ufens
Et Phaetonteae perpessus damna ruinae
Eridanus flavaeque terens querceta Maricae
Liris et Oebaliae qui temperat arva Galesus.
Semper honoratus nostris celebrabitur undis
Iste dies, semper dapibus recoletur opimis.
Sic ait et Nymphae patris praecepta secutae
Tecta parant epulis ostroque infecta corusco
Umida gemmiferis inluxit regia mensis.
O bene signatum fraterno nomine tempus,
O consanguineis felix auctoribus anne,
Incipe quadrifidum Phoebi torquere laborem.

245 ipsisque domantibus H *coniecisse dicit Burmannus, cf. Koenigium ad h. l.* 246 pinus LN 247 nec N 248 niveo[s] V1 niveo LNF niveos 1 ‖ plaudite N cetu LNF cetus V11 ‖ cinctus *coni. Scaliger* pangite coetus *coni. primis curis Barthius* 249 Naiades O Naides et *editt.* ‖ totum[totam] V1 ‖ fontem[frontem] V1 250 annis N ānis 1 252 spumancia V1 253 reget[a] l reget F 254 ytalis N ‖ q[i] que V1 256 nas F ‖ olore N 257 Sulphurea N ‖ tardatisque L ‖ euoribus N ‖ cufeus N ulfeus F 258 phetontee V1N1F fetontee L ‖ dampna O 259 flavisque L ‖ tenens F ‖ marice[s] V1 marisce L1F patice N 260 Liris] Et vis N ‖ ora N 261 celebrabritur undis V1 celebretur in undis LN 262 recolatur N 263 nimphe O ‖ secutus N 264 peplis *coni. Scaliger* 265 Humida V1L1F Horrida *corr. m. II in* Humida N ‖ gēnuferis L ‖ illuxit O 266 bone *corr. m. II in* bene V1 267 anne gF annus V1LN1

Prima tibi procedat hiems, non frigore torpens,
Non canas vestita nives, non aspera ventis,
Sed tepido calefacta Noto. Ver inde serenum
Protinus et liquidi clementior aura Favoni
Pratis te croceis pingat. Te messibus aestas
Induat, autumnus turgentibus ambiat uvis.
Omni nobilior lustro tibi gloria soli
Contigit exactum nunquam memorata per aevum
Germanos habuisse duces, te cuncta loquetur
Tellus, te variis scribent in floribus Horae
Longaque perpetui ducent in saecula fasti.

CL. CLAUDIANI

IN RUFINUM

LIBRI I

PRAEFATIO. (II.)

Phoebeo domitus Python cum decidit arcu
  Membraque Cirrhaeo fudit anhela iugo,

269 yemps L hyemps N ‖ torrens *coniecisse* H *dicit Clercq. p. 747* 271 Set F ‖ noto[h] V1 notho LNF 272 clemenciar[o] l 273 coreis[c] N pingat[p] V1 ‖ etas N 274 autumnus *scripsi propter metrum* auptunnusque V1 autun'que L autūpnusque NF autupnusque l ‖ turgentibus *coni.* madentibus O ‖ ambiat V1 N imbua[t] L inbi,,at[u] l inbuat F 276 exaustum[h] l exautum F 277 huisse *(sic)* L ‖ loqtur LN 278 Tellis[u] l ‖ tenariis scribunt N inscribent floribus *malit* H ‖ ore[h] V1 ore Nl 279 ducunt LN.

Inscriptio aliena quadam manu add. lib̄ Claudii poete ī ruphinū V CLAUDIANI · IN RVFINV̄ L̄B̄· Ī. NC· P̄. PREF̄. B Flavii claudiani Panegericon Incipit Liber primus de gestis theodosii L Cl · Claudiani in Rufinū Liber primus incipit *man. recent. add.* V1 1 *Pro* P *in* Phoebeo *spatium relictum, nam omissum est* V ‖ phiton B L V1 ‖ concidit BV1 2 Menbraque VBL (M *omissum in* L) ‖ cirreo[h] V cyrreo BL cirreo V1 ‖ hanela[h] V anela V1 ‖ iugo] rogo B

Qui spiris tegeret montes, hauriret hiatu
  Flumina, sanguineis tangeret astra iubis:
Iam liber Parnasus erat nexuque soluto
  Coeperat erecta surgere fronde nemus
Concussaeque diu spatiosis tractibus orni
  Securas ventis explicuere comas.
Et qui vipereo spumavit saepe veneno
  Cephisos nitidis purior ibat aquis.
Omnis Io Paean regio sonat, omnia Phoebum
  Rura canunt, tripodas plenior aura rotat,
• Auditoque procul musarum carmine dulci
  Ad Themidis coeunt antra severa dei.
Nunc alio domini telis Pythone perempto
  Convenit ad nostram sacra caterva lyram,
Qui stabilem servant Augustis fratribus orbem,
  Iustitia pacem, viribus arma regunt.

CL. CLAUDIANI
IN RUFINUM
LIBER I. (III.)

Saepe mihi dubiam traxit sententia mentem,
Curarent superi terras, an nullus inesset
Rector et incerto fluerent mortalia casu.

vel tin
3 hyatu L 4 tangeret L tingeret *deterr.* tergeret *Oxoniensis quidam, quod* H *frustra defendit de cons. Stil. II, v. 277, ubi* O *legunt* tangunt (*non* tergunt) 5 solutum *mavult* $H_2 H_3$ 7 spatiosis V (vel squamosis) squamosis (sq *in ras. m. II*) B (u … u) 8 explicuere V (exposuere) 10 Cephisos V V1 Ceffisos B Cephysus L ‖ nitidis VBV1 *cf. Ov. Met. III, v. 407* liquidis L 11 peam V1 12 ai aura V 13 dulci V (vel ducti) dulci V1 duc,ti L (l) ducti B 14 A (d) B ‖ temidis V1 ‖ sonora *coniecit* H_2 15 phitone VBV1 ‖ perempto VBV1 peremto L 16 liram V1

Inscriptio deest in VLV1 EXPLICIT P̄FATIO INCIPIT LIBER. I. CLAVDIANI. IN RVFINV̄ B 1 „sententia“ traxit *(sic)* V1 2 Surarent *(sic)* V1

Nam cum dispositi quaesissem foedera mundi
Praescriptosque maris fines annique meatus
Et lucis noctisque vices: tunc omnia rebar
Consilio firmata dei, qui lege moveri
Sidera, qui fruges diverso tempore nasci,
Qui variam Phoeben alieno iusserit igni
Compleri Solemque suo, porrexerit undis
Litora, tellurem medio libraverit axe.
Sed cum res hominum tanta caligine volvi
Aspicerem laetosque diu florere nocentes
Vexarique pios: rursus labefacta cadebat
Religio causaeque viam non sponte sequebar
Alterius, caeco quae currere semina motu
Affirmat magnumque novas per inane figuras
Fortuna, non arte regi, quae numina sensu
Ambiguo vel nulla putat vel nescia nostri.
Abstulit hunc tandem Rufini poena tumultum
Absolvitque deos. Iam non ad culmina rerum
Iniustos crevisse querar: tolluntur in altum,
Ut lapsu graviore ruant. Vos pandite vati
Pierides, quo tanta lues eruperit ortu.
    Invidiae quondam stimulis incanduit atrox
Alecto, placidas late cum cerneret urbes.
Protinus infernas ad limina taetra sorores,
Concilium deforme, vocat. Glomerantur in unum
Innumerae pestes Erebi, quascumque sinistro

5 Praescriptos (que) BV1 ‖ mari B ‖ amnisque g annisque *coniecit* H 6 Et luci noctique vices, *ut a prioribus dependeat, forte legendum putat* H 8 Sydera L ‖ diviso BL dūiso V1 9 vanā *corr. m. I in* variā V ‖ jusserat (i) L 11 Littora VL 12 Et, *in marg. man. rec.* Sed L 14 Vexari (que) L 15 Relligio VL 16 caeco *coniecí cum Paulo Quaestt. Claud. p. 5* vacuo O ‖ semina currere V 17 Afirmat V 19 Anbiguo L ‖ uı *(sic), in marg. add. m. II: vel* nri V nri, vel ueri *in marg.* L 20 *hinc coepi conferre cum vetustissimo codice amici cuiusdam Lucensis geminis punctis . . notaturus quo illinc emendabo* G 22 querar GL queror VBV1 23 graviore G 24 Pyerides BL 25 stimulis G 26 Allecto O 27 lumina G a, liminia (d) V 29 herebi O ‖ pestes; Erebi quascumque cet. *distinguere voluit Barthius* ‖ Innumerę pestes herebi quascunque sinistro Nox genuit

Nox genuit fetu: nutrix Discordia belli,
Imperiosa Fames, leto vicina Senectus
Impatiensque sui Morbus Livorque secundis
Anxius et scisso maerens velamine Luctus
Et Timor et caeco praeceps Audacia vultu
Et Luxus populator opum, quem semper adhaerens
Infelix humili gressu comitatur Egestas,
Foedaque Avaritiae complexae pectora matris
Insomnes longo veniunt examine Curae.
Complentur vario ferrata sedilia coetu
Torvaque collectis stipatur curia monstris.
Alecto stetit in mediis vulgusque tacere
Iussit et obstantes in tergum reppulit angues
Perque umeros errare dedit: tum corde sub imo
Inclusam rabidis patefecit vocibus iram:
  Siccine tranquillo produci saecula cursu,
Sic fortunatas patiemur vivere gentes?
Quae nova corrumpit nostros clementia mores?
Quo rabies innata perit? quid inania prosunt
Verbera? quid facibus nequiquam cingimur atris?
Heu nimis ignavae, quas Iuppiter arcet Olympo,

foetu nutrix discordia belli Imperiosa fames loeto vicina senectus Impatiensque sui morbus livorque secundis Anxius et scisso merens velamine luctus Et timor et cęco praeceps audacia vultu Et luxus populator opum quem semper adherens Infelix humili gressu comitatur egestas M

31 loeto G lęto B 32 Inperiosa V 34 Tumor H *coniecisse dicit Clercq ap. Burm. p. 749* 35 quem G *ibidem add.* cui (*? ex* G) opum et quem L 37 avaritiae G 38 Insonnes V In-
unt
sompnes L || veniẹt V 39 ferrata, *in marg. m. I* vel secreta V 40 Furvaque *pro* Torvaque *coni. Schraderus l. c.* 41 Allecto O
i
mediis G mediọs V 42 angues O hydros *cum Oxoniensi quodam* H 43 *deerat in* V1, *sed m. I marg. adscr.* || humeros O || tũ GB
b
tunc VLV1 44 rapịdis V1 45 Siccine G S *in* Siccine *om.* V
e
Sicine B 47 Quę B Qę (*sic*) L Quo V1 Quo V || corrumpit GBLV1
i
corrupit V 48 Quid G (?) Qo (*sic*) L Quo VBV1 || q *corr. m. II in*
i d
q V1 49 qui V1 || nequiquam G (?) B necquiquam L nequicquam VV1 || incingimur *mavult Burmannus* 50 nimis G || inane *corr. m. II*

Theudosius terris. En aurea nascitur aetas,
En proles antiqua redit. Concordia, Virtus
Cumque Fide Pietas alta cervice vagantur
Insignemque canunt nostra de plebe triumphum.
Pro dolor! ipsa mihi liquidas dilapsa per auras
Iustitia insultat vetiisque a stirpe recisis
Elicit oppressas tenebroso carcere leges.
At nos indecores longo torpebimus aevo
Omnibus eiectae regnis? Agnoscite tandem
Quid Furias deceat, consuetas sumite vires
Conventuque nefas tanto decernite dignum.
Iam cupio Stygiis invadere nubibus astra,
Iam flatu violare diem, laxare profundo
Frena mari, fluvios ruptis immittere ripis
Et rerum vexare fidem. Sic fata cruentum
Mugiit et totos serpentum erexit hiatus
Noxiaque effudit concusso crine venena.
Anceps motus erat vulgi: pars maxima bellum
Indicit superis, pars Ditis iura veretur
Dissensuque alitur rumor. Ceu murmurat alti
Impacata quies pelagi, cum flamine fracto
Durat adhuc saevitque tumor dubiumque per aestum
Lassa recedentis fluitant vestigia venti.

in ignave V1 ‖ iuppiter arcet olympo G iupiter arcet olympo B quas celo iupiter arcet VL (cęlo L) V1 51 Theudosius *editt.* (*cf. Luc. Mueller de re metrica p. 268*) Theodosius O ‖ e,[n] V 54 de nostra V1 55 Proh VL Pro[h] V1 ‖ michi V1 ‖ quidas[li] V1 ‖ dilapsa GV1 delapsa VBL 56 *deerat, sed manu antiqua marg. adscr.* V1 57 obpressas V ‖ in *omiserunt* BV1 tenebroso in carcere VL 58 *deerat, sed manu eadem qua v. 56 marg. adscr.* V1 61 decernite G 62 stigiis VLV1 63 lapxare V lapsare L 64 ruptis *om. sed man. rec. add. post* fluvios *in* V ruptis fluvios H1 ‖ imm[o]ittere V1 ‖ rippis V 65 vexare fidem GB vexare diē fidem V laxare fidem LV1 ‖ facta L [vel cruente] cruentum *(sic)* B 66 totos O tortos *cum deterr. mavult* H notos *proponit inepte Burmannus* 67 Noxia[que] L 69 veretur GBV1 tuetur, *in marg. m. I* vel veretur V veretur, *in marg. m. II:* vel tuetur L tuentur *in marg. edit*; *in qua nunc Excerpta* G *leguntur, male pro manu eius, qui ipsa Excerpta* G *scripsit, ab Heinsio habitum* 71 Inpaccata VL 72 tumor G 73 recedent[i]ęs V residentis *mavult* H3

Improba mox surgit tristi de sede Megaera,
Quam penes insani fremitus animique profanus
Error et undantes spumis furialibus irae.
Non nisi quaesitum cognata caede cruorem
Inlicitumve bibit, patrius quem fuderit ensis,
Quem dederint fratres. Haec terruit Herculis ora
Et defensores terrarum polluit arcus,
Haec Athamantheae direxit spicula dextrae,
Haec Agamemnonios inter bacchata penates
Alternis lusit iugulis, hac auspice taedae
Oedipoden matri, natae iunxere Thyesten.
Quae tunc horrisonis effatur talia dictis:
Signa quidem o sociae divos attollere contra
Nec fas est, nec posse reor, sed laedere mundum
Si libet et populis commune intendere letum,
Est mihi prodigium cunctis immanius hydris,
Tigride mobilius feta, violentius Austris
Acribus, Euxini flavis incertius undis,
Rufinus, quem prima meo de matre cadentem
Suscepi gremio. Parvus reptavit in isto
Saepe sinu teneroque per ardua colla volutus
Ubera quaesivit fletu linguisque trisulcis

74 tristi surgit B || caede *temptavit Burmannus* 75 gemitus
vel profanus
fremitus *(sic)* V || tumultus L 78 Illicitumve V Illicitumque BLV1 Incestumve *editt. cf. app. crit. Rapt. Pros. ed. L. Jeep I, v. 66* || fuderat L 80 Et G Hec defensores VLV1 Et defensoris B || pol-
h
luit, *in marg. m. I* vel terruit V || artus LV1 81 atamanthee V 82 agamennonios B agamt̄onios V1 || intra *mavult* H || baccata V bachata LV1 83 tędę B tede LV1 thebe V 84 Oedipoden (Oe *in ras. m. I*) B Edipodē V Oedipodē LV1 || thiesten B thyestē V
soni r h
thiestem LV1 85 horroris V horisonis L orrisonis V1 86 o *om.,*
o
add. sup. lin. m. II V quidem socie L 88 loetum B 89 notis *pro* cunctis *iterum stupidissime proponit Burmannus* || inmanius V1 || ydris VL idris V1 90 Tygride L || fęta BL 91 Acribus euripi
h
fulvis Gg Acrius arpiis (h *sup. lin. m. rec.*) flavis V Acrius harpiis flavis L Acrius arpiis flavis BV1 Acribus euripi refluis *editt.* Euxini *conieci cf. In Ruf. II, 38* 'mobile Ponti aequor'. 92 Ruffinus VV1 93 repptavit L || parvus reptavit O reptavit parvus *editt.*
u s
94 vol==tu V1 95 flętu L

Mollia lambentes finxerunt ora cerastae.
Meque etiam tradente dolos artesque nocendi
Edidicit simulare fidem sensusque minaces
Protegere et blando fraudes praetexere risu
Plenus saevitiae lucrique cupidine fervens.
Non Tartesiacis illum satiaret harenis
Tempestas pretiosa Tagi, non stagna rubentis
Aurea Pactoli: totumque exhauserit Hermum,
Ardebit maiore siti. Quam fallere mentes
Doctus et unanimos odiis turbare sodales!
Talem progenies hominum si prisca tulisset,
Pirithoum fugeret Theseus, offensus Orestem
Desereret Pylades, odisset Castora Pollux.
Ipsa quidem fateor vinci rapidoque magistram
Praevenit ingenio; nec plus sermone morabor.
Solus habet scelerum quidquid possedimus omnes.
Hunc ego, si vestrae res est accommoda turbae,
Regalem ad summi producam principis aulam.
Sit licet ipse Numa gravior, sit denique Minos,
Cedet et insidiis nostri flectetur alumni.

96 lanbentes L ‖ finxerunt V L V 1 (*cf. Verg. VIII, v. 634* 'corpora fingere lingua') fixerunt B strinxerunt *olim conieci cf. Quaest. critt. p. 40* tinxerunt *Baehrens Fleck. Ann. 1872 p. 502* ‖ ora (vel m̄bra) V membra V1 menbra B menbra (vel ora) L 97 Meque tradente dolos artemque (etiam *m. I*) V Meque etiam tr. d. artesque B V1 Me tradente dolos gestus artemque L Me me etiam cet. *in mentem venit* H Meque viam tradente dolos cet. *proponit Burmannus* Me tradente dolos, astus artemque nocendi *coniecit Paul Quaest. Claud. p. 25 cf. Clercq. de* H *ap. Burm. p. 750* 98 Edidicit O Addidicit *praefert Burmannus* Et didicit *editt.* ‖ minaces G 99 fraudes VL fraudem BV1 ‖ preferre *corr. m. II in* pretexre (e) V1 101 tharthesiacis V V1 tartesiacis B carthesiacis L ‖ siciaret (a) V satiarit *praefert cum deterr.* H 102 thagi V1 ‖ non] vel B 103 totumque O totum q (o) G *unde olim scripsi:* cum totum *seu* qui (= *cum is*) totum; *nunc nihil muto simili modo videns coniunctionem omissam de cons. Stilich. I, v. 172 seq.* hęmum L 104 qm (a) L 105 unanimos GBV1 unanimes VL 107 Piritoum V Perithoum B Pirritoum V1 ‖ fugerit *corr. m. II in* fugeret V1 ‖ horestem V (h *delevit m. rec. in* V) LV1 108 pilades V1 ‖ polux (l) V 109 rabidoque V1 111 quicquid O quicquid scelerum *editt.* 112 nostre V1 ‖ acommoda V 113 perducam *corr. ex* producam L perducam V1 *idem coniecerat olim* H 114 licet ipse V licet ille BLV1 115 alumpni VL alunni B

Orantem sequitur clamor cunctaeque profanas
Porrexere manus inventaque tristia laudant.
Illa ubi caeruleo vestes conexuit angue
Nodavitque adamante comam, Phlegethonta sonorum
Poscit et ambusto flagrantis ac aggere ripae
Ingentem piceo succendit gurgite pinum
Pigraque veloces per Tartara concutit alas.
Est locus, extremum pandit qua Gallia litus,
Oceani praetentus aquis, ubi fertur Ulixes
Sanguine libato populum movisse silentem.
Illic umbrarum tenui stridore volantum
Flebilis auditur questus; simulacra coloni
Pallida defunctasque vident migrare catervas.
Hinc dea prosiluit Phoebique egressa serenos
Infecit radios ululatuque aethera rupit
Terrifico. Sensit ferale Britannia murmur
Et Senonum quatit arva fragor revolutaque Tethys
Substitit et Rhenus proiecta torpuit urna.
Tunc in canitiem mutatis sponte colubris
Longaevum mentita senem rugisque severas
Persulcata genas et ficto languida passu
Invadit muros Elusae, notissima dudum
Tecta petens, oculisque diu liventibus haesit,
Peiorem mirata virum. Tum talia fatur:

118 conexuit GB connexuit VLV1 119 Nodavitque BLV1 Nodatamque V ‖ comā V comas BLV1 ‖ phlegetonta V flegethonta B flegetonta LV1 120 et [vel ut] V1 ‖ anbusto L ‖ rippe V 121 piceum V ‖ succendit [a] gurgite V1 ‖ ab gurgite V 122 Pygraque L ‖ alas G 123 qua pandit *editt.* ‖ lit▒us *(in ras. erat* t*)* V 124 Occeani O ‖ ubi GB quo VLV1 ‖ Ulixes O 125 movisse G (?) ‖ silentem G silentum O 126 unbrarum L 127 simulachra BL 128 catervas V figuras BLV1 129 Hic B Huc [hīc] V1 ‖ prosiluit VB prosiliit LV1 132 thetis VV1 tethis B tetis [h] L 133 Subsistit [vel sustitit] L ‖ renus V rhenus [vel remus] L ‖ urna Gg unda VB unda [vel urna] L unda, *m. II ascr.* urna V1 134 sepe [vel sponte] V sponte [vel sepe] L 137 ęlusę *(sic)* G eluse V elusę B elüse L elise V ‖ notissimām V1 138 pectens L ‖ occulis L 139 Peiore L ‖ tum GB tunc VLV1

Otia te Rufine iuvant frustraque iuventae
Consumis florem patriisque inglorius arvis?
Heu nescis quid fata tibi, quid sidera dedant,
Quid fortuna paret. Toto donabere mundo,
Si parere velis. Artus ne sperne seniles;
Namque mihi magicae vires aevique futuri
Praescius ardor inest. Novi, quo Thessala cantu
Eripiat lunare iubar, quid signa sagacis
Aegypti valeant, qua gens Chaldaea vocatis
Imperet arte deis, nec me latuere fluentes
Arboribus suci funestarumque potestas
Herbarum, quidquid letali gramine pollens
Caucasus et Scythicae servant in culmine rupes,
Quas legit Medea ferox et callida Circe.
Saepius horrendos manes sacrisque levavi
Nocturnis Hecaten et condita funera traxi
Carminibus victura meis multosque canendo,
Quamvis Parcarum restarent fila, peremi.

140 Ruffine V1 141 Florem consumis V1 ‖ pati[i]sque V patriisque L patri[i]is V1 patriis B 142 dedant *scripsi* dedent G *quod fortasse sanum cf. de cons. IV Hon. v.267, in Eutrop. I, v.476* donent[vel debent] V debent g(?) B donent LV1 143 parat B ‖ toto[ti] V toto BLV1 ‖ donabere[vel dominabere] V *cf. Epith. Hon. v. 281* donabere[honorabere] L dñabere, *in marg. vel* donabere V1 dominabere *editt. cum deterr.* 145 michi V1 ‖ ma[g]ice L 146 Pre[s]cius V1 ‖ tessala V1 147 Eripiat[vel excipiat] L Deripiat *coniecit* H_2H_3 148 caldea VLV1 chaldęa B 149 Imperet G Imperat B 150 suci BL succi VV1 151 quicquid O ‖ loetali B ‖ carmine[gra] L germine *nonnullae editt.* 152 scitice V scithicę B [c]sitice V1 ‖ gramina G in carmine V in gramine BLV1 in carmina *coniecit* H *Est locus corruptissimus:* vernare *tantum intransitive adhibetur, quare scripsi* 'servant', *pro* 'carmina' *conieci* 'culmine' *cum sequatur v. 156* 'carminibus' 153 Quas// [que] legit[a] L *H. v. expunxit Paul Quaest. Cl. p. 23* 154 levavi G litavi V citavi *cum vetere codice Claverii (? ms.)* H citatam *mavult* H vocavi *ego malim (cf. Ov. Met. XIV, v. 405)* 155 echatē *corr. man. rec. in* ec[h]atē *(sic)* V heccaten V1 ‖ et *add. in lin. m. II* V1 157 restarent[b] parcarum[a] B

Ire vagas quercus et fulmen stare coegi
Versaque non prono curvavi flumina lapsu
In fontes reditura suos. Neu vana locutum
Me fortasse putes, mutatos cerne Penates.
Dixerat, et niveae mirum coepere columnae
Ditari subitoque trabes lucere metallo.
Inlecebris capitur nimiumque elatus avaro
Pascitur aspectu. Sic rex ad prima tumebat
Maeonius, pulchro cum verteret omnia tactu;
Sed postquam riguisse dapes fulvamque revinctos
In glaciem vidit latices, tum munus acerbum
Sensit et inviso votum damnavit in auro.
  Ergo animi victus: Sequimur quocumque vocabis,
Seu tu vir seu numen, ait, patriaque relicta
Eoas Furiae iussu tendebat ad arces
Instabilisque olim Symplegadas et freta remis
Inclita Thessalicis, celsa qua Bosphorus urbe
Splendet et Odrysiis Asiam disterminat oris.
Ut longum permensus iter ductusque maligno
Stamine fatorum claram subrepsit in aulam,
Ilicet ambitio nasci, discedere rectum,
Venum cuncta dari. Profert arcana, clientes
Fallit et ambitos a principe vendit honores.
Ingeminat crimen, commoti pectoris ignem

158 fulmen G flumina VBV1 "stare flumen" L flamina *editt.* 160 *Hinc incipit schedula hoc loco in codice V inserta* ‖ Infontes B ‖ neu GLV1 ne VB 162 columpne VLV1 columpnę B 163 subito[que] L 164 Inlecebris G Illecebris O 165 aspectu GgB intuitu LV1 166 pulcro VV1 stulto *proposuit Burmannus, forte scribendum* 'cupido' 167 revinctos G 168 munus G ‖ tunc B 169 dampnavit O 170 victus *superscr. m. II, nam deerat* V1 ‖ vocabis VBL voca[r]is V1 171 u[ir], V 172 Aeoas B ‖ iussu furie V1 173 Instabilisque G ‖ Instabiles olim V instabilesque olim BLV1 ‖ synplegadas G(?) simplegadas VB simplegedas V1 174 Incita *coniecit Schraderus l. c.* ‖ tessalicis VV1 thesalicis B ‖ celsa qua O qua celsa *editt. nonnullae cum deter.* ‖ bosphorus V1 bosforus V bofforus B boporus L ‖ urbe G 175 otrisiis GVLV1 ‖ discriminat V ‖ horis VB [h]oris LV1 178 Illicet ambitio nasci M 179 Venum cuncta dari M ‖ proferre G (?) *quare* H *mavult praeterea v. 180* 'Fallere' *et* 'vendere' ‖ archana O 180 anbitos L 181 comm[o]ti V1 ‖ pectoris VBV1 criminis L

Nutrit et exiguum stimulando vulnus acerbat.
Ac velut innumeros amnes accedere Nereus
Nescit et undantem quamvis hinc hauriat Histrum,
Hinc bibat aestivum septeno gurgite Nilum,
Par semper similisque meat, sic fluctibus auri
Expleri calor ille nequit. Cuicumque monile
Contextum gemmis aut praedia culta fuissent,
Rufino populandus erat dominoque parabat
Exitium fecundus ager, metuenda colonis
Fertilitas: Laribus pellit, detrudit avitis
Finibus; aut aufert vivis aut occupat heres.
Congestae cumulantur opes orbisque ruinas
Accipit una domus. Populi servire coacti
Plenaque privato succumbunt oppida regno.
Quo vesane ruis? teneas utrumque licebit
Oceanum, laxet rutilos tibi Lydia fontes,
Iungatur solium Croesi Cyrique tiara:
Nunquam dives eris, nunquam satiabere quaestu.
Semper inops, quicumque cupit. Contentus honesto
Fabricius parvo spernebat munera regum
Sudabatque gravi consul Serranus aratro
Et casa pugnaces Curios angusta tegebat.
Haec mihi paupertas opulentior, haec mihi tecta
Culminibus maiora tuis. Tibi quaerit inanes
Luxuries nocitura cibos; mihi donat inemptas

182 [sti] ═mulando vulnus accubat V1 ‖ aceruat B 183 veluti L ‖ ampnes L ‖ [h] auriat V1 ‖ histrum VBV1 hystrum L 185 nylum L 186 simulisque L ‖ meat GL manet VBV1 187 [cui] c̄,cūque V 188 [aut] ac ‖ prelia G 189 Ruffino V1 190 fęcundus B 192 [au] aut,,fert L 193 Conieste V1 ‖ ruinas O rapinas *editt.* 194 [vel domus popli] manus p̄ssi L 195 Plena[que] V ‖ succunbunt L ‖ opida VLV1 196 utrunque B 197 Occeanum O ‖ rutulos V ‖ lidia VLV1 198 Iungatur G Iungantur O ‖ Iungantur solium croesi cyrique tiarę M ‖ cresi cyrique GL croesi cyrique B cyri cresique VV1 ‖ tyara V tiarę B tiara L thyara V1 tiaras *mavult* H. 200 qui cuncta cupit *amicus quidam Barthii cf. Burm.* 201 [o] parva L 202 serranus G se[r]ranus L 203 [cu] turios V ‖ tegebat GO tenebat B 204 opulentior GgB augustior VLV1 205 ibi B 206 [o] cibus V ‖ tibi, *in marg. m. I* vel [i] m (= *mihi*) V hic B ‖ inemptas

Terra dapes. Rapiunt Tyrios tibi vellera sucos
Et picturatae fucantur murice vestes;
Hic radiant flores, hic prati viva voluptas
Ingenio variata suo. Fulgentibus illic
Surgunt strata toris; hic mollis panditur herba
Sollicitum curis non abruptura soporem.
Turba salutantum latas tibi perstrepit aedes;
Hic avium cantus, labentis murmura rivi.
Vivitur exiguo melius. Natura beatis
Omnibus esse dedit, si quis cognoverit uti.
Haec si nota forent, frueremur simplice cultu:
Classica non fremerent, non stridula fraxinus iret;
Nec ventus quateret puppes, nec machina muros.
Crescebat scelerata sitis praedaeque recentis
Incestus flagrabat amor nullusque petendi
Cogendique pudor. Crebris periuria nectit
Blanditiis, sociat perituro foedere dextras.
Si semel e tantis poscenti quisque negasset,
Effera praetumido quatiebat corda furore.
Quae sic Gaetuli iaculo percussa leaena
Aut Hyrcana premens raptorem belua Parthum

VBV1 inemtas L 207 tibi VLV1 ibi B || sucos VB fucos LV1 208 Hinc picturate L || fucantur GB saturantur VLV1 209 Hinc radiant L hic prati V et prati BLV1 211 thoris VLV1 || hinc L 213 tibi VV1 ibi BL 214 *Hoc versu schedula inserta finitur; additum est:* Vivitur exiguo melius . verte et invenies V 215 Vivitur exiguo melius . natura beatos Omnibus esse dedit si quis cognoverit uti M || beatos B beatos [i] L 217 uultu [c] V 218 fremerent LV1 gemerent GB gemerent [vel fremerent] V 219 Nec — nec G Non — non O || urbes [puppes] L 221 Incertus [s] V 222 Cogendique G Cogendive O || nectit G (?) 223 perituras [vel o] V 224 ex tantis L e,tantis [x] V1 || negaret V1 *Hunc versum hoc modo legere voluit Koenigius:* Qui semel e tantis, poscenti quaeque, negasset *Pro* 'e tantis' *velit in mss. inveniri* 'elusus' *Hertel l. c. p. IV; ego nihil mutavi; de* 'quisque' (= *quicumque*) *cf. Draeger, hist. synt. I, p. 84* 226 Que [vel non] V || getuli B getuli VLV1 | gaetulo *olim, postea* gentili *cum deter. cod.* H 227 hircana VL hirchana V1 || parthum GgBL (*in marg. m. II* vel partus) parthum [vel partus] V partus V1

Aut serpens calcata furit? Iurata deorum
Maiestas teritur; nusquam reverentia mensae.
Non coniunx, non ipse simul, non pignora caecis
Sufficiunt odiis, non exstinxisse propinquos,
Non notos egisse sat est: exscindere civis
Funditus et nomen gentis delere laborat.
Nec celeri perimit leto; crudelibus ante
Suppliciis fruitur. Cruciatus, vincla, tenebras
Dilato mucrone parat. Pro saevior ense
Parcendi rabies concessaque vita dolori!
Mors adeone parum est? Causis fallacibus instat,
Arguit attonitos se iudice, cetera segnis,
Ad facinus velox, penitus regione remotas
Impiger ire vias. Non illum Sirius ardens
Brumave Riphaeo stridens Aquilone retardat.
Effera torquebant avidae praecordia curae,
Effugeret ne quis gladios, neu perderet ullum
Augusto miserante nefas. Non flectitur annis,
Non aetate labat. Iuvenum rorantia colla
Ante patrum vultus stricta cecidere securi.
Ibat grandaevus nato moriente superstes
Post trabeas exsul. Quis prodere tanta relatu

229 teritur G (?) ‖ nusquam GVB nunquam L postquam[nus] V1 *Post hunc versum deesse aliquid* H *suspicatur* 230 ipsa *vetus liber (? ms.) Claverii* ‖ coniunx[non] ipse V1 ‖ caecis *optime Paul Quaest. Claud. p. 5* cęsi V cęsa B cesa LV1 231 extinssisse *(sic)* V extinxisse BL extendisse[extinxisse] V1 232 sataest V1 ‖ excindere civis G exscindere g excindere cives V extinguere cives BLV1 234 perimit GgL perimit[vel mittit] V mittit[perimit] V1 ‖ celeri loeto *(sic)* B ‖ lęto V 235 Supliciis V ‖ cruciatŭ V 236 pro[h] V proh BL pro *corr. manus rec. in* pro[h] V1 238 parum est O parum *editt.* 239 attonito[s] V 241 syrius BLV1 242 riphęo VB ripheo LV1 rhipaeo *editt.* ‖ stringens, *in marg. m. II* stridens V1 ‖ retardet *mavult* H_2H_3 243 avidę G 244 ne BV1 245 mirante[se] V ‖ nec V1 246 *forte* 'florentia' *cum h. l. iuvenilis aetas caesorum urgeri videatur* 248 grandevis[u] L 249 Post trabeas exsul M ‖ exul O ‖ prodee[r] V1

Funera, quis caedes possit deflere nefandas?
Quid tale immanes unquam gessisse feruntur
Vel Sinis Isthmiaca pinu vel rupe profunda
Sciron vel Phalaris tauro vel carcere Sulla?
O mites Diomedis equi! Busiridis arae
Clementes! Iam Cinna pius, iam Spartace lenis
Rufino collatus eris. Deiecerat omnis
Occultis odiis terror tacitique sepultos
Suspirant gemitus indignarique verentur.
  At non magnanimi virtus Stilichonis eodem
Fracta metu. Solus medio de turbine rerum
Contra letiferos rictus contraque rapacem
Movit tela feram, volucris non praepete cursu
Vectus equi, non Pegaseis adiutus habenis.
Haec cunctis optata quies, haec sola pericli
Turris erat clipeusque trucem porrectus in hostem.
Hic profugis sedes adversaque signa furori,
Servandis hic castra bonis, hucusque minatus

250 possit G (?) ‖ nefandus *corr. m. II ex* nefendus 252 cinis isthmiaca
cynis vel sinon
V sinon ithmiaca B ciclops ī thynica (ī *inter verba add. m. II*) L synon
+
timica V1, *ad* isthmiaca *add. ex* G: trunca *(sic)*, *deinde subiunxit eadem manus:* ubi erit hoc signum in antiquo dubia fuerit lectio deletis aliquando
r
verbis ab improbis emendatoribus 253 Sçiron V· Schiron B Chiron LV1 ‖ falaris VBV1 ‖ sylla VB silla LV1 ‖ vel carmine Siren *primum coniecit Paul l. c. p. 27, postremo vero ibidem* 'vel gurgite Scylla' 254
ce
mittes V ‖ busyridis B 255 cynna VV1 ‖ parthate L partarę V1 256 Ruffino (o *corr. ex* i) V1 ‖ erięs V1 ‖ omnis G omnes BV1 amens VL
ci
amens Occultos odii *coniecit Gesnerus* 257 tantique V1 258 indignantique L 259 At tū non L ‖ stiliconis L 260 solus medio
in
de G sese medio de g solus medio se VB solis medio que turbine
solus
(in ras. erat s*)* L medio sese V1 sed enim medio sed (?) turbine rerum *proponit* H_1 solus medio qui turbine rerum *coniecit* H_2H :
pestiferos vel rictus + vel hic erat
261 lętiferos V loetiferos B ‖ tractus V 264 Hec *(sic)* G Hec V
+
Hęc B Hec *(in marg.* vel hic*)* V1 Hic L ‖ hec G hec VV1 hęc B
h
hic L 265 proiectus *Burmannus proposuit* 265 ostem V1
signa
266 signa GV regna BL regna V1 267 hic usque L

Haerebat retroque fuga cedebat inerti.
Haud secus hiberno tumidus cum vertice torrens
Saxa rotat volvitque nemus pontesque revellit,
Frangitur obiectu scopuli quaerensque meatum
Spumat et elisa montem circumtonat unda.
Qua dignum te laude feram, qui paene ruenti
Lapsuroque tuos umeros obieceris orbi?
Te nobis trepidae sidus ceu dulce carinae
Ostendere dei, geminis quae lassa procellis
Tunditur et victo trahitur iam caeca magistro.
Inachius rubro perhibetur in aequore Perseus
Neptuni domuisse pecus, sed tutior alis;
Te non penna vehit. Rigida cum Gorgone Perseus;
Tu non vipereo defensus crine Medusae.
Illum vilis amor suspensae virginis egit;
Te Romana salus. Taceat superata vetustas,
Herculeos conferre tuis iam desinat actus.
Una Cleonaeum pascebat silva leonem,
Arcadiae saltum vastabat dentibus unum
Saevus aper, tuque o compressa matre rebellis
Non ultra Libyae fines Antaee nocebas,
Solaque fulmineo resonabat Creta iuvenco
Lernaeamque virens obsederat Hydra paludem.
Hoc monstrum non una palus, non una tremebat
Insula, sed Latia quidquid dicione subactum

268 cędebat B ‖ inerti VBV1 inerte G inherti L 269 Haut BV1 ‖ vertice VB vortice LV1 270 Sani *corr. m. II in* Saxa V1 272 elisa V illisa *(alterum* i *in ras. pro* ę*)* B illisa LV1 ‖ circumsonat LV1. 273 pęne B pene VLV1 274 umeros G humeros O ‖ subieceris *Schraderus l. c.* 275 sidus ceu GVB ceu sydus L ceu sidus V1 276 geminis O Geminos, *coniecit Gesnerus* ‖ q̄ (*pro* que) L ‖ lassa V lapsa BLV1 quassa *olim* H 278 quondam (*pro* rubro) G (?) L 279 sectucior V1 280 pinna G ‖ gorgone G 281 vipereo O vipereae *cum deteriore quodam* H ‖ defensusis c[i]ne V1 284 actis V1 285 cleoneum G cloneum *corr. in* cleoneum V1 286 Archadie VLV1 287 cumpressa B conprensa *coniecit Scaliger* ‖ rebell[i]as V 288 lybyę V lybiae B lybie L librice V1 289 cręta V c[e]ta L 290 consederat B ‖ idra V1 291 Hunc [um] monstrat V1 ‖ tenebat *corr. m. I et II in* tremebat V1 292 quic-

Vivit et a primis Ganges horrebat Hiberis.
Hoc neque Geryones triplex nec turbidus Orci
Ianitor aequabunt, nec si concurrat in unum
Vis Hydrae Scyllaeque fames et flamma Chimaerae.
Certamen sublime diu, sed moribus impar
Virtutum scelerumque fuit. Iugulare minatur;
Tu prohibes. Ditem spoliat; tu reddis egenti.
Eruit; instauras. Accendit proelia; vincis.
Ac velut infecto morbus crudescere caelo
Incipiens primum pecudum depascitur artus,
Mox populos urbisque rapit ventisque perustis
Corruptos Stygiam pestem desudat in amnes:
Sic avidus praedo iam non per singula saevit,
Sed sceptris inferre minas omnique perempto
Milite Romanas ardet prosternere vires.
Iamque Getas Histrumque movet Scythiamque receptat
Auxilio traditque suas hostilibus armis
Reliquias. Mixtis descendit Sarmata Dacis
Et qui cornipedes in pocula vulnerat audax
Massagetes patriamque bibens Maeotin Alanus

quid VBV1 qq (i i suprascr.) L ‖ dicione GBV1 ditione V dictione L 293 Servit *pro* Vivit *Schraderus l. c.* hyberis L 294 geryones GV gerion BLV1 ‖ nō (c suprascr.) *(sic)* V1 ‖ orci GVBL horci V1 295 aequabunt GV equabant L equabit V1 ‖ concurrat (e suprascr.) V1 296 ydrę L idre V1 ‖ scyllęque B scylleque V scillęque L scilleque V1 ‖ chymerę L 298 scelerumque (s *add. m. rec.*) V1 299 redis (d suprascr.) L 300 instaures *corr. m. II in* instauras V1 301 velud L ‖ velo (c suprascr.) L 302 primum *Homerum respiciens conieci iam Quaest. crit. p. 24* primos O 303 urbisque G urbesque O 304 stigiam VLV1 ‖ desudat O defundit *malim* diffundit *deterr. et m. II* V1 ‖ annes L 305 S cavides *(sic) corr. m. II hoc modo:* Si cavidus V1 ‖ iam iam (non suprascr.) V1 306 Et, *in marg. m. II* Sed V1 307 romanes *corr. m. II in* romanas V1 ‖ audet BL 308 Iamque getas Gg Iam gentes O ‖ histrumque VV1 hystrumque BL ‖ scithiamque L scitiamque V1 ‖ receptat (vel retemptat suprascr.) V receptat L retemptat B retentat, *in marg.* receptat V1 309 traditque G ‖ hostibus (li suprascr.) V1 310 Relliquias VBL ‖ decedit, *in marg. m. II* vel descendit V1 ‖ sarmata (sarm *in ras. m. II add.*) B 312 cesamque bibens meotin alanus G ‖ patriamque V

Membraque qui ferro gaudet pinxisse Gelonus,
Rufino collecta manus. Vetat ille domari
Innectitque moras et congrua tempora differt.
Nam tua cum Geticas stravisset dextra catervas
Ulta ducis socii letum, parsque una maneret
Debilior facilisque capi, tunc impius ille
Proditor imperii coniuratusque Getarum
Distulit instantes eluso principe pugnas
Hunorum laturus opem, quos affore bello
Norat et invisis mox se coniungere castris.
Est genus extremos Scythiae vergentis in ortus
Trans gelidum Tanain, quo non famosius ullum
Arctos alit. Turpes habitus obscenaque visu
Corpora, mens duro nunquam cessura labori.
Praeda cibus, vitanda Ceres frontemque secare
Lusus et occisos pulchrum iurare parentes.
Nec plus nubigenas duplex natura biformes
Cognatis aptavit equis. Acerrima nullo
Ordine mobilitas insperatique recursus.
Quos tamen impavidus contra spumantis ad Hebri
Tendis aquas, sic ante tubas aciemque precatus:
Mavors, nubifero seu tu procumbis in Haemo,

alanus
patriumque BLV1 ‖ meotin VV1 macotin B meothinorunthem L
collecta
maeotida H ‖ bibit L 313 Menbraque VBL 314 Ruffino V1 ‖ collata V1
316 *et* 317 *deerant, sed in marg. add. m. I* V 316 geticas G dextra catervas GB dextera turmas VLV1 317 dulcis L ‖ loetum B ‖ parsque G 318—319 impius ille Proditor GVB proditor ille Impius LV1 319 getharum LV1 321 Hunorum BLV1 Hunnorum
castris
V 321 *et* 322 *Koenigio interpolati videntur esse* 322 hostis V
c
323 scithice L sicie *(sic)* V1 324 tanain VV1 tanaim B thanaī
vel famosius
L ‖ animosius V animosius L 325 Arcthos L Artos V1 ‖ alit
c
turpes G turpes V turpis B tristes LV1 ‖ obsenaque L 326 labori VBV1 dolori L 327 vitanda *in ras. m. I* B ‖ frontemque secare
vel fratrem e
GB frontemque secare (*corr. m. II ex* secari) V fremque nocere *(sic)* L frontemque sectare V1 faciemque secare ? 328 Lusus G Luctus B Ludus VLV1 ‖ pulcrum V1 329 Non L 331 mobilitas G ‖ recessus L 333 Tendit L ‖ aciem *(pro hoc primum scriptum erat* faciem, *cuius* f *erasum)* G aciemque gVB ferrumque LV1

Seu te cana gelu Rhodope seu remige Medo
Sollicitatus Athos seu caligantia nigris
Ilicibus Pangaea tenent, accingere mecum
Et Thracas defende tuos; si laetior adsit
Gloria, vestita spoliis donabere quercu.
Audiit illa pater, scopulisque nivalibus Haemi
Surgit et hortatur celeres clamore ministros:
Fer galeam Bellona mihi nexusque rotarum
Tende Pavor; frenet rapidos Formido iugales.
Festinas urgete manus. Meus ecce paratur
Ad bellum Stilicho, qui me de more trophaeis
Ditat et hostiles suspendit in arbore cristàs.
Communes semper litui, communia nobis
Signa canunt iunctoque sequor tentoria curru.
Sic fatus campo insiluit lateque fugatas
Hinc Stilicho turmas, illinc Gradivus agebant,
Et clipeis et mole pares. Stat cassis utrique
Sidereis hirsuta iubis loricaque cursu
Aestuat et largo saturatur vulnere cornus.
Acrior interea voto multisque Megaera

vel medo
335 rodope LV1 ‖ remige (ig *in rasura m. I*) B ‖ nudo V1
r
336 calligantia V1 ‖ nigris (r *in ras. m. II*) B 338 thacas L tracas
nivalibus
V1 ‖ lentior V1 ‖ assit VLV1 340 in vallibus V1 341 celeri V celeris B sceleres V1 342 michi BV1 ‖ nexusque G 343 Tende O Iunge *scripserim (cf. de cons. Olyb. v. 77) nisi statim v. 348* 'iuncto';
ra
forte 'Tange' ‖ frenet O frena *editt.* ‖ tepidos V 345 stilico L 346 Ditet — suspendat *legendum putat* H ‖ in arbore *(sic)* B 348 sequor *corr. m. II in* sequar V *non male, ita ut legendum sit antea:* canent ‖ vestigia *pro* tentoria V1 ‖ cursu L 349 insiluit G ‖ fuga-
r
tas G 350 stilicon L ‖ gnadivus L ‖ agebat B agebat *lineola erasa*
a vel mole 1
sup. at L 351 et, more *(sic)* V et more L et more, *in marg. m. rec.* vel amore V1 et mole B ‖ utrique B utrisque VLV1 352
i
Sydereis BL ‖ hyrsuta B husurta V1 ‖ iubas V *Hinc coniecit* H2H3: Sidereas — iubas ‖ lorichaque V1 ‖ cursu V 353 saturatur GV.
r
satiatur BLV1 ‖ cornus G conus V1 354 Acrior — voti *mavult* H ‖
completo
multisque GVBL multoque V1

Luxuriata malis maestam deprendit in arce
Iustitiam diroque prior sic ore lacessit:
En tibi prisca quies renovataque saecula rursus,
Ut rebare, vigent et nostra potentia cessit,
Nec locus est usquam Furiis. Huc lumina flecte.
Aspice, barbaricis iaceant quot moenia flammis,
Quas mihi Rufinus strages quantumque cruoris
Praebeat et quantis epulentur caedibus hydri.
Linque homines sortemque meam, pete sidera, notis
Autumni te redde plagis, qua vergit in Austrum
Signifer. Aestivo sedes vicina Leoni
Iam pridem geminaeque vacant confinia Librae,
Atque utinam per magna sequi convexa liceret.
Diva refert: Non ulterius bacchabere demens.
Iam poenas tuus iste dabit, iam debitus ultor
Imminet, et terras qui nunc ipsumque fatigat
Aethera nec vili moriens condetur harena.
Iamque aderit laeto promissus Honorius aevo,
Nec forti genitore minor, nec fratre corusco:
Qui subigat Medos, qui cuspide proterat Indos.
Sub iuga venturi reges, calcabitur asper
Phasis equo pontemque pati cogetur Araxes
Tuque simul gravibus ferri religata catenis
Expellere die debellatasque draconum

355 malis GVBL malo V1 ‖ arcē V 356 diroque prior GVB atque prior diro LV1 357 quies (fides *supra*) V1 fides *etiam Schraderus l. c.* ‖ renovataque GV revocataque BLV1 ‖ secula *add. in marg. m. II* V1 ‖ rursū V 358 et V en BLV1 ‖ cessat V1 360 quod B ‖ lumina (menia *supra*) L 362 ydri L idri V1 363 sydera B ‖ no⁐tis V noctis B 364 Autumpni VL Autunni B 365 Signifera B 366 geminaeque vacant *scripsi quod etiam in editt. post* H gelidęque vacant G geminae cessant g (?) gelide cessant VLV1 gelidę cessent B 368 bachabere O 369 tuus iste dabit GB tu (u *supra*), siste dabit V dabit iste tuis (us *supra*) L dabis iste tuus V1 ‖ deditus L 372 honoris (u *supra*) V1 373 chorusco V1 374 subigat G subigit (e *supra*) V subiget BLV1 ‖ et *pro* qui BLV1 ‖ proterat G p̄ter⁐indos *(sic)* V protereat BLV1 376 Fasis VL ‖ pontemque *(? m. I)* G ‖ Araxex (s *supra*) L 377 cathenis LV1

Tonsa comas imo barathri claudere recessu.
Tum tellus communis erit, tum limite nullo
Discernetur ager, nec vomere sulcus obunco
Scindetur. Subitis messor gaudebit aristis.
Rorabunt querceta favis, stagnantia passim
Vina fluent oleique lacus, nec murice tinctis
Velleribus quaeretur honos, sed sponte rubebunt
Attonito pastore greges, pontumque per omnem
Ridebunt virides gemmis nascentibus algae.

CL. CLAUDIANI

IN RUFINUM

LIBER II. (V.)

Iam post edomitas Alpes defensaque regna
Hesperiae merita complexus sede parentem

379 comas O iubas *editt. post* H ‖ et mo *(sic) corr. m. II in* imo L ‖ baratri VLV1 ‖ claudere VBV1 condere L 380 Tum GB Tunc VLV1 ‖ tum GB tū V tunc LV1 ‖ limine[te] V1 381 sulchus V1 ‖ obunco VB adunco LV1 382 Scindetur G Findetur O ‖ messor subitis G (? *m. I an m. II*) m̄sor L 383 favis[vel os] V ‖ Rorabant, *ras. et m. II corr. ita:* Rorabunt[u] V1 ‖ *forte* 'spumantia' *cf. praef. ad epith. Hon. v. 8* 'fluerent spumea vina iugis' 384 oleique G 385 honor L 386 gemisus *(sic)* V1 ‖ explicit in Rufinum liber ~~pri~~ I· *(sic)* incipit in eodem *(sic)* liberi II· praefatio G [*Ceterum ex* G *hic tota praefatio in margine editionis principis Florentinae descripta, quare omnes variae lectiones infra adnotari potuerunt.*]

IN RVFINVM LIB. I . EXPLICIT . INCIPIT SCDS . V CLAVDIANI IN RVFINVM LIBER PRIMVS EXPLICIT . NCIPIT LIBRI SECVNDI PRAEFATIO B Flavij claudiani liber II.' *(sic)* de morte Rufini L *Praefatio hic omissa et ante bellum Gildonicum inserta est in* V1, *ubi manu secunda ascripta sunt verba:* prologus ad librum sequentem de gildone, *in margine vero additum est manu recenti:* hunc librum nonnulli inscribunt tertium in Ruffinum ‖ *Praefationem, quae ante hoc carmen circumferebatur, hoc loco expunximus; cf. praef. huius editionis et infra ipsum prologum, in cuius fine* B: EXPLICIT PRAEFATIO . IN RVFINVM . INCIPIT LIBER SECVNDVS CLAVDIANI. *Inscriptionem hic omiserunt* VLV1, *in* V *addidit manus recens:* Narratio, *in* V1: Ruffini mors Cl. Claudiani liber II. 2 complexus x *ex corr. pro* r V1

Auctior adiecto fulgebat fidere mundus
Iamque tuis Stilicho Romana potentia curis
Et rerum commissus apex. Tibi credita fratrum
Utraque maiestas geminaeque exercitus aulae.
Rufinus, neque enim patiuntur saeva quietem
Crimina pollutaeque negant arescere fauces,
Infandis iterum terras accendere bellis
Inchoat et solito pacem vexare tumultu.
Haec etiam secum: Quanam ratione tuebor
Spem vitae fragilem? qua tot depellere fluctus
Arte queam? premor hinc odiis, hinc milite cingor.
Heu quid agam? non arma mihi, non principis ullus
Auxiliatur amor. Matura pericula surgunt
Undique et impositi radiant cervicibus enses.
Quid restat, nisi cuncta novo confundere luctu
Insontesque meae populos miscere ruinae?
Everso iuvat orbe mori. Solacia leto
Exitium commune dabit, nec territus ante
Discedam. Cum luce simul linquenda potestas.
Haec fatus, ventis veluti si frena resolvat
Aeolus, abrupto gentes sic obice fudit
Laxavitque viam bellis et, ne qua maneret
Immunis regio, cladem divisit in orbem
Disposuitque nefas. Alii per terga ferocis
Danubii solidata ruunt expertaque remos
Stringunt stagna rotis. Alii per Caspia claustra
Armeniasque nives inopino tramite ducti
Invadunt Orientis opes. Iam pascua fumant
Cappadocum volucrumque parens Argaeus equorum.
Iam rubet altus Halys, nec se defendit iniquo

3 auct(i)or V ‖ sydere L *legitur in ras. in* B 4 Stilico L 7 Ruffinus V1 ‖ su(e)a V1 10 vexare GVBV1 turbare L 11 secum] fecit L 14 non G 15 Aux(li)iatur *(sic)* B 16 inpositis V infesti *temptat Gesnerus* 19 Everso G ‖ lȩto V loeto B 20 commuem V1 21 Discedam VBL De[illegible]cedam V1 ‖ limquenda V1 22 resolvat GgBV remittat LV1 fudit GVBL fundit V1 25 dimisit (divisit) V1 ‖ orbem O urbis G 26 nephas V1 28 Stringunt *conieci cf. Quaest. critt. p. 42* Frangunt O ‖ rotis *deerat, add. m. II sup. lin.* L 31 Argaeus B Argeus VLV1 32 altus] intus V1 ‖ halys V halis BL alis V1

Monte Cilix. Syriae tractus vastantur amoeni
Assuetumque choris et laeta plebe canorum
Proterit imbellem sonipes hostilis Orontem.
Hinc planctus Asiae; Geticis Europa catervis
Ludibrio praedaeque datur frondentis adusque
Dalmatiae fines. Omnis quae mobile Ponti
Aequor et Hadriacas tellus interiacet undas,
Squalet inops pecudum, nullis habitata colonis,
Instar anhelantis Libyae, quae torrida semper
Solibus humano nescit mansuescere cultu.
Thessalus ardet ager; reticet pastore fugato
Pelion; Emathias ignis populatur aristas.
Iam plaga Pannoniae miserandaque moenia Thracum,
Arvaque Moesorum * iam nulli flebile damnum,
Sed cursus sollemnis erat campusque furori
Expositus sensumque malis detraxerat usus.
Eheu quam brevibus pereunt ingentia fatis!
Imperium tanto quaesitum sanguine, tanto
Servatum, quod mille ducum peperere labores,
Quod tantis Romana manus contexuit annis,
Proditor unus iners angusto tempore vertit.
  Urbs etiam, magnae quae ducitur aemula Romae
Et Chalcedonias contra despectat harenas,
Iam non finitimo Martis terrore movetur,
Sed propius lucere faces, et rauca sonare

33 Cilyx V ‖ Siriae V1 35 orōtem (*corr. ex* orestem *m. II*) L 36 Hic B ‖ Asyę L ‖ gethicis L 38 q̄ (= *quae*) V1 qua VB [vel que] qua L 39 adriacas VBL adriaquas V1 40 S/////// inops B ‖ inobs V1 41 hanelantis VV1 anhelantis B (i *in ras. m. II*) L ‖ libiae B libie V1 lybie L 43 Tessalus V 44 etmatias V ‖ haristas B 45 Iam VL Nam GB ‖ Iam plaga] Nec non V1 ‖ tracum V1 46 moesorum *restitui* mysorum V misorum BLV1 ‖ *Asterisci loco unum versum excidisse puto* ‖ iam G ‖ dampnum O 47 cursu B ‖ solemnis VL solempnis B ‖ cunctusque *Schraderus coniecit* 48 sensusque L ‖ malis G mali (i *add. m. II; sup.* i *rasura, prius legebatur* mat (= *malis*) L 49 Heheu BV1 ‖ fatis Gg causis O 51 Servantur V1 ‖ dicū [u] (*sic pro* dicit) V1 52 romana G 54 ducitur GVB dicitur LV1 55 calcedonias VL calchedonias B q̄ calcedonias V1 57 pocius [vel propius] V propius B (i *in ras. m. II*) LV1 ‖ lucēm V1 ‖ sonore, *corr. m. II sic:* sonare [a] L

Cornua vibratisque peti fastigia telis
Aspicit. Hi vigili muros statione tueri,
Hi iunctis properant portus munire carinis.
Obsessa tamen ille ferus laetatur in urbe
Exsultatque malis. Summaeque ex culmine turris
Impia vicini cernit spectacula campi:
Vinctas ire nurus, hunc in vada proxima mergi
Seminecem, hunc subito percussum vulnere labi
Dum fugit, hunc animam portis efflare sub ipsis,
Non canos prodesse seni puerique cruore
Maternos undare sinus. Immensa voluptas
Et risus plerumque subit. Dolor afficit unus,
Quod feriat non ipse manu. Videt omnia late
Exceptis incensa suis et crimine tanto
Luxuriat carumque sibi non abnuit hostem.
Iactabatque ultro, quod soli castra paterent,
Sermonumque foret vicibus permissa facultas,
Egregii quotiens exisset foederis auctor.
Stipatur sociis circumque armata clientum
Agmina privatis ibant famulantia signis.
Ipse inter medios, ne qua de parte relinquat
Barbariem, revocat fulvas in pectora pelles
Frenaque et immanes pharetras arcusque sonoros
Assimulat mentemque palam testatur amictu.

58 vestigia [fa] p telis *(sic)* L 59 hii VV1 ‖ vigili= (*in ras. erat* s) V1 60 Hii VLV1 62 Exultatque O ‖ p malis *(sic)* V1 ‖ summeque ex culmine V *cf. Heinsium* summoque a culmine BLV1 ‖ e culmine g 63 spectacula G ‖ spectacula [b] cernit [a] *(sic)* V cernit spectacula B cernit certamina L spectat certamina V1 64 Vinctas (s *add. m. II*) ire (*in rasura m. II*) B ‖ nurus VB nurus [vel manus] L manus V1 ‖ in vada proxima Gg per vaga [vel vada] cerula V per vada cerula BLV1 66 efflare VBV1 spirare L 67 Non G Nec O 69 plerunque B ‖ subdit V1 71 Exceptis Gg Preceptis VLV1 Preceptis B 72 abnuit GgVB abnegat LV1 73 soli quod L ‖ p[a]terent L 74 facultas GgV potestas BLV1 76 Stipatur V Stipatus BLV1 ‖ armata (? *m. I*) G ‖ clientem [u] V1 79 pectora V pectore B pectore, *m. II corr. in* pectora V1 corpore L 80 faretras V 81 Adsimulat V ‖ palam] satis L ‖ testatur amictu g proclamat amictu G testatur amictus O

Nec pudet Ausonios currus et iura regentem
Sumere deformes ritus vestemque Getarum,
Insignemque habitum Latii mutare coactae
Maerent captivae pellito iudice leges.
Quis populi tunc vultus erat? quae murmura furtim?
Nam miseris nec flere quidem aut lenire dolorem
Colloquiis impune licet. Quonam usque feremus
Exitiale iugum? durae quis terminus unquam
Sortis erit? quis nos funesto turbine rerum
Aut tantis solvet lacrimis, quos barbarus illinc,
Hinc Rufinus agit, quibus arva fretumque negatur?
Magna quidem per rura lues; sed maior oberrat
Intra tecta timor. Tandem succurre ruenti
Heu patriae Stilicho. Dilecta hic pignora certe,
Hic domus, hic thalamis primum genialibus omen,
Hic tibi felices erexit regia taedas.
Vel solus sperate veni. Te proelia viso
Languescent avidique cadet dementia monstri.
Talibus urgetur discors Aurora procellis.
  At Stilicho, Zephyris cum primum bruma remitti
Et iuga diffusis nudari coepta pruinis,

83 Summere V1 ‖ getharum LV1 84 coactę G *cf.* H togęque VB togeque LV1 togati *coniecit* H *cf. L. Jeep, Quaest. crit. p. 31 seq.* et veste Getarum Insignes habitus Latii mutare togati H *coniecisse dicit Clercqius apud Burmannum* 85 pellito [b] captive [a] V pollito B ‖ Merent captivę pelito iudice M ‖ ~~pellice~~ [iudice] (*sic*) L 86 populis L ‖ tū V ‖ tumultus erat *(sic)* B 87 lenire *corr. m. II ex* linire B ‖ dolorem G 88 impugne L 89 dure VL durę B dire V1 90 Sortis G ‖ qui B ‖ erit G ‖ funesto turbine GVBV1 funesto in turbine L 91 *Ex codice* G *editio princeps Florentina ita correcta est:* Aut (*? = A*) A tantis L Aut tantis VV1 Ac tantis *coniecit Gesnerus* Ah H_2 Heu *coni.* H_2H_3 92 Hinc (inc *m. II add. in ras.*) B ‖ negantur *deterr. et editt.* 93 oberat V1 94 succurrere B ‖ ruenti] aventi B 95 stilico LV1 ‖ dilecta hic VBV1 tua sint hęc (*sic*) L 96 thalamis GVBL thalamus V1 ‖ primum G ‖ primum genialibus V [vel pu genitalibus ome] primum genialibus B primum genitalibus L proprium genitalibus V1 privum genialibus *proposuit Burmannus* 98 solum B 100 urguetur G 101 stilico LV1 ‖ zephyris G (? *m. I*) BL zephiris VV1 102 fcepta [a] (*sic*) L

Partibus Italiae tuta sub pace relictis
Utraque castra movens Phoebi properabat ad ortus,
Gallica discretis eoaque robora turmis
Complexus. Nunquam tantae dicione sub una
Convenere manus nec tot discrimina vocum.
Illinc Armeniae vibratis crinibus alae,
Herbida collectae facili velamina nodo;
Inde truces flavo comitantur vertice Galli,
Quos Rhodanus velox, Araris quos tardior ambit
Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus
Quosque rigat retro pernicior unda Garumnae,
Oceani pleno quotiens impellitur aestu.
Mens eadem cunctis animique recentia ponunt
Vulnera. Non odit victus victorve superbit.
Et quamvis praesens tumor et civilia nuper
Classica bellatrixque etiam nunc ira caleret,
In ducis eximium conspiravere favorem.
Haud aliter Xerxen toto simul orbe secutus
Narratur rapuisse vagos exercitus amnes
Et telis umbrasse diem, cum classibus iret
Per scopulos tectumque pedes contemneret aequor.
  Vix Alpes transgressus erat, nec iam amplius errat
Barbarus adventumque timens se cogit in unam
Planitiem tutoque includit pascua gyro.

103 ytalie V1 ‖ tuta sub pace relictis G g tranquilla in pace relictis (vel locatis) V tranquilla in pace relictis B tranquilla in pace locatis L V1 106 Complexus L V1 Amplexus G V B 108 Illinc L ‖ vibrate V vibrate *corr. m. II in* vibratis L 109 Herbida G Ferbida (vel fervida) V Fervida B L V1 111 rhodanus (velox) arraris V1 ‖ anbit L 113 Quosque rigat retro pernitior unda garunnę M Quos Liger et retro *coniecisse* H *dicit Clercqius* ‖ ligat L ‖ garunne V garunnae B garūne L garēne (*sic*) V1 114 Occeani V B L O(c)eani V1 117 praeceps *pro* praesens H *coniecisse dicit Clercqius* 118 Clasica V1 ‖ bellatrix etiam V 119 eximii V1 120 Haut B L V1 ‖ xersen V V1 xersem L ‖ sequutus V 121 āpnes L annes V1 122 tellis V1 ūibrasse (i *in ras.*) V1 123 contempneret L contem(p)neret V1 124 Vix (*corr. m. II ex* vir) V1 ‖ transgressus] egressus G ‖ nec] na(c)tē (*sic*) V1 125 timens G L V1 tremens V B 126 giro V V1

Tum duplicem fossam, non exsuperabile vallum
Asperat alternis sudibus murique locata
In speciem caesis obtendit plaustra iuvencis.
  At procul exsanguis Rufinum perculit horror,
Infectae pallore genae. Stetit ore gelato
Incertus peteretne fugam, veniamne subactus
Posceret, an fidos sese transferret in hostes.
Quid nunc divitiae, quid fulvi vasta metalli
Congeries, quid purpureis effulta columnis
Atria prolataeve iuvant ad sidera moles?
Audit iter numeratque dies spatioque viarum
Metitur vitam. Torquetur pace futura
Nec recipit somnos et saepe cubilibus amens
Excutitur poenamque luit formidine poenae.
Sed redit in rabiem scelerumque immane resumit
Ingenium sacrasque fores praedivitis aulae
Intrat et Arcadium mixto terrore precatur:
Per fratris regale iubar, per facta parentis
Aetherii floremque tui te deprecor aevi,
Eripe me gladiis. Liceat Stilichonis iniquas
Evitare minas. In nostram Gallia caedem
Coniurata venit. Quidquid rigat ultima Tethys,

127 Tunc V1 ‖ duplicem fossam V duplici fossa BV1 dupplici fossa L ‖ exuperabile VL ‖ bellum [va] L 128 locata GV locatum B locata *corr. m. II in* locatum L locantum V1 129 ostendit [obt] V optendit L ‖ iuventis [c] V1 130 exanguis VLV1 131 pallore GVB, *ante hoc verbum in* L *legebatur* 'et', *quod nunc crasum*, terrore V1 ‖ gelatto V1 132 veniamque V 133 Poscerent V1 ‖ an fidos [tantos] V an tantos BV1 aut tantos L 135 purpureis (? *m. I*) G ‖ colūnis [×] *(sic)* G colamnis V colūpnis L metallis BV1 136 sydera BL 138 pace G peste O 139 somnos [p] V1 140 Excutitur poenamque luit formidine poenae M 141 rabiem [vel faciem] V rabiem gB faciem LV1 ‖ lane [m] *(sic)* L 143 arcadium mixto G archadium mixto VB archadium immixto LV1 145 Etherei V 146 licat [e i] m *(sic)* V1 ‖ stiliconis L 147 minas GgV manus BLV1 148 quicquid O ‖ rigat V ligat BLV1 ‖ thetis VBL tethis V1

Extremos ultra volitat gens si qua Britannos,
Mota mihi. Tantis capiendi credimur armis?
Tot signis unum petitur caput? Unde cruoris
Ista sitis? Geminum caeli sibi vindicat axem
Et nullum vult esse parem. Succumbere poscit
Cuncta sibi: regit Italiam Libyamque coercet,
Hispanis Gallisque iubet. Non orbita Solis,
Non illum natura capit. Quascumque paravit
Hic Augustus opes et quas post bella recepit,
Solus habet, possessa semel non reddere curat.
Scilicet ille quidem tranquilla pace fruatur,
Nos premat obsidio * quid partem invadere temptat?
Deserat Illyricos fines, Eoa remittat
Agmina, fraternas ex aequo dividat hastas,
Nec sceptri fueris tantum, sed militis heres.
Quod si dissimulas nostrae succurrere morti
Nec prohibere paras, manes et sidera testor,
Haec cervix non sola cadet, miscebitur alter
Sanguis, nec Stygias ferar incomitatus ad undas,
Nec mea securus ridebit funera victor.
Haec ubi: dictatur facinus missusque repente,
Qui ferat extortas invito principe voces.

149 *deerat, sed in marg. h. v. add. m. II* V1 150 mi[c]hi V ‖ digni (*in ras. erat* s) V1 tantis cur digni credimur armis *in mentem venit* H ‖ con[cre]dimur V1 151 capit *corr. m. II in* caput L 152 celi sibi V V1 sibi cęli B caeli *deerat in* L, *add. in marg. m. II* ‖ vendicat LV1 153 *additur ex* G *hic versus totus in margine editionis principis Florentinae, quia in ea deerat. Nulla discrepantia exstat* ‖ subcumbere B succunbere L 154 lybiamque VBL libiamque V1 ‖ cohercet VL choercet V1 158 nec V 159 fruatur GB fruetur VV1 fru[a]etur L 160 prem[o]it V premat *corr. m. II ex* premet V1 ‖ *post* 'obsidio', *qua in voce mendum subesse* H *suspicatum esse Clercqius dicit, versum excidisse propter* 'partem' *attributo carens cum eodem* H *certissime puto* ‖ ten[p]tat V1 161 illiricos O, *in* B *prius* i *in rasura* ‖ ęoa B 162 alas *pro* hastas *coniecisse* H *dicit Clercqius* 163 Nec O ? ne ‖ fueris tantum O tantum fueris *editt.* 164 dissimulas GVBL dissimules V1 165 sydera BL 167 stigias VLV1 ‖ undas V [vel unbras] undas L umbras BV1 H (= *hoc*) L 170 extortas (? *m. I*) G

Interea Stilicho iam laetior hoste propinquo
Nec multo spatio distantibus aequore vallis
Pugnandi cupidas accendit voce cohortes.
Armeniis frons laeva datur, per cornua Gallos
Dexteriora locat. Spumis ignescere frena,
Pulveris extolli nimbos lateque videres
Surgere purpureis undantes anguibus hastas
Serpentumque vago caelum saevire volatu.
Implet Thessaliam ferri nitor antraque docti
Cornipedis teneroque amnis reptatus Achilli
Et nemus Oetaeum radiat, clamore nivalis
Ossa tonat pulsoque fragor geminatur Olympo.
Intumuit virtus et lucis prodigus arsit
Impetus. Haud illos rupes, haud alta vetarent
Flumina; praecipiti stravissent omnia cursu.
Si tunc his animis acies collata fuisset,
Prodita non tantas vidisset Graecia caedes:
Oppida semoto Pelopeia Marte vigerent,
Starent Arcadiae, starent Lacedaemonis agri;
Non mare fumasset geminum flagrante Corintho,
Nec fera Cecropiae traxissent vincula matres.
Illa dies potuit nostris imponere finem

171 stilico L 172 *Barthius suspectum habet* ‖ spatio *scripsi* spatii VLV1 spatiis B ‖ multi spatii *Hartnaccius* 176 attolli H *legisse dicit Clerc[q]ius* ‖ longeque BL 177 Fervere *pro* Surgere *coniecit* H2H3 Fulgere *coniecit Schraderus* 179 tessaliam V1 ‖ nitor (r *add. m. II*) V1 ‖ *post* docti *rasura unius litterae* V1 180 ampnis L 181 oethęum (o *superscr.*) B etheum L oetheum (o *add. m. II*) V1 ‖ radiat] resonat L 182 olimpo VLV1 184 haut VBL aut (h *superscr.*) V1 ‖ aut, *man. rec. corr. in* aud (h *superscr.*) V haut B aut L aut (h *superscr.*) V1 186 Qđ si tunc, *in marg. m. II* his V Si tunc is (h *superscr.*) B Si tunc his LV1 His si tunc *editt. rec.* 187 vidis (set *superscr.*) B ‖ cedes GgV cędes B clades LV1 188 *Ante* 'Oppida' *erat* 'Et' *in* V1 *sed expunctum est* ‖ semoto (vel submoto *superscr.*) V sic moto B ‖ ~~mat~~ ~~iugent~~ (marte vigerent *superscr.*) *(sic)* L uirerent *maluerunt* H2H3 189 archadie VLV1 archadiae B ‖ agri (vel arces *superscr.*) V agri BL arces V1 190 firmasset L ‖ flagrante] fumante L ‖ chorintho V 191 Non V1 ‖ cecropię (as *superscr.*) V cęcropias (s *in ras. m. II*) B cycropias L cicropias V1 ‖ traxissent (xi *in ras. m. II*) B 192 Ille B

Cladibus et sceleris causas auferre futuri.
Invida pro quantum rapuit Fortuna triumphum!
Inter equos interque tubas mandata feruntur
Regia et armati veniunt ductoris ad aures.
Obstupuit. Simul ira virum, simul obruit ingens
Maeror et ignavo tantum licuisse nocenti
Miratur. Dubios anceps sententia volvit
Eventus, peragat pugnas, an fortia coepta
Deserat. Illyricis ardet succurrere damnis,
Praeceptis obstare timet; reverentia frangit
Virtutis stimulos. Hinc publica commoda suadent,
Hinc metus invidiae. Tandem indignatus ad astra
Extollit palmas et ab imo pectore fatur:
  Numina Romanis necdum satiata ruinis,
Si iuvat imperium penitus de stirpe revelli,
Uno si placuit deleri saecula lapsu,
Si piget humani generis, prorumpat in arva
Liberas effrena maris vel limite iusto
Devius errantes Phaethon confundat habenas.
Cur per Rufinum geritur? Procumbere mundum
Hoc auctore pudet. Mediis revocamur ab armis,
Pro dolor, et strictos deponere cogimur enses.
Vos arsurae urbes perituraque moenia testor,
Cedo equidem et miserum permitto casibus orbem.
Flectite signa, duces, redeat iam miles eous.

193 futuri L V1 futuris V B futuras *nonnulli deteriores* 194 pro V proh B L V1 197 ira (*superscr.* vel ora) L 199 Mirantur V1 ‖ solvit (*superscr.* volvit) V 200 coepta] facta L 201 illiricis O ‖ dampnis V L 204 ~~odium~~ (*superscr.* metus) *(sic)* L ‖ [invi]diae tandem — astr[a] *restituit m. recentior in* V ‖ adaustra V1 206 Numina (*superscr.* o) V ‖ necdum G V B nūdū *(sic)* L nondum V1 207 penita *coniecit Barthius* ‖ revelli *corr. ex* rebelli B 210 Libertas effrena] Tempestas vesana V ‖ iusto G g V B (*superscr.* vel iusto) nullo L nullo V1 211 triton (*superscr.* pheton) V phęton B pheton L V1 212 ruffinum V1 ‖ geritur] urgemur *(sic)* G terimur *coniecisse* H *dicit Clercqius* 213 actore L autore V1 ‖ revocatur (*superscr.* vel mur) V 214 Ardor (*superscr.* vel proh pudor) V Pro (*superscr.* h) dolor B Proh dolor V1 ‖ et strictos] adstrictos V 216 Cędo B ‖ casibus G g casibus (*superscr.* vel cladibus) V cladibus L V1 217 redeat (t *ex corr. m. II*) L ‖ eous V B L eos (*superscr.* u) *(sic)* V1 eois *deterr.*

Parendum est. Taceant litui, prohibete sagittas;
Parcere contiguo Rufinus praecipit hosti.
His dictis omnes una fremuere manipli,
Quantum non Italo percussa Ceraunia fluctu,
Quantum non madidis elisa tonitrua Cauris,
Secernique negant ereptaque proelia poscunt
Insignemque ducem populus defendit uterque
Et sibi quisque trahit. Magno certatur amore
Alternamque fidem non inlaudata lacessit
Seditio talique simul clamore queruntur:
Quis mihi nudatos enses, quis tela lacertis
Excutit et solvi curvatos imperat arcus?
Quisnam audet leges vibrato imponere ferro?
Inflammata semel nescit mitescere virtus.
Iam mihi barbaricos sitientia pila cruores
Sponte volant ultroque manus mucrone furenti
Ducitur et siccum gladium vagina recusat.
Num patiar? Semperne Getis discordia nostra
Proderit? En iterum belli civilis imago.
Quid consanguineas acies, quid dividis olim

218 Parcendum G Parendum [vel parcendum] est V Parendum est BL Parendumque [est] V1 ‖ prohibe [te] V1 cohibete *coniecit Schraderus* 219 Parcere G Parcite O, *in* V1 *initio versus* 7. (= et *expunctum?*) ‖ continguo V1 ‖ ruffinus V1 220 Hiis V1 221 italo *usque ad* 222 non *deest in* V1 ‖ ithalo L ‖ elisa G illisa gVBL (*in* L a *add. m. II*) V1 ‖ coris L choris VBV1 ‖ *post* v. 222 *inseritur* v. 221 *in* V1 223 Secernitur [que] V1 225 amore BL amore [vel honore] V honore [vel amore] V1 226 inlaudata V inlaudata [il] B illaudata LV1 226 lacessit [c] L 227 queruntur Gg moventur VL moventur B movetur V1 228 Quis m[i] ... nudatos V 230 Quisnam [audet] leges vibrato imponere ferro *sic totus versus ex codice* G *margini ed. pr. Flor. adscriptus est* G leges vibrato imponere VB stricto leges imponere LV1 232 Iam iam [vel mihi] L ‖ scientia [i] V1 ‖ pila VBL tela V1 234 ultroque VBV1 ultrixque [vel ultroque] L ultrixque *editt.* 235 Nu...n (*pro* Num) V Non BLV1 (*in* V1 *in marg.* vel num patiar ‖ semper discordia nostra ne getis [b] (b *add. m. II*) V ‖ gethis L 236 ymago L 237 dividis (? *m. I*) G dividis, vel dividit *in marg. m. II* V

Concordes aquilas? Non dissociabile corpus
Coniunctumque sumus. Te quo libet ire sequemur:
Te vel Hyperboreo damnatam sidere Thulen,
Te vel ad incensas Libyae comitabor harenas.
Indorum si stagna petas rubrique recessus
Litoris, auriferum veniam poturus Hydaspen;
Si calcare Notum secretaque noscere Nili
Nascentis iubeas, mundum post terga relinquam.
Et quocumque loco Stilicho tentoria figet,
Haec patria est. Dux inde vetat: Desistite quaeso
Atque avidam differte manum. Cadat iste minacis
Invidiae cumulus. Non est victoria tanti,
Ut videar vicisse mihi. Vos fida iuventus
Ite mei quondam socii. Nec plura locutus
Flexit iter, vacuo qualis discedit hiatu
Impatiens remeare leo, quem plurima cuspis,
Et pastorales pepulerunt igne catervae,
Inclinatque iubas demissaque lumina velat
Et trepidas maesto rimatur murmure silvas.
Ut sese legio vidit disiuncta relinqui,
Ingentem tollit gemitum galeasque solutis
Umectat lacrimis pressamque morantia vocem

te
238 dissotiab *(sic)* V1 239 quo libet *editt.* qualibet O 240 yperboreo BL hiperboreo V1 ‖ damnatam GB dampnatam VL damnatam (p) V1 ‖ sydere BL ‖ thulem V thilen B thylem L tilem V1 241 lybie VL lybiae B libie V1 242 stanna, (vel signa) *corr. m. II in* stagna V 243 Litoris BV1 Littoris VL Aequoris *Pulmanni quidam liber et post* H *editt.* ‖ ydaspē L hidaspem V1 244 nothum O ‖ noscere B noscere (litora) V *unde coniecisse* H 'poscere' *tradit Clercqius* littora L litora V1 visere *proponit Burmannus* 245 mundum O annum G mundum post terga relinquam M 246 stilico L ‖ figat G 247 Hęc (? *m. I*) GV Haec B Hic LV1 248 Atque *usque ad* 249 non est *restituit manus recentior in* V 248 avidam G ‖ cad̄ *corr. m. II in* cad (et) V1 ‖ ille L ‖ minatis (vel cis) V1 250 videar (r *add. m. II*) V1 ‖ michi V1 251 loquutus V 252 Flexit B Flexit (vel flectit) V Flectit V1 Flexint iter vacuo L ‖ discessit L 255 dimissaque B 256 silvas VBL ripas V1 rupes H *coniecisse affert Clercqius* 258 volutis *coniecit* H_2H_3 259 Humectat VBL humectant V1 (*ante h. v. in* V1 idem *signum quod v. 219*) ‖ presam V1

Thoracum validos pulsant suspiria nexus.
Tradimur heu tantumque sequi prohibemur amorem,
Exclamant; spernisne tuas dux optime dextras,
Quas tibi victrices totiens Bellona probavit?
Nos adeo viles, adeo felicior axis
Hesperius, meruit qui te rectore teneri?
Quid nobis patriam, quid cara revisere tandem
Pignora dilectosve iuvat coluisse penates?
Te sine dulce nihil. Iam formidata tyranni
Tempestas subeunda mihi, qui forte nefandas
Iam parat insidias, qui nos aut turpibus Hunis
Aut impacatis famulos praebebit Alanis.
Quamquam non adeo robur defecerit omne,
Tantave gestati fuerit patientia ferri.
Tu licet occiduo maneas sub cardine solis,
Tu mihi dux semper Stilicho nostramque vel absens
Experiere fidem: dabitur tibi debita pridem
Victima, promissis longum placabere sacris.
Tristior Haemoniis miles digressus ab oris
Tangebat Macetum fines murosque subibat
Thessalonica tuos. Sensu dolor haeret in alto
Abditus et tacitas vindictae praestruit iras,

262 spernisne gV spernisque (*sic*) G spernisque B tradisne LV1 263 probavit G 267 Picnora, *corr. m. II in* Pignora V1 ‖ dilectosne L 268 Te sine dulce nihil M ‖ nichil LV1 ‖ Iam] nunc L ‖ formidata [vel danda] V ‖ tiranni VV1 269 nefandes [a] V1 270 hunis BV1L (*in* L h *ex corr. m. II*) hunnis V 271 impacatis GO implacatis *multi deteriores* ‖ praebebit GgVB praestabit LV1 ‖ halanis VB 273 Tantave GBL Tantane V1 ‖ gestari G *ut ego legi in editione principe Flor.;* H *legit* gestati, *quod recipiendum esse docet et verbi et gladii ferendi usus;* gestandi O ‖ penuria VLV1 paenuria B *unde conieci* patientia *(de sententia cf. In Eutr. II, v. 543)* ‖ fuerint periuria *Paul coni. Quaest. Claud. p. 12* ‖ non sit *pro* fuerit *mavult Gesnerus* ‖ fratri [ferri] V1 274 cardine G ‖ coeli g solis [vel celi] V 275 michi V1 ‖ stilico L stilicom V1 ‖ namque [nostram] V1 277 longum *cum nonnullis deterioribus* H longe O 278 hęmoniis B hemoniis VL emoniis [h] V1 ‖ degressus [i] L ‖ oris [h] V horis BL arvis V1 279 macetum VB macedum LV1 280 Tessalonica VV1 thessalonyca L

Spectaturque favens odiis locus aptaque leto
Tempora, nec quisquam tanta de pube repertus,
Proderet incautis qui corda minantia verbis.
Quae non posteritas, quae non mirabitur aetas
Tanti consilium vulgi potuisse taceri
Aut facinus tam grande tegi? mentisque calorem
Non sermone viae, non inter pocula rumpi?
Aequalis tantam tenuit constantia turbam
Et fuit arcanum populo. * Percurritur Hebrus,
Deseritur Rhodope Thracumque per ardua tendunt,
Donec ad Herculei perventum nominis urbem.
Ut cessisse ducem, propius venisse cohortes
Cognita Rufino, magna cervice triumphat
Omnia tuta ratus sceptrumque capessere fervet
Et coniuratos hortatur voce clientes:
Vicimus, expulimus; facilis iam copia regni.
Nullus ab hoste timor. Quis enim, quem poscere solum
Horruit, hunc tanto munitum milite vincat?
Quis ferat armatum, quem non superavit inermem?
I nunc exitium nobis meditare remotus
In cassum Stilicho, dum nos longissima tellus

282 Spect[ta]q̄ue *(sic)* V 1 ‖ odio L ‖ lęto V loeto B 283 pube GgVB plebe LV1 284 mi[n]cantia V 287 tan *(sic)* L ‖ colorem, *m. II corr. ita:* c[a]lorem L 288 fundi *pro* rumpi *coniecit Burmannus cf. a. h. l. Koenigium* 289 tra[u]bam V1 290 archanum O ‖ *Post* 'populo' *aliquid deesse puto, quo et* 'populo' *illustretur et milites Thessalonicam, ubi plures menses morati, reliquisse dictum sit.* 290 hebrus O hęmus G 291 rodope LV1 ‖ tracumque L trachumque V1 292 perventum est L 293 cesisse V1 ‖ choortes V1 294 ruffino V1 295 ratus G ‖ capescere LV1 296 hortatur [vel accendit] V hortatur BL [h]ortatur V1 accendit *deterr.* 298 quid enim, quem cet. *scribere voluit* H2H3 ‖ poscere Gg vincere O *unde* H *coniecisse Clercqius dicit:* quid enim? qui vincere solum Horruit cet. 300 Quis ferat armatum quem non superavit inermem M ‖ Qui (= *quomodo*) ferat *vel* Quid ferat *proponit* H2H3 ‖ inhermem LV1 301 I BLV1 Tu [vel i] V ‖ remotis [vel tus] V 302 stilico L ‖ *Ante* 'dum' *graviorem interpunctionem delevi et cum Burmanno post* 'undis' *posui*

Dividat et mediis Nereus interfluat undis.
Alpinas transire tibi me sospite rupes
Haud dabitur. Iaculis illinc me figere tempta,
Quaere ferox ensem, qui nostra ad moenia tendi
Possit ab Italia. Non te documenta priorum,
Non exempla vetant? quis par conatus adire
Has iactat vitasse manus? detrusimus orbe
Te medio tantisque simul spoliavimus armis.
Nunc epulas tempus, socii, nunc larga parare
Munera donandumque novis legionibus aurum.
Opportuna meis oritur lux crastina votis.
Quod nolit, rex ipse velit iubeatque coactus
In partem mihi regna dari: contingat in uno
Privati fugisse modum crimenque tyranni.
  Talibus acclamat dictis infame nocentum
Concilium, qui perpetuis crevere rapinis
Et quos una facit Rufino causa sodales,
Inlicitum duxisse nihil. Delicta fuere
Nexus amicitiae. Iam iam conubia laeti
Despondent aliena sibi frustraque vicissim
Promittunt, quas quisque petat, quas devoret urbes.
  Coeperat humanos alto sopire labores
Nox gremio nigrasque Sopor diffuderat alas.
Ille diu curis animum stimulantibus aegre

303 interfluat V interstrepat BL interstrep[at] V1 interluat *coniecit* H_2H_3 ‖ undas[i] V1 304 rupes[p] V1 305 Haut O ‖ illinc G ‖ tenta[p] V1 temptat L 306 arcum *pro* ensem *hariolatur Burmannus* 307 documenta[+] *(sic)* G monimenta VBL monumenta V1 308 quis par V quisnam BLV1 309 vitasse O vitare † *(sic)* G ‖ de trusimus V1 311 epulis V ‖ parari *mavult cum deterr.* H 313 Oportuna O 315 michi V1 316 tiranni VV1 317 acclamat VLV1 adclamat B 318 ruinis[rapinis] L 319 quos una facit hęc causa sodales Illicitum duxisse nihil M ‖ ruffini V1 ‖ sodales (e *corr. m. II ex* i) V1 320 dixisse[u] V ‖ nichil VLV1 delicta G, *h. l. eadem manus quae ex* G *in marg. ed. princ. Florent. notavit cod.:* funesta tacere 321 iamque et conubia G ‖ lecti V 322 iuxtaque *coniecit Schraderus* 323 quę (*pro priore* quas) G 324 alto[e] V1 325 nigrasque[vel pigras] V nigrasque B pygsque[a] L pigrasque V1 326 ęgre B eger[vel egre vel egrum] V eger[vel egrum] L egrum V1

Labitur in somnos; vix toto corde quierat,
Ecce videt diras alludere protinus umbras,
Quas dedit ipse neci, quarum quae clarior una
Visa loqui: Pro surge toro; quid plurima volvis
Anxius? haec requiem rebus finemque timori
Allatura dies. Omni iam plebe redibis
Altior et laeti manibus portabere vulgi.
Has canit ambages; occulto fallitur ille
Omine nec capitis sentit praesagia fixi.
  Iam summum radiis stringebat Lucifer Haemum
Festinamque rotam solito properantior urget
Taudem Rufini visurus funera Titan.
Desiluit stratis densaeque capacia turbae
Atria regifico iussit splendere paratu
Exceptura dapes et quod post vota daretur,
Insculpi propriis aurum fatale figuris.
Ipse salutatum reduces post proelia turmas
Iam regale tumens et principe celsior ibat
Collaque femineo iactabat mollia gestu
Imperii certus, tegeret ceu purpura dudum
Corpus et ardentes ambirent tempora gemmae.
  Urbis ab angusto tractu, qua vergit in Austrum,
Planities vicina patet, nam cetera pontus
Circuit exiguo dirimi se limite passus.

327 sompnos L V 1 328 diras V B duras L V 1 ‖ unbras L 330 pro, [h] V B proh L V 1 ‖ thoro L V 1 ‖ q [id] *(sic)* L 331 hec, *corr. m. II ex* hic L ‖ timori G B labori V L V 1 332 omni= (*in ras. erat* a) L 333 letis L 334 anbages L 335 Homine V 1 ‖ sentit pręsagia fixi G sensit praesagia dici [vel fixi] (ci *in ras.*) V sintit (*sic*) pręsagia fixi B fixi praesagia sensit [vel sentit] L fixi praesagia sentit V 1 337 solito *deerat*, *add. in fine h. v. m. II* V 1 338 ruffini V 1 visurus rufini L ‖ tytan L 339 Desiluit G Prosiluit O ‖ capitia [a] V 1 342 Insculpi G g V B Inscribi L V 1 ‖ prop=s B ‖ aurum] uirum V 343 salutatum G 345 iactabat V B L solvebat G *quod laudat* H gestabat L 346 *prius* d *in* dudum *in ras.* L iam dum *coni. Gesnerus* 347 ardentes ambirent G V B ambirent ardentes L V 1 348 qua (? *m. I*) G ‖ vergit, *corr. m. I ex* vertit V ‖ in] ad L 349 placet, *corr. m. II sic:* platet L ‖ cętera B 350 exiguo dirimi se limite passus G ‖ exigo [u] V 1 ‖ tramite O

Hic ultrix acies ornatu lucida Martis
Explicuit cuneos. Pedites in parte sinistra
Consistunt, equites illic poscentia cursum
Ora reluctantur pressis sedare lupatis,
Hic alii saevum cristato vertice nutant
Et tremulo gaudent umeros vibrare colore,
Quos operit firmatque chalybs. Coniuncta per artem
Flexilis inductis animatur lamina membris
Horribilis visu. Credas simulacra moveri
Ferrea cognatoque viros spirare metallo.
Par vestitus equis. Ferrata fronte minantur
Ferratosque levant securi vulneris armos:
Diviso stat quisque loco, metuenda voluptas
Cernenti pulcherque timor spirisque remissis
Mansuescunt varii vento cessante dracones.
Augustus veneranda prior vexilla salutat;
Rufinus sequitur devotaque bracchia laudat;

vel fulgida vel ferri
351 lucida V lucida B fulgida LV1 ‖ martis V martis BV1
vel martis
ferri L 352 imparte V1 353 illic G (*haec scriptura ita in ed. princ. Flor. in textu notata erat:* illinc) illinc O *idem coniecit Schraderus* 354 sudare V (e) 355 Hinc V B ‖ sęcum G seuu (*sic*) V semini L sevum V1 (sevum) 356 tremulos O ‖ humeris O ‖ colores O 357 firmatque *conieci* formatque O ‖ chalyps V calibs B calips LV1 ‖ *Totus locus valde est corruptus. Scripsi:* tremulo gaudent umeros vibrare colore, Quos operit firmatque chalybs 357 convicta G convīcta V1 convincta H *coniecisse sine dubio falso Burmannus et Clercqius dixerunt* 358 inductis V indutis B ‖ animatur V hamatur (vel hamatur) L ‖ menbris B 359 Horribile (? *m. I*) G Horribili B ‖ simulachra B 360 cognatoque LV1 (*in rasura erat* s) 361 Par vestitus (? *m. I*) G 362 levant GVB levant (vel movent) L movent V1 363 Diviso GBV1 Diviso (vel dimenso) V Et iusso (vel diviso) L 364 Cernendi (t) V1 365 rabidi *coniecit Schraderus pro* (?) varii 367 *Finem huius versus ad finem sequentis transposui et vice versa, cf. Epith. Palladii* v. 86—87 *et epist.* I, v. 27—28, *quibus locis in mss. et editt. similia invenimus. Ordo verborum in* O *hic est:* Rufinus (!) sequitur quo (!) fallere cuncta solebat Callidus affatu devotaque bracchia (!) laudat. 367 Ruffinus V1 ‖ brachia O

Callidus affatu quo fallere cuncta solebat,
Nomine quemque vocat natosque patresque reversis
Nuntiat incolumes. Illi, dum plurima ficto
Certatim sermone petunt, intendere longos
A tergo flexus insperatoque suprema
Circuitu sociare parant. Decrescere campus
Incipit et clipeis in se redeuntia iunctis
Curvo paulatim sinuantur cornua ductu.
Sic ligat immensa virides indagine saltus
Venator, sic attonitos ad litora pisces
Aequoreus populator agit rarosque plagarum
Contrahit anfractus et hiantes colligit oras.
Excludunt alios. Cingi se fervidus ille
Nescit adhuc graviterque apprensa veste morantem
Increpat Augustum: scandat sublime tribunal,
Participem sceptri, socium declaret honoris.
Tum subito stringunt gladios; vox desuper ingens
Infremuit: Nobis etiam deterrime, nobis
Sperasti famulas imponere posse catenas?
Unde redi nescis? patiarne audire satelles,
Qui leges aliis libertatemque reduxi?
Bis domitum civile nefas, bis rupimus Alpes.
Tot nos bella docent nulli servire tyranno.
   Deriguit: spes nulla fugae, seges undique ferri

368 quo (vel qui) V qui BLV1 369 vocat GgVB vocans LV1 || natos patresque GVB || notosque patresque L 370 incolomes L 371 serunt *pro* petunt *Schraderus* || intendere gO extendere *nonnullae editt. cum* H1 372 flexus G amplexus O || supprema L 374 clypeis L 376 indagne (i) V1 || saltus GgVBL sillvas *(sic)* V1 379 Contrait V1 amfractus B || hyantes L || oras (h) V horas LV1 380 [Excl]udunt — ille *restituit manus recentior in* V 381 graviterque — morantem *et* 382 scandat — tribunal *restituit manus recentior in* V 381 adprensa B 383 [decl]arat *(sic)* honoris *restituit manus recentior in* V 384 Tum *scripsi* Cum O || ingens *restituit manus recentior in* V 385 deterrime O teterrime *mavult* H *et post eum editt.* 386 cathenas LV1 387 redii V redi LV1 redii BG 389 domitu (domitum) V domitum B domitum, est *add. m. II sup. lin. in* LV1 390 tiranno VV1 391 Deriguit B Deriguit (i) V Diriguit G (? *m. II*) LV1

Circumfusa micat. Dextra laevaque revinctus
Haesit et ensiferae stupuit rumore coronae,
Ut fera, quae nuper montes dimisit avitos
Altorumque exsul nemorum damnatur harenae
Muneribus, commota ruit, vir murmure contra
Hortatur nixusque genu venabula tendit;
Illa pavet strepitus cuneosque erecta theatri
Respicit et tanti miratur sibila vulgi.
  Unus per medios audendi pronior ense
Prosilit exserto dictisque et vulnere torvus
Impetit: Hac Stilicho, quem iactas pellere, dextra
Te ferit, hoc absens invadit viscera ferro.
Sic fatur meritumque latus transverberat ictu.
Felix illa manus, talem quae prima cruorem
Hauserit et fessi poenam libaverit orbis.
Mox omnes laniant hastis artusque trementes
Dilacerant, uno tot corpore tela tepescunt
Et non infecto puduit mucrone reverti.
Hi rabidos vultus et adhuc spirantia vellunt
Lumina; truncatos alii rapuere lacertos.
Amputat ille pedes, umerum quatit ille solutis

393 rumore *scripsi* mucrone O 394 nuper montes GO montes nuper *editt. nonnullae* ‖ dimisit V1 dimisit [a] L [vel di] amisit V amisit B 395 Altorum [que] V1 ‖ exul O ‖ dampnatur VLV1 ‖ [h] arene V1 396 Muneribus [vel vulneribus] L Verberibus [vel muneribus] V1 Verberibus GVB ‖ vix [r] V 397 nisusque L 398 erepta [o] L ‖ teatri V1 399 Respicit GgB Respicit [vel de] V Despicit LV1 400 audendi [vel audacia] V ‖ pronior O promptior H3 *coniecisse affert Burmannus* 401 exerto GVBV1 erepto [vel exerto] L 402 Impetit V, *ego h. v. ad versum 401 traxi*, Adpetit B Appetit LV1 Hac petit H *cum nonnullis deterr.* ‖ stilico LV1 404 fatur G ‖ meritumque GL meritumque [vel to] V meritoque BV1 406 poenam fessi V1 ‖ libaverit LV1 livaverit G libraverit V litaverit B 407 laniant [vel fodiunt] V fodiunt BLV1 ‖ trementes GO, *sed* V *sic:* trementes [vel nefandos] 408 Dilacerant VLV1 Dilaniant B ‖ tela VL pila BV1 ‖ tapescunt [e] V 410 Hii VLV1 ‖ rabidos vultus Gg vultus avidos O vultus pavidos *Burmannus mavult* ‖ spectantia *Schraderus* 412 umerum (? *m. I*) G humerum O ‖ iste *pro*

Nexibus; hic fracti reserat curvamina dorsi;
Hic iecur, hic cordis fibras, hic pandit anhelas
Pulmonis latebras. Spatium non invenit ira,
Nec locus est odiis. Consumpto funere vixdum
Deseritur sparsumque perit per tela cadaver.
Sic mons Aonius rubuit, cum Penthea ferrent
Maenades aut subito mutatum Actaeona cornu
Traderet insanis Latonia visa Molossis.
  Criminibusne tuis speras Fortuna mederi
Et male donatum certas aequare favorem
Suppliciis? una tot milia morte rependis?
Eversis agedum Rufinum divide terris,
Da caput Odrysiis, truncum mereantur Achivi.
Quid reliquis dabitur? nec singula membra peremptis
Sufficiunt populis. Vacuo plebs obvia muro
Iam secura fluit. Senibus non obstitit aetas
Virginibusve pudor; viduae, quibus ille maritos
Abstulit, orbataeque ruunt ad gaudia matres
Insultantque alacres. Laceros iuvat ire per artus
Pressaque calcato vestigia sanguine tingi.

ille *legisse* H *dicit Clercqius* 413 f[a]ti, *in marg. add. m. II* fracti V1 ‖ reserat O (*cf. Gesnerum a. h. l.*) resecat H *cum deter. quodam* 414 fibras[b] cordis[a] (*sic*) B ‖ hanelas LV1 415 [non] nunc V 416 Non V1 ‖ consumito, *corr. m. rec. in* consumpto V1 ‖ [vel corpore] funere V vulnere *mavult Burmannus* ‖ vixdum *cum* H *scripsi* victor G [vix tunc] victor V victum B vix tum L vix tunc V1 417 perit GB [vel cadit] perit VL cadit V1 419 ac VL ‖ cornu G 420 visa G virgo O 421 speras GB credis VV1 spsas (*sic*) L ‖ *Post* 'mederi' *interrogationis signum delevi, ut* 'Suppliciis' (v. 423) *etiam ad* v. 421 *referretur* 422 certas GVL credis B speras V1 423 Supliciis V ‖ rependis O rependi *editt. post* H 424 *Ad hunc versum is qui fecit excerpta ex* G *addidit:* hic versus deest in antiquo B 424—427 vacu[o] *restituit man. recentior in* V 424 agendum L ‖ ruffinum V1 425 capud V1 ‖ otrisiis VLV1 426 menbra BL ‖ peremtis V1 427 obvia GV undique BLV1 428 Iam secura *restituit manus recentior in* V ‖ fluit B ruit (*priore tempore legebatur* fluit, *quod laesa membrana delituit*) V ruit LV1 429 Virgini[busve] *restituit manus recentior in* V 430 *In* Abstulit b *addidit rec. m.* V1 431 laceros] vacuos V1 432 tingui (? *m. I*) GO

Nec minus assiduis flagrant elidere saxis
Prodigiale caput, quod iam de cuspide summa
Nutabat, digna rediens ad moenia pompa.
Dextera quin etiam ludo concessa vagatur
Aera petens fraudesque animi persolvit avari
Terribili lucro vivosque imitata retentus
Cogitur adductis digitos inflectere nervis.
Desinat elatis quisquam confidere rebus
Instabilesque deos et lubrica numina discat:
Illa manus, quae sceptra sibi gestanda parabat,
Cuius se totiens submisit ad oscula supplex
Nobilitas, inhumata diu miseroque revulsa
Corpore feralem quaestum post fata reposcit.
Aspiciat quisquis nimium sublata secundis
Colla gerit. Triviis calcandus spargitur ecce,
Qui sibi pyramidas, qui non cedentia templis
Ornatura suos exstruxit culmina manes
Et qui Sidonio velari creditus ostro,
Nudus pascit aves; iacet en, qui possidet orbem,
Exiguae telluris inops et pulvere raro
Per partes tegitur, nusquam totiensque sepultus.
Senserunt convexa necem tellusque nefandum
Amolitur onus. Iam respirantibus astris

vel certant
433 flagrant elidere G flagrant V flagrant BL certant V1 434
in
Prodigiale caput M ‖ capud V1 436 quin G q (*sic*), *corr. m. II ex*
i concessa penas vel penas
q L ‖ congressa V 437 fraudesque G fraudesque V fraudesque L
penasque V1 438 retēptus L 439 adductos digitis — nervos V
440 Desinat elatis quisquam confidere rebus M 441 et G (? *m. I*)
b
VLV1 ac B 443 Cuius G ‖ summisit VB sumisit L ‖ suplex
vel e
VV1 444 miseroque V 445 reposcit G poposcit O 446 Aspiciat nequis nimium sublata secundis Colla gerat M ‖ quisquis G
vel nequis
quisquis V nequis BLV1 si quis H *coniecisse dicit Clercqius* 447
vel at triviis
Corda *pro* Colla *Schraderus* ‖ gerit V gerat BLV1 ‖ triviis BLV1 rebus V
u
rebus *cum* 'secundis' *coniunctum non reiecerim* ‖ calcandis L 448 pyra-
e dit
midas V piramidas V1 449 extruxit VL instruxit B 450 sydonio L creditus
vel a
V creditur BLV1 455 Amolitur G Emolitur V Emolitur BLV1

Infernos gravat umbra lacus. Pater Aeacus horret
Intrantemque etiam latratu Cerberus urget.
Tunc animae, quas ille fero sub iure peremit,
Circumstant nigrique trahunt ad vindicis urnam
Infesto fremitu, veluti pastoris in ora
Commotae glomerantur apes, qui dulcia raptu
Mella vehit, pennasque cient et spicula tendunt
Et tenuis saxi per propugnacula cunctae
Rimosam patriam dilectaque pumicis antra
Defendunt pronoque favos examine vallant.
Est locus, infaustis quo conciliantur in unum
Cocytos Phlegethonque vadis, inamoenus uterque
Alveus. Hic volvit lacrimas, hic igne redundat.
Turris per geminos flammis vicinior amnes
Porrigitur solidoque rigens adamante sinistrum
Proluit igne latus; dextro Cocytia findit
Aequora triste gemens et fluctu concita plangit.
Huc post emeritam mortalia saecula vitam
Deveniunt. Ibi nulla manent discrimina fati,
Nullus honos vanoque exutum nomine regem
Proturbat plebeius egens. Quaesitor in alto

457 etiam *nescio quare mendi suspectum putat* H ‖ *pro* urget *malit* arcet *Burmannus* 458 fero (x *m. rec. add.*) V1 459 *pro* nigrique *malit* stygiique H ‖ vindicis *scripsi quod praecedit* 'iure' *quo librarius aberravit* iudicis O 460 femitu (r) V1 461 Commotę G 462 vehit *ex* VB *restitui quod antecedit idem verbum* v. 459, trahit LV1 ‖ pinnas (? *m. I*) G pinnas (i *corr. m. II in* e) B ‖ cient (s) V1 463 c[illegible]incte (*sic! pro* cuncte) V cincte BLV1 iunctae *coniecit* H3 464 Rimosam patriam M 465 vallant *scripsi cum* H velant O 466 quo] qua B ‖ conciliantur (? *m. I*) G conciliantur (vel iungantur) L 467 Cocytus B Cocython V Cocitus (h) L Cochitos V1 ‖ flegethonque VB flegeton V1 ‖ utrique *coniecisse* H *dicit Clercqius* 468 Alveus (l *add. m. II*) V1 ‖ lacrimis (? *m. I*) G 469 Terris (u) V1 ‖ saxis vicinior *Koenigius paulo liberius frustra mavult* ‖ annes LV1 470 sinistrum GL sinistro VBV1 471 dextro *scripsi* dextra cocytia (? *m. I*) G cochitia L cothiaia *(sic)* V1 ‖ findit V fundit BLV1 ‖ fluctu GgB fluctu (fletu) V fletu LV1 474 ibi (? *m. I*) G 475 honos G (? *m. I*) VL onos L honor V1 476 Proturbat (vel per) V *Ex* G

Conspicuus solio pertemptat crimina Minos
Et iustis dirimit sontes. Quos nolle fateri
Viderit, ad rigidi transmittit verbera fratris.
Nam iuxta Rhadamanthus agit. Cum gesta superni
Curriculi totosque diu perspexerit actus,
Exaequat damnum meritis et muta ferarum
Cogit vincla pati. Truculentos ingerit ursis
Praedonesque lupis, fallaces vulpibus addit.
At qui desidia semper vinoque gravatus
Indulgens Veneri voluit torpescere luxu,
Hunc suis immundi pingues detrudit in artus,
Qui iusto plus esse loquax arcanaque suevit
Prodere, piscosas fertur victurus in undas,
Ut nimiam pensent aeterna silentia vocem.
Hos ubi per varias annis ter mille figuras
Egit Lethaeo purgatos flumine, tandem
Rursus ad humanae revocat primordia formae.
Tum quoque, dum lites Stygiique negotia solvit
Dura fori veteresque reos ex ordine quaerit,
Rufinum procul ecce notat visuque severo
Lustrat et ex imo concussa sede profatur:

editio princeps Florentina ita correcta est: Pe[r]turbat ‖ agens *coniecisse* H *dicit Clercqius* 477 solito L ‖ pertemptat [vel permutat] V pertemptat BL pertentat V1 praesentat *legere vult Barthius* praetentat *defendit cum deterr.* H perpensat *proponit Burmannus* ‖ numina [crimina] L ‖ diribit (*sic*) *coniecit Barthius* 479 rigidi Gg Ad mala mox (x *in ras.*), *in margine m. II addidit* viderit V Viderit ad mala (mox *omissum*) B Viderit ad mala mox LV1 480 radamanthys [u] V radamanthus B radamantus LV1 ‖ cum G ‖ cum gesta] congesta L 481 perspexerit G 482 dampnum VLV1 485 semper [vel sompno] V desidia somni *hinc coniecit* H gravatur [us] V1 486 *expunxit cum in eo nihil Claudiani esset* H 487 immundi pinguis (? *m. I*) G immundi *corr. m. II in* e *in* L inmūde [vel i] V1 488 archanaque O 489 undar *corr. m. II in* undas V1 491 Hos G Quos O ‖ p (= *per*) *sup. lin.* V1 ‖ annis ter mille Gg varias [o] annis [o] per mille V varios annos per mille BLV1 492 lętheo V 493 flamme, *in margine m. II* vel forme V 494 stigiique BLV1 496 Ruffinum V1 ‖ ee (*sic pro* ecce = *esse*) L 497 imo G eximo (*sic*) B

Huc superum labes, huc insatiabilis auri
Proluvies pretioque nihil non ause parato,
Quodque mihi summum scelus est, huc improbe legum
Venditor et saevi stimulator perfide Martis,
Cuius ob innumeras strages angustus Averni
Iam sinus et plena lassatur portitor alno.
Quid demens manifesta negas? en pectus inustae
Deformant maculae vitiique inolevit imago
Nec sese commissa tegunt. Genus omne dolorum
In te ferre libet: dubio tibi pendula rupes
Immineat lapsu, volucer te torqueat axis;
Te refugi fallant latices atque ore natanti
Ardescat decepta sitis dapibusque relictis
In tua mansurus migret praecordia vultur.
Quamquam omnes alii, quos haec tormenta fatigant,
Pars quota sunt Rufine tui! quid tale vel audax
Fulmine Salmoneus vel lingua Tantalus egit
Aut inconsulto Tityos deliquit amore?
Cunctorum si facta simul iungamus in unum,
Praecedes numero. Cui tanta piacula quisquam

498 labes G ‖ h[u]ęc L ‖ *Post* v. 498 *denuo sequitur* v. 496, *sed punctis sub litteris additis deletus*, v. 499 *in margine m. II adscriptus est, nam deerat* V1 499 Prę̣luvies B ‖ nichil VLV1 ‖ aus[a]e L 500 mi[c]hi V ‖ legis, *in margine m. II* legum V1 501 et sevi L et sevi [arcthoi] V (*cf. de IV cons. Honorii v. 321*) arctoi B arthois V1 ‖ [sti] simulator L [s dilator] timulator (*sic*) V1 ‖ [belli] martis V 502 Cuius G 503 sinus G 504 [demens] deinceps V demum H *coniecisse dicit Clercqius apud Burmannum* 505 vitiique *scripsi cum* H *et Gesnero* vitiisque O 506 [vel malorum] dolorum V1 507 *deerat, sed ascripsit cum m. II in margine* V1 ‖ libet (? *m. I*) G libet O lubet *editt.* 508 Emineat L ‖ lapsu (? *m. I*) G 509 fallent, *sup.* e *m. II* a *add.* L 510 Ardescat *scripsi (cf. liber pr. in Ruf., v. 104)* Arescat O 512 *post* 'alii' *rasura unius litterae spatio in* V 513 sunt B sunt V sint LV1 ‖ ruffine V1 514 salmonius B salomoneus V1 515 inconsulto Gg inconcesso O ‖ tityos G titius L ticius V1 ‖ deliquid V1 ‖ amore V 516 iungamus G iungantur O 517 [vel cui] quo V quo BLV1 quoi *frustra temptat Gesnerus* ‖ tanta] tota L

Supplicio conferre valet? quid denique dignum
Omnibus inveniam, vincant cum singula poenas?
Tollite de mediis animarum dedecus umbris.
Aspexisse sat est. Oculis iam parcite nostris
Et Ditis purgate domos. Agitate flagellis
Trans Styga, trans Erebum. Vacuo mandate barathro
Infra Titanum tenebras infraque recessus
Tartareos nostrumque Chaos, qua noctis opacae
Fundamenta latent: praeceps ibi mersus anhelet,
Dum rotat astra polus, feriunt dum litora venti.

518 Suplicio V ‖ conferre [piare] V 519 quum G 521 vestris L 522 dites [i] V 523 stiga LV1 ‖ herebum O ‖ baratro VLV1 524 tytanum VB 525 nostrumque O vastumque *coniecit Burmannus* qua g qua noctis opacę GVB qua noctis opace [vel ditis opaci] L quo noctis opaci V1 526 preceps G ‖ praeceps [vel penitus] ibi mersus V penitusque ibi mersus B princeps [pre] ibi mersus L penitus [que] ibi mersus V1 praeceps ubi mersus *editt. vett.* penitusque immersus *editt. post* H ‖ anelet L anelet [h] (*alterum* e *corr. m. II ex* a) V1 527 *deest in* V rotat BV1 rotet L ‖ feriunt BV1 feriant L ‖ In antiquo B . sequitur Liber in Eutropium . Semiferos artus cet. et h [o] elegidion ~~cum librum~~ *(sic)* p̄cedit librum Iam post domitas cet. *Sic qui fecit excerpta ex* G *in editione princ. Florent. notavit* ‖ *In* V *sequitur post v. 526 statim praef. epith. Honorii et Mariae v. 17* (Tum Phoebus cet.) *nullo spatio relicto* ‖ CLAVDIANI IN RVFINVM LIBER SCD̄S EXPLICIT INCIPIT IN EVTROPIVM LIBER PRIMVS B

CL. CLAUDIANI
DE TERTIO CONSULATU
HONORII AUGUSTI
PRAEFATIO. (VI.)

Parvos non aquilis fas est educere fetus
  Ante fidem Solis iudiciumque poli.
Nam pater, excusso saliit cum tegmine proles,
  Ovaque maternus rupit hiulca tepor,
Protinus implumes convertit ad aethera nidos
  Et recto flammas imperat ore pati.
Consulit ardentes radios et luce magistra
  Natorum vires ingeniumque probat.
Degenerem refugo torsit qui lumine visum,
  Unguibus hunc saevis ira paterna ferit.
Exploratores oculis qui pertulit ignes
  Sustinuitque acie nobiliore diem,
Nutritur volucrumque potens et fulminis heres
  Gesturus summo tela trisulca Iovi.
Me quoque Pieriis temptatum saepius antris
  Audet magna suo mittere Roma deo:
Iam dominas aures, iam regia tecta meremur
  Et chelys Augusto iudice nostra sonat.

Panegyricus de tertio consulatu eiusdem Pref. G Liber decimus. De tertio consulatu honorii L Cl. Claudiani prf. in tertium cons. Honorii Aug. *(man. rec.); manus vetustior in margine addidit:* tti' ho cōsul. V1 1 non est fas aquilis L ‖ fetus (e *corr. ex* a *m. II*) V1 3 saluit (+ supra) *(sic)* G ‖ tegmine gV1 germine L fragmine *vel* tegmine *coniecisse* H *dicit Clercqius* 4 iulcea (h supra) L 5 nidos (pullos supra) V1 6 refecto V1 7 Consulit *corr. m. II e* Considit V1 9 Degenerem G Degene *(lineolam supra* e *add. m. II)* L Degeneres V1 visum G visum *(sic!)* L visus V1 11 occulis L 12 diem *deerat, ad m. II* V1 13 volucrum (que supra) potens (que *add. m. II*) V1 18 chelis LV1

CL. CLAUDIANI
DE TERTIO CONSULATU
HONORII AUGUSTI
PANEGYRICVS. (VII.)

Tertia Romulei sumant exordia fasces
Terque tuas ducat bellatrix pompa curules.
Festior annus eat cinctusque imitata Gabinos
Dives Hydaspeis augescat purpura gemmis.
Succedant armis trabeae, tentoria lictor
Ambiat et Latiae redeant ad signa secures.
Tuque o qui patrium curis aequalibus orbem
Eoo cum fratre regis, procede secundis
Alitibus Phoebique novos ordire meatus,
Spes votumque poli, quem primo a limine vitae
Nutrix aula fovet, strictis quem fulgida telis
Inter laurigeros aluerunt castra triumphos.
Ardua privatos nescit fortuna penates
Et regnum cum luce dedit. Cognata potestas
Excepit Tyrio venerabile pignus in ostro
Lustravitque tuos aquilis victricibus ortus
Miles et in mediis cunabula praebuit hastis.
Te nascente ferox toto Germania Rheno
Intremuit movitque suas formidine silvas
Caucasus et positis numen confessa pharetris

Inscriptio deest LV1 2 Teque *corr. II in* Teque *(sic)* L || tuas V1 suas *corr. II e* tuas L suas *editt. post* H *cum vet. exemplari Claverii* || Roma *pro* pompa *nonnulli deterioris notae, quod defendit Burmannus* 3 erat V1 4 ydaspeis LV1 || lucescat *vel* fulgescat H *olim coniecisse dicit Clercqius* 9 Phoebique G 10 primae *mavult* H || lumine V1 11 tedis L 14 regnum G || *Interpunctionem posui post* dedi *cum Burmanno et Koenigio* 15 tirio V1 arstro, *m. II corr. ita* arstro L 16 *Pro* 'ortus' *coniecit Schraderus* 'artus' 17 praebita castris *proponit* H2H3 || escis (hastis *m. II*) L 18 rheno] regno V1 20 numen G || faretris G

Ignavas Meroe traxit de crine sagittas.
Reptasti per scuta puer regumque recentes
Exuviae tibi ludus erant primusque solebas
Aspera complecti torvum post proelia patrem,
Signa triumphato quotiens flexisset ab Histro
Arctoa de strage calens, et poscere partem
De spoliis, Scythicos arcus aut rapta Gelonis
Cingula vel iaculum Daci vel frena Suevi.
Ille coruscanti clipeo te saepe volentem
Sustulit arridens et pectore pressit anhelo
Intrepidum ferri, galeae nec triste timentem
Fulgur et ad summas tendentem bracchia cristas.
Tum sic laetus ait: Rex o stellantis Olympi,
Talis perdomito redeat mihi filius hoste,
Hyrcanas populatus opes aut caede superbus
Assyria; sic ense rubens, sic flamine crebro
Turbidus et grato respersus pulvere belli
Armaque gaviso referat captiva parenti.
Mox ubi firmasti recto vestigia gressu,
Non tibi desidias molles nec marcida luxu
Otia nec somnos genitor permisit inertes,
Sed nova per duros instruxit membra labores
Et cruda teneras exercuit indole vires:
Frigora saeva pati, gravibus non cedere nimbis,
Aestivum tolerare iubar, tranare sonoras
Torrentum furias, ascensu vincere montes,
Planitiem cursu, valles et concava saltu,
Nec non in clipeo vigiles producere noctes,

21 Merore V1 ‖ corde, *corr. m. II* corde [i n *superscr.*] *(sic)* L 22 scuta G V1 signa L ‖ recentes V1 iacentes [vel feroces *superscr.*] (feroces *m. II*) L nitentes *conicio* 23 Exuvię G 25 hystro L 26 Arctoa G archtoa L archoa V1 patrem (*sic:* patm [e *superscr.*]) L 27 scithicos arcus L sciticos archus V1 scyticosve *scripsit* H *(cf. Clercq. ap. Burm. p. 772)* 28 Dachi L 29 clipeeo L 30 peectore L ‖ hanelo L V1 32 brachia L V1 33 Olimpi L V1 35 Hircanas L V1 36 Assiria L V1 38 gaviso *plebeium putat C. Scaliger (cf. Barth. anim. in edit. Claud. sec. p. 492)* grandaevo *male temptavit Burmannus* 39 *Pro* 'firmasti' *olim Koenigius coniecit* 'signasti' 41 sompnos L V1 ‖ inhertes L 43 duda [r *superscr.*] *m. II corr. in* cruda L 44 ninbis L 45 tranare G 46 ascensu L V1 ascensum G g

In galea potare nives, nunc spicula cornu
Tendere, nunc glandes Baleari spargere funda.
Quoque magis nimium pugnae inflammaret amorem,
Facta tui numerabat avi, quem litus adustae
Horrescit Libyae ratibusque impervia Thule.
Ille leves Mauros nec falso nomine Pictos
Edomuit Scotumque vago mucrone secutus
Fregit Hyperboreas remis audacibus undas
Et geminis fulgens utroque sub axe trophaeis
Tethyos alternae refluas calcavit harenas.
Hos tibi virtutis stimulos, haec semina laudum,
Haec exempla dabat. Non ocius hausit Achilles
Semiferi praecepta senis, seu cuspidis artes,
Sive lyrae cantus, medicas seu disceret herbas.
  Interea turbata fides, civilia rursus
Bella tonant dubiumque quatit discordia mundum.
Pro crimen superum, longi pro dedecus aevi,
Barbarus Hesperias exsul possederat urbis
Sceptraque deiecto dederat Romana clienti.
Iam princeps molitur iter gentesque remotas
Colligit Aurorae, tumidus quascumque pererrat
Euphrates, quas lustrat Halys, quas ditat Orontes.
Turiferos Arabes saltus, vada Caspia Medi,
Armenii Phasin, Parthi liquere Niphatem.
  Quae tibi tunc Martis rabies quantusque sequendi
Ardor erat? quanto flagrabant pectora voto

49 potare *cum ms. quodam* H portare L V1   50 spargere G   51 nimio pugnae flammaret amore *mavult* H2H3 iuvenem pugnae inflammaret amore *Burmannus*   52 numerabat G ‖ littus V1   53 lybię L libie V1 ‖ thile G thyle L tyle V1   54 mauros G   55 scottum G   56 hiperboreas L yperboreas V1   58 Thetios L V1   59 virtutis G virtutum L V1   60 pocius V1 ‖ (h) ausit L   61 cuspidis ictus *coniecit Burmannus*   62 li(r)te V1 ‖ (vel arces) herbas L   63 quies *pro* fides *coniecit Schraderus*   64 tument *coniecit* H *ex* 'timent' *quod legitur in deteriore quodam*   65 Proh L V1 ‖ longi pro G ‖ proh L V1   66 exul L V1 ‖ urbis G urbes L V1   68 molitur G   70 Euphrates G Eufrates L V1 ‖ alis L V1 ‖ quasidstditat horontes (horontes *add. m. II*) V1 ‖ oronthes L   71 Thuriferos V1 t(hu)... ariferos *(sic)* L ‖ arabes G   72 (ni) iphatem V1   73 tum V1 ‖ (r martis) matris *(sic)* L ‖ secquendi L

Optatas audire tubas campique cruenta
Tempestate frui truncisque immergere plantas?
Ut leo, quem fulvae matris spelunca tegebat
Uberibus solitum pasci, cum crescere sensit
Ungue pedes et terga iubis et dentibus ora;
Iam negat imbelles epulas et rupe relicta
Gaetulo comes ire patri stabulisque minari
Aestuat et caesi tabum sorbere iuvenci.
Ille vetat rerumque tibi commendat habenas
Et sacro meritos ornat diademate crines
Tantaque se rudibus pietas ostendit in annis,
Sic aetas animo cessit, quererentur ut omnes
Imperium tibi sera datum. Victoria velox
Auspiciis effecta tuis. Pugnastis uterque:
Tu fastis genitorque manu. Te propter et Alpes
Invadi faciles, cauto nec profuit hosti
Munitis haesisse locis. Spes irrita valli
Concidit et scopulis patuerunt claustra revulsis.
Te propter gelidis Aquilo de monte procellis
Obruit adversas acies revolutaque tela
Vertit in auctores et turbine reppulit hastas.
O nimium dilecte deo, cui fundit ab antris
Aeolus armatas hiemes, cui militat aether
Et coniurati veniunt ad classica venti.
Alpinae rubuere nives et Frigidus amnis
Mutatis fumavit aquis turbaque cadentum

76 Tepestate L ‖ intinguere *temptat* H2H3 78 sentit [s] L 79 colla iubis *praefert Barthius* 80 negat L fugit V1 ‖ ruppe V1 81 Getulo LV1 82 caesi tabum sorbere *conieci (cf. Quaest. critt. p. 24)* celsi tabo sordere Gg cesi terga absordere L celsi terga absorbere V1 83 [h] abenas V1 85 nudibus pietas ostendit G 86 [vel cessit] crescit V1 87 sera *propter metrum restitui, de quo vide Verg. Georg. IV, v. 122* sero LV1 88 pugnatis V1 89 fastis *ex coniectura scripsi* fatis LV1 90 Invadit *proponit Burmannus* 91 [h] esisse V1 96 *seq. citavit Augustinus et alii uno versu omisso, de quo vide quae dixit* H3 97 armatas G ‖ hyemes L ‖ cui G 99 [ru] tbuere *(sic)* L (*in marg. m. II* rubuere) 100 [u] famavit L spumavit *malim* turbidaque L ‖ cadentium V1

Staret, ni rapidus invisset flumina sanguis.
At ferus inventor scelerum traiecerat altum
Non uno mucrone latus duplexque tepebat
Ensis et ultrices in se converterat iras
Tandem iusta manus. Iam libertate reducta
Quamvis emeritum peteret natura reverti
Numen, ut auratas astrorum panderet arces,
Nutaretque oneris venturi conscius Atlas,
Distulit Augustus cupido se credere caelo,
Dum tibi pacatum praesenti traderet orbem.
Nec mora; Bistoniis alacer consurgis ab oris
Inter barbaricas ausus transire cohortes
Impavido vultu. Linquis Rhodopeia saxa
Orpheis animata modis, iuga deseris Oetes
Herculeo damnata rogo, post Pelion intras
Nereis illustre toris. Te pulcher Enipeus
Celsaque Dodone stupuit rursusque locutae
In te Chaoniae moverunt carmina quercus.
Illyrici legitur plaga litoris, arva teruntur
Dalmatiae, Phrygii numerantur stagna Timavi.
Gaudent Italiae sublimibus oppida muris
Adventu sacrata tuo. Submissus adorat
Eridanus blandosque iubet mitescere fluctus
Et Phaethonteas solitae deflere ruinas
Roscida frondosae revocant electra sorores.

101 Starēt L 102 scelerum G ‖ altum O *quod vix sanum; forte legendum* 'artum', *ut dicatur Argobastem undique in artum com pulsum et ubique ab hostibus circumdatum sese interfecisse* 104 ultricis G ‖ convertānt V1 105 manus libertate (*in marg. m. II add.* iam) L 107 ut *coniecl* et LV1 ‖ panderet O 108 oneris venturi G ‖ honeri L hominū (*in marg. m. II add.* honeri) V1 ‖ athlas LV1 109 credere L reddere V1 110 paccatum L 111 consurg,, [is] ab oris L ‖ horis V1 113 rodopeia LV1 114 oethes L 115 Herculo [e] L ‖ dampnata LV1 116 thoris g choris V1 choris *corr. m. II in* thoris L ‖ Enipheus LV1 117 Cęsa [l] V1 118 Per te *coniecisse* H *dicit Clercqius* ‖ caonie V1 119 Illirici LV1 ‖ littoris L 120 phrigii L frigii V1 ‖ Timani L 121 ytalię L ‖ opida V1 122 summissus G 124 Phetonteas LV1 125 revocant [renovant] V1

Quanti tum iuvenes, quantae sprevere pudorem
Spectandi studio matres puerisque severi
Certavere senes, cum tu genitoris amico
Exceptus gremio mediam veherere per urbem
Velaretque pios communis laurea currus.
Quis non Luciferum roseo cum Sole videri
Credidit aut iunctum Bromio radiare Tonantem?
Floret cristatis exercitus undique turmis,
Quisque sua te voce canit. Praestringit aena
Lux oculos undique seges Mavortia ferri
Ingeminat splendore diem. Pars nobilis arcu,
Pars longe iaculis, pars cominus horrida contis.
Hi volucres tollunt aquilas, hi picta draconum
Colla levant multusque tumet per nubila serpens
Iratus stimulante Noto vivitque receptis
Flatibus et vario mentitur sibila tractu.
Ut ventum ad sedes, cunctos discedere tectis
Dux iubet, et generum compellat talibus ultro:
Bellipotens Stilicho, cuius mihi robur in armis,
Pace probata fides, quid enim per proelia gessi
Te sine? quem merui te non sudante triumphum?
Odrysium pariter Getico foedavimus Hebrum
Sanguine, Sarmaticas pariter prostravimus alas
Riphaeaque simul fessos porreximus artus
In glacie stantemque rota sulcavimus Histrum.
Ergo age, me quoniam caelestis regia poscit,
Tu curis succede meis, tu pignora solus

127 puerique G ‖ severis L 128 tu cum L 129 veherere G 132 iunctum G ‖ radiare G 133 Floret G Fervet LV1 134 canens O canit *scripsi*, *fortasse hic latet* 'canunt', *ut* quisque *coniunctum sit, ut saepe, cum plurali* 135 seges G ‖ ferri GV1 belli L 136 Ingeminet (a) V1 137 horrida GL (h)orrida V1 138 Hii — hii LV1 139 tumet G 140 notho LV1 ‖ saevitque *pro* vivitque *coniecit Schraderus* 142 cunctos LV1 cuneos *forte* H3 comites *coniecisse idem* H *dicit Clercqius* cinctos succedere *hariolatur Burmannus* 144 stilico LV1 ‖ cuius G 146 tropheum, *in marg. m. II* vel triumphum L 147 Odrisium GL Otrisium V1 ‖ Gethico L ‖ Getico pariter V1 ‖ sudavimus (vel fedavimus) L 148 sarmaticas G dalmaticas LV1 149 riphea [illegible] que V1 (*in ras. erat* t) ‖ proiecimus H *coniecisse dicit Clercqius* 150 glacię L ‖ hystrum L 151 Ergo G

Nostra fove, geminos dextra tu protege fratres.
Per consanguineos thalamos noctemque beatam,
Per taedas, quas ipsa tuo regina levavit
Coniugio sociaque nurum produxit ab aula,
Indue mente patrem, crescentes dilige fetus
Ut ducis, ut soceri. Iam iam securus ad astra
Te custode ferar. Rupta si mole Typhoeus
Vinclis prosiliat, Tityos si membra resolvat,
Si furor Enceladi proiecta mugiat Aetna,
Opposito Stilichone cadent. Nec plura locutus,
Sicut erat, liquido signavit tramite nubes
Ingrediturque globum Lunae limenque reliquit
Arcados et Veneris clementes advolat auras.
Hinc Phoebi permensus iter flammamque nocentem
Gradivi placidumque Iovem stetit arce suprema
Algenti qua zona riget Saturnia tractu.
Machina laxatur caeli rutilaeque patescunt
Sponte fores. Arctoa parat convexa Bootes,
Australes reserat portas succinctus Orion
Invitantque novum sidus pendentque vicissim,
Quas partis velit ipse sequi, quibus ipse sodalis
Dignetur stellis aut qua regione morari.
O decus aetherium, terrarum gloria quondam,
Te tuus Oceanus natali gurgite lassum
Excipit et notis Hispania proluit undis.
Fortunate parens, primos cum detegis ortus,

153 fa[o]ve L 154 talamos V1 156 nurum, n *ex corr. m. II* (? *pro* v) L 159 tiphoeus V1 160 Vinclis G Undis L V1 tityos G titius L ticius V1 161 enceladi G encheladi L V1 proiecti, *corr. m. II in* proiect[a]i V1 ‖ ethna L V1 162 stilicone L V1 ‖ cadent L cadant V1 163 nubis G 164 limen G ‖ relinquit *nonnullae editt. post* H2 165 Arcados G Archadis L Archados V1 ‖ pervolat V1 ‖ auras G [u vel auras] alas *(sic)* L 167 Gradiv[i]ū L ‖ supprema L 168 Algenti (ti *corr. ex* di *m. II*) L ‖ riget (*corr. ex* nitet?) L nitet V1 169 maxima, *in marg. m. II* machina V1 170 archtoa L V1 173 partis G partes L V1 ‖ ipse L ille V1 ‖ ipse L [esse] ille V1 174 stellis G ‖ morari g V1 moveri L 175 aetherium G 176 Occeanus L V1 ‖ la[p]ssum (p *m. rec. add.*) V1 177 nothis L 178 Fortuneque G ‖ primos G ‖ ortus (o *corr. m. II ex* a) V1

Aspicis Arcadium; cum te proclivior urges,
Occiduum visus remoratur Honorius ignem.
Et quocumque vagos flectas sub cardine cursus,
Natorum per regna venis, qui mente serena
Maturoque regunt vinctas moderamine gentes,
Saecula qui rursus formant meliore metallo.
   Luget avarities Stygiis innexa catenis
Cumque suo demens expellitur ambitus auro.
Non dominantur opes, nec corrumpentia sensus
Dona valent; emitur sola virtute potestas.
Unanimi fratres, quorum mare terraque fatis
Debetur, quodcumque manus evasit avitas,
Quod superest patri, vobis iam Mulciber arma
Praeparat et Sicula Cyclops incude laborat.
Brontes innumeris exasperat aegida signis,
Altum fulminea crispare in casside conum
Festinat Steropes, nectit thoraca Pyracmon
Ignifluisque gemit Lipare fumosa cavernis.
Vobis Ionia virides Neptunus in alga
Nutrit equos, qui summa freti per caerula possint
Ferre viam segetemque levi percurrere motu,
Nesciat ut spumas nec proterat ungula culmos.
   Iam video Babylona rapi Parthumque coactum
Non ficta trepidare fuga, iam Băctra teneri
Legibus et famulis Gangem pallescere ripis
Gemmatosque humilem dispergere Persida cultus.
Ite per extremum Tanaim pigrosque Triones,
Ite per ardentem Libyam, superate vapores

179 Archadium LV1 ‖ proclivior GLV1 proclinior *rectius putat* H_2H_3 180 visu///// V1 ‖ ignem G 182 flectas G 183 vinctas LV1 victas *ex codd. deterr.* H *alii;* iunctas *ex deterr. editt. vet.* 184 forment L 185 stigiis LV1 ‖ innexa cathenis LV1 immersa cavernis *coniecit* H 187 nec G non LV1 190 Debetur G Debentur LV1 Dedetur *malim* ‖ quodcunque G 192 ciclops LV1 193 brontes G bronthes L ‖ exasperat G 194 cornū *(sic)* L 195 theropes V1 ‖ piragmon LV1 196 Ignifluusque L 198 possunt (*sic:* pst) V1 200 proterat G 201 Iamque viden *correxisse* H *dicit Clercqius* ‖ babilona LV1 202 bracta V1 203 Legibus — gangem *in ras. add. m. I* V1 ‖ gangē LV1 ‖ pallescere G palescere L 204 dispergere G 205 thanaī L tanaī V1 206 arentem *mavult* H libiam LV1 ‖ superate G

Solis et arcanos Nili deprendite fontes,
Herculeum finem, Bacchi transcurrite metas.
Vestri iuris erit quidquid complectitur axis,
Vobis rubra dabunt pretiosas aequora conchas,
Indus ebur, ramos Panchaia, vellera Seres.

CL. CLAUDIANI PRAEFATIO, QUAE OLIM ANTE LIB. II IN RUFINUM CIRCUMFEREBATUR. (IV.)

Pandite defensum reduces Helicona sorores,
  Pandite, permissis iam licet ire choris.
Nulla per Aonios hostilis bucina campos
  Carmina mugitu deteriore vetat.
Tu quoque securis pulsa formidine Delphis,
  Floribus ultorem Delie cinge tuum.
Nullus Castalios latices et praescia fati
  Flumina polluto barbarus ore bibit.
Alpheus late rubuit Siculumque per aequor
  Sanguineas belli rettulit unda notas
Agnovitque novos absens Arethusa triumphos
  Et Geticam sensit teste cruore necem.

207 archanos LV1 ‖ Nyli L   208 bacchi G bactri [bachi] L bachi V1   209 quidquid G quicquid LV1   210 ~~iura~~ [rubra] (sic) L ‖ pretiosas G ‖ concas G

De inscriptionibus vide quae notavi ad finem libri primi in Rufinum ‖ *Hanc praefationem neque ad librum secundum in Rufinum pertinere neque ad bellum Gildonicum accurate exposui in Museo Rhenano Vol. XXVII, p. 620 sequ.; cf. praef. huius editionis*   1 elicona [h] B helycona L elicona V1   2 praemissis L ‖ choris [rotis] V comis [h r] (sic) L   3 buccina V1 *editt.*   4 vetat [canat] V   5 delphys G delfis V   6 dele recinge G   7 praecia [s] V1   8 bibet GV1 bibit *(alterum* i *in rasura)* B   9 Alfeus V ‖ lat late V1 ‖ Siculum [que] per V   10 retulit BLV1   11 aretusa V1   12 Et geticam GB Et gethicam L Et geticum [vel gildonis] V Gildonis V1

Immensis, Stilicho, succedant otia curis
Et nostrae patiens corda remitte lyrae,
Nec pudeat longos interrupisse labores
Et tenuem musis constituisse moram.
Fertur et indomitus tandem post proelia Mavors
Lassa per Odrysias fundere membra nives
Oblitusque sui posita clementior hasta
Pieriis aures pacificare modis.

CL. CLAUDIANI
DE QUARTO* CONSULATU
HONORII AUGUSTI
PANEGYRICUS. (VIII.)

Auspiciis iterum sese regalibus annus
Induit et nota fruitur iactantior aula,
Limina nec passi circum privata morari
Exsultant reduces Augusto consule fasces.
Cernis ut armorum proceres regumque potentes
Patricios sumunt habitus et more Gabino
Discolor incedit legio positisque parumper

13 stilico G V1 14 remittit lyrȩ G ‖ carmina (corda) „mitte (re) lyrȩ *(sic)* L ‖ lire V1 16 Et tenerum G 18 othrysius (a) *(sic)* G odrysias (t) V otrisias L V1 ‖ menbra B ‖ uines *corr. m. II in* nines (u) L 19 haste G 20 Pyeriis L *De subscriptione vide quae attuli ad initium libri secundi in Rufinum*

Cl. Clau. panegyricus de quarto consulatu Honorii Aug. G Liber duodecimus. De quarto consulatu honorii L Claudiani panegyricus de quarto cons. Honorii Aug. *(man. rec.) in marg. m. II add.* quart' honorii consulat' V1 *Ego inscriptionem non mutavi; at quomodo diiudicandum esset de hoc carmine ex mea sententia, multis argumentis nisus in praefatione huius editionis exposui* 3 L[i]mina, [i] *ex ras. pro* u V1 passim — morati *forte fuisse censuit Gesnerus* 4 Exultant L V1 5 regumque *scripsi cum ed. princ.* legumque L V1 6 sumt (ū) L ‖ en more Gabino *coniecisse* H *dicit Clercqius* 7 ḍepositisque V1

Bellorum signis sequitur vexilla Quiritum,
Lictori cedunt aquilae ridetque togatus
Miles et in mediis effulget curia castris?
Ipsa Palatino circumvallata senatu
Iam trabeam Bellona gerit parmamque removit
Et galeam sacras umeris vectura curules.
Nec te laurigeras pudeat Gradive secures
Pacata gestare manu Latiaque micantem
Loricam mutare toga, dum ferreus haeret
Currus et Eridani ludunt per prata iugales.
Haud indigna coli nec nuper cognita Marti
Ulpia progenies et quae diademata mundo
Sparsit Hibera domus. Nec tantae vilior unda
Promeruit gentis seriem: cunabula fovit
Oceanus; terrae dominos pelagique futuros
Immenso decuit rerum de principe nasci.
Hinc processit avus, cui post Arctoa frementi
Classica Massylas annexuit Africa laurus.
Ille, Caledoniis posuit qui castra pruinis,
Qui medios Libyae sub casside pertulit aestus,
Terribilis Mauro debellatorque Britanni
Litoris ac pariter Boreae vastator et Austri.
Quid rigor aeternus caeli, quid frigora prosunt
Ignotumque fretum? Maduerunt Saxone fuso
Orcades, incaluit Pictorum sanguine Thule.

8 Quiritum *praefert Koenigius cum ms. quodam deteriore; ego secutus sum* Quirini LV1 11 curcumvallata V1 ‖ senatu G 13 umeris G humeris LV1 14 *deest* LV1 *sed in marg. ascr. m. pr. in* V1 15 Pacata GV1 Paccata L 16 ferret L 18 Haut L aut *corr. m. II in* haut V1 19 Vulpia L 20 hybera V1 ‖ tantae *scripsi cum* H *et non nullis deterr.* tandem L tantă *(in ras. m. I)* V1 21 seriem gentis V1 22 Occeanus LV1 24 cui G ‖ arcthoa L (h *supra scr.*) arctoa V1 ‖ merenti *Paul, Quaest. Claud. p. 11* 25 massilas GV1 massilias L ‖ adnexuit V1 ‖ affrica V1 ‖ laurus G *quod restitui cf. Verg. Ecl. VI, v. 83 et ad h. l. Forbigerum,* lauros V1 mauros L 26 caledoniis GV1 calidoniis L (e *supra scr.*) 27 lybie L libie V1 29 Littoris L 30 rigor LV1 *forte scribendum* 'nigror', *ut removeatur tautologia. Quod vocabulum in usu fuisse etiam posteriore tempore docet Celsus* ‖ frigora GV1 littora L (frigora *supra scr.*) sidera *cum nonnullis deterr. editt.* 32 Archades *corr. in* Orchades L ‖ tyle G tile L thile V1

Scotorum cumulos flevit glaciales Ierne.
Quid calor obsistit forti? Per vasta cucurrit
Aethiopum cinxitque novis Atlanta maniplis.
Virgineum Tritona bibit sparsosque venenis
Gorgoneos vidit thalamos et vile virentes
Hesperidum risit, quos ditat fabula, ramos.
Arx incensa Iubae, rabies Maurusia ferro
Cessit et antiqui penetralia diruta Bocchi.
Sed laudes genitor longe transgressus avitas
Subdidit Oceanum sceptris et margine caeli
Clausit opes, quantum distant a Tigride Gades,
Inter se Tanais quantum Nilusque relinquunt.
Haec tamen innumeris per se quaesita trophaeis,
Non generis dono, non ambitione petivit.
Digna legi virtus; ultro se purpura supplex
Obtulit et solus meruit regnare rogatus.
Nam cum barbaries penitus commota gementem
Irrueret Rhodopen et mixto turbine gentes
Iam deserta suas in nos transfunderet Arctos,
Danubii totae vomerent cum proelia ripae,
Cum Geticis ingens premeretur Moesia plaustris
Flavaque Bistonios operirent agmina campos,
Omnibus afflictis et vel labentibus ictu
Vel prope casuris, unus tot funera contra
Restitit exstinxitque faces agrisque colonos

33 Scottorum G Scothorum L ‖ hiberne LV1 34 Quid G Quis LV1 ‖ obsistat *vel* obstiterit *coniecit* H 35 cincit *(sic)* G cinxit LV1 *forte* vinxit ‖ athlanta LV1 36 bibit L subit V1 37 Gorgoneos LV1 Gorgoneis *cum nonnullis deterr.* H ‖ talamos V1 38 dicat L 39 Ars L ‖ incensa] intacta L ‖ marusia L marrusia V1 40 bocchi G bochi LV1 42 Occeanum LV1 ‖ ceptris V1 44 thanais V1 45 *Male in fine huius versus graviorem interpunctionem posuit Koenigius, quasi gloria ipsius gloriae causa esset quaesita.* 46 petivit *scripsi ex coniectura* potitur GLV1 potitus *cum deterr. nonnullis editt.* petitus *voluit Koenigius* ‖ generis nodo *castigaverit* H 47 suplex L 49 *fortasse* trementem 50 rodopem L rodopen V1 ‖ $\overset{e}{\text{gentis}}$ L gentes V1 gentis *deterr. et editt. post* H 51 deserta G 52 vomerent V1 moveant L 53 gethicis L ‖ lugens *pro* ingens *coniecit* H ‖ moesia *restitui (cf. de bello Get. v. 165)* $\overset{i}{\text{massia}}$ L misia V1 54 bistonicos V1 56 tot fulgura *coniecit olim* H *ut dicit Burmannus a. h. l.* 57 $\overset{\text{faces}}{\text{phares}}$ L ‖ agrisque colonos GV1 agrosque

Reddidit et leti rapuit de faucibus urbes.
Nulla relicta foret Romani nominis umbra,
Ni pater ille tuus iam iam ruitura subisset
Pondera turbatamque ratem certaque levasset
Naufragium commune manu, velut ordine rupto
Cum procul insanae traherent Phaethonta quadrigae
Saeviretque dies terramque et stagna propinqui
Haurirent radii, solito cum murmure torvis
Sol occurrit equis: qui postquam rursus eriles
Agnovere sonos, rediit meliore magistro
Machina concentusque poli currusque recepit
Imperium flammaeque modum. Sic traditus illi
Servatusque oriens. At non pars altera rerum
Tradita bis possessa manu, bis parta periclis.
Per varium gemini scelus erupere tyranni
Tractibus occiduis. Hunc saeva Britannia fudit,
Hunc sibi Germanus famulum delegerat exsul;
Ausus uterque nefas, domini respersus uterque
Insontis iugulo. Novitas audere priori
Suadebat cautumque dabant exempla sequentem.
Hic nova moliri praeceps, hic quaerere tuta
Providus; hic fusis, collectis viribus ille;
Hic vagus excurrens, hic intra claustra reductus:
Dissimiles, sed morte pares. Evadere neutri
Dedecus aut mixtis licuit procumbere telis.
Amissa specie raptisque insignibus, ambo
In cultus rediere suos manibusque revinctis
Oblati gladiis submittunt colla paratis

colonis L 59 unbra L 62 vult (velut) L velud V1 63 insanie L insanum *temptat in transcursu Burmannus* ‖ phetonta L V1 64 in stagna L et stagna V1 65 aurirent (*corr. m. II in* haurirent) V1 *olim temptavi* 'torrerent' ‖ torvis G torvus LV1 66 eriles G heriles L V1 ‖ heriles rursus V1 68 contentusque (concentus) L ‖ currusque G rursusque L V1 69 traditus G traditur L V1 ‖ illis L 70 Servatus G Servatur L V1 72 Quarium, *in marg. m. II add.* per L ‖ tiranni L V1 73 Tractibus G 74 exul L V1 75 nephas V1 77 Suadebat G ‖ cantumque *corr. ex* tantumque V1 tantumque L ‖ exemcpla L ‖ sequentem G 78 tuta G 80 Hic vagus et currens *coniecit* Hs ‖ intra G 83 raptis G 84 cultus *conieci, in idem* H *cecidisse Clercqium tradere video* vultus L V1 85 summittunt G

Et vitam veniamque rogant. Pro damna pudoris!
Qui modo tam densas nutu movere cohortes,
In quos iam dubius sese libraverat orbis,
Non hostes victore cadunt, sed iudice sontes.
Damnat voce reos, petiit quos Marte tyrannos.
Amborum periere duces; hic sponte carina
Decidit in fluctus, illum suus abstulit ensis:
Hunc Alpes, hunc pontus habet. Solacia caesis
Fratribus haec ultor tribuit; necis auctor uterque
Labitur. Augustas par victima mitigat umbras.
Has dedit inferias tumulis iuvenumque duorum
Purpureos merito placavit sanguine manes.
Illi iustitiam confirmavere triumphi,
Praesentes docuere deos; hinc saecula discant
Indomitum nihil esse pio tutumve nocenti.
Nuntius ipse sui longas incognitus egit
Praevento rumore vias. Inopinus utrumque
Perculit et clausos montes ut plana reliquit.
  Exstruite immanes scopulos, attollite turres,
Cingite vos fluviis, vastas opponite silvas,
Garganum Alpinis Appenninumque nivalem
Pyrenes sociate iugis et rupibus Haemum
Addite Caucaseis, involvite Pelion Ossae:
Non dabitis murum sceleri. Qui vindicet ibit.
Omnia subsident meliori pervia causae.

86 pro[h] V1 ‖ dampna L V1 (vel proh dira pudoris funa *in marg. m. II*) V1 88 uibraverat[l] L 90 Dampnat L V1 ‖ tirannos L V1 93 Huc V1 ‖ huc V1 94 hic L 95 par G 96 tumulus[is] L 97 Purpureus[is] L ‖ Purpureo meritos *coniecit Schraderus* 98 iustitia confirmatrice triumphi *deleta post* 'triumphi' *interpunctione voluit* H iustitiae confirmatore triumpho *Barthius* iustitiam dum firmavere triumphi *etiam coniecisse* H *dicit Burmannus* 99 sedula[c] L 100 nichil V1 104 Extruite L V1 ‖ immanes (*prius* m *corr. m. rec. ex* n) V1 105 vastas G 106 appeninumque G ‖ Apenninoque Niphaten *coniecit Barthius* 107 Pyrenes *scripsi cum Barthio, cui assensus est* H Permitto G Permixtis L V1 ‖ rupibus[p] V1 108 caucaseis L V1 caucasiis *editt.* 109 vindicet G vedicat[i] L vindicat V1 ‖ *In fine h. v. aliquid deesse* H *putasse dicit Clercqius*

Nec tamen oblitus civem cedentibus atrox
Partibus infremuit; non insultare iacenti
Malebat. Mitis precibus, pietatis abundans,
Poenae parcus erat. Paci non intulit iram
Post acies; odiis idem, qui terminus armis.
Profuit hoc vincente capi multosque subactos
Aspera laturae commendavere catenae.
Magnarum largitor opum, largitor honorum
Protinus in melius gaudet convertere fata:
Hinc amor, hinc validum devoto milite robur,
Hinc natis mansura fides. Hoc nobilis ortu
Nasceris aequaeva cum maiestate creatus
Nullaque privatae passus contagia sortis.
Omnibus acceptis ultro te regia solum
Protulit et patrio felix adolescis in ostro
Membraque vestitu nunquam violata profano
In sacros cecidere sinus. Hispania patrem
Auriferis eduxit aquis, te gaudet alumno
Bosphorus. Hesperio de limine surgit origo,
Sed nutrix Aurora tibi. Pro pignore tanto
Certatur; geminus civem te vindicat axis.
Herculis et Bromii sustentat gloria Thebas,
Haesit Apollineo Delos Latonia partu
Cretaque se iactat tenero reptata Tonanti;
Sed melior Delo, Dictaeis clarior oris
Quae dedit hoc numen regio. Non litora nostro
Sufficerent angusta deo, nec inhospita Cynthi
Saxa tuos artus duro laesere cubili.

113 habundans LV1 114 parcus *editt. et mss.* partus LV1 ‖ pati V1 116 d'fuit V1 117 $\overset{+}{\text{Aspera}}$ *(sic)* G Aspera, *in marg. m. II* vel prospera L Aspera V1 Prospera *editt. post* H ‖ cathene LV1 118—119 honorum Protinus *interpunctione deleta scripsi* honorum Pronus et LV1 honorum: Pronus et *editt. nonnullae* honorum Pronus, et *in editt. vetustioribus* ‖ fata, *alterum* a *ex corr. m. II* V1 120 validum G 123 sordis *coniecisse* H *dicit Clercqius* 124 $\overset{\text{ao}}{\text{exceptis}}$ V1 126 violata L temerata V1 ‖ prophano V1 128 alumpno LV1 129 Boforus L Bosforus V1 ‖ limīe L $\overset{\text{te}}{\text{lūmine}}$ *(sic)* V1 limite *mavult* H 130 pingnore V1 131 civem te LV1 te civem *editt. post* H *cum Mediceo quodam* ‖ vendicat LV1 134 Cretaque G 135 dictheis LV1 ‖ horis LV1 136 littora L 137 cinthi LV1 138 arcus L

Acclinis genetrix auro, circumflua gemmis
In Tyrios enixa toros; ululata verendis
Aula puerperiis. Quae tunc documenta futuri?
Quae voces avium? quanti per inane volatus?
Qui vatum discursus erat? tibi corniger Hammon
Et dudum taciti rupere silentia Delphi;
Te Persae cecinere magi, te sensit Etruscus
Augur et inspectis Babylonius horruit astris.
Chaldaei stupuere senes Cumanaque rursus
Intonuit rupes, rabidae delubra Sibyllae.
Nec te progenitum Cybeleius aere sonoro
Lustravit Corybas; exercitus undique fulgens
Astitit. Ambitur signis augustior infans,
Sentit adorantes galeas redditque ferocem
Vagitum lituis. Vitam tibi contulit idem
Imperiumque dies. Inter cunabula consul
Proveheris. Signas posito modo nomine fastos
Donaturque tibi qui te produxerat annus.
Ipsa Quirinali parvum te cinxit amictu
Mater et ad primas docuit reptare curules.
Uberibus sanctis immortalique dearum
Crescis adoratus gremio. Tibi saepe Diana
Maenalios arcus venatricesque pharetras
Suspendit, puerile decus. Tu saepe Minervae
Lusisti clipeo fulvamque impune pererrans

139 Adclinis G ‖ genetrix G genitrix L V1 140 tyrios G thirios L ‖ toros G thoros L V1 ‖ $\overset{\text{u}}{\text{ulalata}}$ V1 143 Qui G Quis L V1 ‖ hamon L V1 144 dudum G ‖ $\overset{\text{i}}{\text{tacti}}$ V1 ‖ $\overset{\text{rupere}}{\text{rapuere}}$ L 145 sentit L ‖ ethruscus L 146 babilonius L V1 147 Caldei V1 ‖ sturpuere V1 148 $\overset{\text{e}}{\text{rupis}}$ L ‖ sibille L V1 149 Nec G ‖ cibeleius L V1 ‖ ere V1 $\overset{\text{ere}}{\text{ore}}$ L ‖ $\overset{\text{sonoro}}{\text{sereno}}$ L 150 coribas L V1 151 ambitur L V1 ambitus *editt. post* H ‖ angustior G (?) augustior L V1 152 Sentit G Sensit L V1 155 Proveheris G ‖ signas G ‖ fastus (+ above) *(sic)* G fastos L V1 157 pa[illegible]ruū *corr. ex* patruū L ‖ cincxit *(sic)* G 159 dearum G 160 $\overset{\text{is}}{\text{Cresc̄}}$ *(sic)* L ‖ adoratus O odoratus G adornatus *olim* H honoratus *Paul coniecit l. c. p. 11* 163 $\overset{\text{im}}{\text{pugne}}$ L

Aegida tractasti blandos interritus anguis,
Saepe tuas etiam iam tum gaudente marito
Velavit regina comas festinaque voti
Praesumptum diadema dedit. Tum levibus ulnis
Sustulit et magno porrexit ad oscula patri.
Nec dilatus honos: mutatus principe Caesar
Protinus aequaris fratri. Non certius unquam
Hortati superi, nulli praesentior aether
Affuit ominibus. Tenebris involverat atra
Lumen hiems densosque Notus collegerat imbres.
Sed mox, cum solita miles te voce levasset,
Nubila dissolvit Phoebus pariterque dabantur
Sceptra tibi mundoque dies. Caligine liber
Bosphorus adversam patitur Chalcedona cerni.
Nec tantum vicina nitent, sed tota repulsis
Nubibus exuitur Thrace, Pangaea renident
Insuetosque palus radios Maeotia vibrat,
Nec Boreas nimbos aut Sol ardentior egit.
Imperii lux illa fuit, praesagus obibat
Cuncta nitor risitque tuo natura sereno.
Visa etiam medio populis mirantibus audax
Stella die dubitanda nihil nec crine retuso
Languida, sed quantus numeratur nocte Bootes,
Emicuitque plagis alieni temporis hospes
Ignis et agnosci potuit, cum Luna lateret,
Sive parens Augusta fuit, seu forte reluxit
Divi sidus avi, seu te properantibus astris

164 interritus G V1 perterritus (i) L ‖ anguis G angues L V1 165 tum G tunc L V1 167 Praesumptum L V1 168 magno] parvum V1 169 N̄ L ‖ honor L ‖ mutatus O mutatur G 170 non G L nec V1 171 Hortati *corr. m. II ex* Hortari L ‖ nulli *conieci cum Burmanno* nullis L V1 172 hominibus L ‖ atra G g atris (vel astris) L astri (vel atris) V1 173 biemps L ‖ densos (que) L ‖ nothus L V1 ‖ ynbres L 177 Boforus L Bosforus V1 ‖ calchedona G calcedona L V1 179 clare (trache) L trahe (c) V1 180 maeotia G meothica (c *in ras.*) L meotica V1 181 Nec L V1 Non *editt. post* H ‖ nembros V1 ‖ aut L nec V1 185 nichil V1 ‖ retuso G 186 quantus V1 quatitur L ‖ luce (vel nocte) V1 ‖ bootes G 187—188 *interpolatos esse iudicavit Koenigius, contra quem optime egit Hertel l. c. p. VI* 190 Divi sidus avi seu te properantibus

Cernere Sol patiens caelum commune remisit.
Apparet quid signa ferant. Ventura potestas
Claruit Ascanio, subita cum luce comarum
Innocuus flagraret apex Phrygioque volutus
Vertice fatalis redimiret tempora candor;
At tua caelestes illustrant omina flammae.
Talis ab Idaeis primaevus Iuppiter antris
Possessi stetit arce poli famulosque recepit
Natura tradente deos. Lanugine nondum
Vernabant vultus, nec adhuc per colla fluebant
Moturae convexa comae. Tum scindere nubes
Discebat fulmenque rudi torquere lacerto.
Laetior augurio genitor natisque superbus
Iam paribus duplici fultus consorte redibat
Splendebatque pio complexus pignora curru.
Haud aliter summo gemini cum patre Lacones
Progenies Ledaea sedent: in utroque relucet
Frater, utroque soror, simili chlamys effluit auro,
Stellati pariter crines. Iuvat ipse Tonantem
Error et ambiguae placet ignorantia matri,
Eurotas proprios discernere nescit alumnos.
Ut domus excepit reduces, ibi talia tecum
Pro rerum stabili fertur dicione locutus:
Si tibi Parthorum solium fortuna dedisset,
Care puer, terrisque procul venerandus eois
Barbarus Arsacio consurgeret ore tiaras,
Sufficeret sublime genus luxuque fluentem
Deside nobilitas posset te sola tueri.

vel claris
G g Divus avus seu te celo properantibus L Divus avus seu te claris properantibus V1 194 phrigioque L phririgioque V1 195 omina G 198 (arce) atre V1 199 nondum G 201 Mature *corr. m. II in* Moture L 203 augurio LV1 augurii *coniecit* H 206 Haut LV1 207 sedent *m. II add. sup. lin. pro* s;ꝛ. L ‖ relucet V1 relucent L relucent *cum deterr.* H 208 simili G similis LV1 ‖ clamis LV1 ‖ effluit GLV1 affluit *cum nonnullis deterr. magis placeret* ‖ similis chlamys effluit aura *coniecit Barthius anim. ed. sec. p. 605* 210 (error) Et ambigue L 211 Eurotas et proprios L ‖ alumpnos LV1 212 accepit V1 ‖ tecum (t *in ras. pro* s) L 216 Barbarius V1 ‖ arsatio LV1 ‖ tyaras V1

Altera Romanae longe rectoribus aulae
Condicio. Virtute decet, non sanguine niti.
Hanc tamen haud quisquam, qui non agnoverit ante
Semet et incestos animi pacaverit aestus,
Inveniet. Longis illuc ambagibus itur.
Maior et utilior fato coniuncta potenti,
Vile latens virtus; quid enim submersa latebris
Proderit obscuris, veluti sine remige puppis
Vel lyra, quae reticet, vel qui non tenditur arcus?
Disce ortus, quos quisque subit. Cum conderet artus
Nostros aetheriis miscens terrena Prometheus,
Sinceram patrio mentem furatus Olympo
Continuit claustris indignantemque revinxit,
Et cum non aliter possent mortalia fingi,
Adiunxit geminas. Illae cum corpore lapsae
Intereunt, haec sola manet bustoque superstes
Evolat. Hanc alta capitis fundavit in arce
Mandatricem operum prospecturamque labori.
Illas inferius collo praeceptaque summae
Passuras dominae digna statione locavit.
Quippe opifex veritus confundere sacra profanis
Distribuit partes animae sedesque removit.

220 Condicio G 221—227 *disposui ex auctoritate codicis* G, v. 224—227 *antepositi sunt* v. 221—223 *in* LV1 221 haut L [h] aut V1 ‖ agnoverat L 222 ince[r]stos LV1 *(in utroque correxit manus secunda)* incertos *editt. cum deterr.* ‖ placaverit V1 223 longisq; L 224 uberior *pro* utilior *coniecit Burmannus* ‖ [vel fato] fc̄o L ‖ coniuncta potentia fato *Scaligerum coniecisse* H *notasse dicit Burmannus* 225—227 *delere voluit Paul, qua de re acute sed frustra (cf. eiusdem Quaest. Claud. 1866, p. 6) disputavit in progr. Gross-Glogav. 1857, p. 5—6* 225 latebris L tenebris V1 226 obscuris *scripsi cum nonnullis mss.* obscuro LV1 ‖ [no] sub (= *sine*) L 227 lira LV1 ‖ reticet G 228 orbis L [orbe] orbis V1 orbi *post* H *editt. cum deterr.* ‖ [quisque] quosque L ‖ — *Locus est corruptissimum; ego puto in* 'orbis' *latere* 'ortus', *ut scribendum sit:* 'Disce ortus, quos quisque subit', *de quo agitur in iis quae secuntur* ‖ dum L 229 aetheriis G ethereis LV1 230 patrio *editt. post* H *cum nonnullis deterr.* patri LV1 ‖ olimpo LV1 231 revinxit G 236 prospectricemque laborum V1 *quod defendit Paul Quaest. Claud. p. 19 et placet* H3 239 prophani V1

Iram sanguinei regio sub pectore cordis
Protegit imbutam flammis avidamque nocendi
Praecipitemque sui. Rabie succensa tumescit,
Contrahitur tepefacta metu. Cumque omnia secum
Duceret et requiem membris vesana negaret,
Invenit pulmonis opem medicumque furenti
Praebuit, ut tumidae ruerent in mollia fibrae.
At sibi cuncta petens, nil collatura cupido
In iecur et tractus imos compulsa recessit,
Quae, velut immanes reserat cum belua rictus,
Expleri pascique nequit. Nunc verbere curas
Torquet avaritiae, stimulis nunc flagrat amorum,
Nunc gaudet, nunc maesta dolet satiataque rursus
Exoritur caesaque redit pollentius Hydra.
Hos igitur si quis potuit sedare tumultus,
Inconcussa dabit purae sacraria menti.
Tu licet extremos late dominere per Indos,
Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent,
Si metuis, si prava cupis, si duceris ira,
Servitii patiere iugum, tolerabis iniquas
Interius leges. Tunc omnia iure tenebis,
Cum poteris rex esse tui. Proclivior usus
In peiora datur suadetque licentia luxum,
Inlecebrisque effrena favet. Tum vivere caste
Asperius, cum prompta Venus; tum durius irae
Consulitur, cum poena patet. Sed comprime motus,
Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit,
Occurrat mentemque domet respectus honesti.

242 imbutam L V 1 ambustam *coniecit* H 244 tepefacta G L V 1 stupefacta *cum nonnullis deterr.* H 245 menbris L 246 medicumque *scripsi cum Paulo l. c. p. 7* madidumque L V1 ‖ furenti G 247 ruet, *in marg. m. II* ruerent V 1 248 conlatura G 250 velud L ‖ im-
i resat
manes L ‖ refet L ‖ cum *scripsi* dum L V 1 ceu H *coniecisse dicit Clercqius* 251 nequit *editt. cum nonnullis mss.* velit L V 1 ‖ Ac velut immanis reseratum bellua rictum Expleri pascique velit *coniecit* H 254 pollentior *malim cum quodam deteriore* ‖ ydra L V 1 259 prava G 260 tollerabis L 261 Interius G 263 li— centia (*pro* lucentia)
que
L 264 Illecebris L Illecebris V1 ‖ tum G L tunc V1 ‖ vivere — (265)
tur
tum *deest in* V1 265 promta L 266 Consulitur G V 1 Consulimur L

Hoc te praeterea crebro sermone monebo,
Ut te totius medio telluris in ore
Vivere cognoscas, cunctis tua gentibus esse
Facta palam, nec posse dari regalibus unquam
Secretum vitiis; nam lux altissima fati
Occultum nihil esse sinit latebrasque per omnes
Intrat et abstrusos explorat fama recessus.
Sis pius inprimis; nam cum vincamur in omni
Munere, sola deos aequat clementia nobis.
Neu dubie suspectus agas, neu falsus amicis
Rumorumve avidus. Qui talia curat, inanes
Horrebit strepitus nulla non anxius hora.
Non sic excubiae, non circumstantia pila
Quam tutatur amor. Non extorquebis amari;
Hoc alterna fides, hoc simplex gratia donat.
Nonne vides, operum qui se pulcherrimus ipse
Mundus amore liget, nec vi connexa per aevum
Conspirent elementa sibi, qui limite Phoebus
Contentus medio, contentus litore pontus,
Et qui perpetuo terras ambitque vehitque,
Nec premat incumbens, oneri nec cesserit aer?
Qui terret, plus ipse timet. Sors ista tyrannis
Convenit. Invideant claris fortesque trucident,
Muniti gladiis vivant saeptique venenis,
Ancipites habeant arces trepidique minentur;
Tu civem patremque geras, tu consule cunctis
Non tibi, nec tua te moveant, sed publica vota.
In commune iubes si quid censesque tenendum,

270 tute V1 ‖ toci[illegible]us (*sic pro* tociens) V1 ‖ ore G orbe LV1 272 unquam LV1 usquam *editt. cum quodam Mediceo* 274 Ocultum L ‖ nichil LV1 275 abstrusos G obtrusos L obstrustos V1 ‖ explorat G V1 implorat L 277 equat *corr. m. rec. in* ęquat V1 278 Neu G ‖ dubiis *voluit Burmannus* 279 in anes *(sic)* V1 283 alterna LV1 aeterna H *coniecisse tradit Clercqius* 284 qui LV1 quod G quo *legit* H ‖ ipse LV1 ille H 285 amor, (e) V1 ‖ ligat L liget V1 286 Conspirent G ‖ qui *editt. cum nonnullis deterr.* quid G q̄d L qd' V1 287 littore L 289 Non L ‖ honeri V1 290 tirannis L 292 vivant G ‖ vivant gladiis V1 ‖ septique V1 fretique (septi) L 293 *Pro* Ancipites *coniecisse* H Praecipites *dicit Clercqius* ‖ arces G L V1 artes *deterr. et editt.* arcus *Barthius* 295 Non G ‖ non tua L 296 censesque L censesve V1

Primus iussa subi. Tunc observantior aequi
Fit populus nec ferre negat, cum viderit ipsum
Auctorem parere sibi: componitur orbis
Regis ad exemplum, nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent quam vita regentis.
Mobile mutatur semper cum principe vulgus.
His tamen effectis neu fastidire minores,
Neu pete praescriptos homini transcendere fines.
Inquinat egregios adiuncta superbia mores.
Non tibi tradidimus dociles servire Sabaeos,
Armeniae dominum non te praefecimus orae,
Nec damus Assyriam, tenuit quam femina, gentem.
Romani, qui cuncta diu rexere, regendi,
Qui nec Tarquinii fastus nec iura tulere
Caesaris. Annales veterum delicta loquentur,
Haerebunt maculae. Quis non per saecula damnat
Caesareae portenta domus? Quem dira Neronis
Funera, quem rupes Caprearum taetra latebit
Incesto possessa seni? Victura feretur
Gloria Traiani, non tam quod Tigride victo
Nostra triumphati fuerint provincia Parthi,
Alta quod invectus fractis Capitolia Dacis,
Quam patriae quod mitis erat. Ne desine tales
Nate sequi. Si bella tonant, prius agmina duris
Exerce studiis et saevo praestrue Marti.

298 negat G 299 Auctorem G 301 quam L *(cf. v. 281 seq.)* ut V1 ‖ vita G 303 Hiis V1 ‖ neu G 305 adiuncta V1 admota L 306 tra[di]dimus V1 307 non G ‖ hore LV1 308 Nec LV1 Non *editt. post* H *cum nonnullis mss.* ‖ assiriam V1 ‖ fema[ina] *corr. m. II ex* feria V1 310 Qui n[c] V1 ‖ *pro* iura *mavult* iussu *vel* regna *Burmannus; idem temptat* nec dura tulere Caesaris 311 Ces[a]eris V1 ‖ loquuntur L 312 dampnat O damnet *editt. post* H *cum nonnullis deterr.* 313 quem G 314 Munera *pro* Funera *coniecisse* H *tradit Clercqius* ‖ ru[p]pes V1 315 *deest in* L *et* V1, *in* V1 *in margine eum ascript. m. II* ‖ Iniusto V1 316 quod G ‖ tygride LV1 fuerant L 318 dachis L 319 ne G nec LV1 320 qui[si] bella L si bella V1 ‖ tonant *editt. cum nonnullis mss.* canant GL canant[tonant] V1 vocant *coniecit* H_2H_3 calent *Burmannus*

Non brumae requies, non hibernacula segnes
Enervent torpore manus. Ponenda salubri
Castra loco; praebenda vigil custodia vallo.
Disce ubi denseri cuneos, ubi cornua tendi
Aequius aut iterum flecti, quae montibus aptae,
Quae campis acies, quae fraudi commoda vallis,
Quae via difficilis. Fidit si moenibus hostis,
Tum tibi murali libretur machina pulsu
Saxa rotans, praeceps aries protectaque portas
Testudo feriat, ruat emersura iuventus
Effossi per operta soli. Si longa moretur
Obsidio, tum vota cave secura remittas,
Incertamque putes. Multis damnosa fuere
Gaudia. Dispersi pereunt somnove soluti.
Saepius incautae nocuit victoria turbae.
Neu tibi regificis tentoria larga redundent
Deliciis, neve imbelles ad signa ministros
Luxuries armata trahat. Neu flatibus Austri
Neu pluviis cedas, neu defensura calorem
Aurea submoveant rapidos umbracula soles.
Inventis utere cibis, solabere partes
Aequali sudore tuas. Si collis iniquus,
Primus ini. Silvam si caedere provocat usus,

322 hybernacula L 325 densari *quod legitur in ed. princ. Flor. ex* G *ita correctum* densari[e] (= *denseri*) densus erit L sensus[d] erit V1 densari *editt. cum nonnullis mss.* ‖ cuneos G cuneus LV1 327 quae fraudi G ‖ commoda LV1 accommoda *editt.* 329 murali libretur L libretur murali V1 muralis librato *Gesnerus* murali vibretur *malim* 330 rotans *scripsi cum* H3 rota L rotet V1 foret *seu* cavet *coniecit olim Koenigius* ‖ protecta G portenta[praetecta] L 331 emersura G 332 Effosi L Efossi V1 333 corda *pro* vota *coniecit Schraderus* calve V1 334 Incertamque *scripsi particulae* 'que' *vim adversativam tribuens* Inclusumve GLV1 impulsumve *coniecit Paul Quaest. Cl. p. 6, quod quid sibi velit nescio* ‖ dampnosa LV1 335 somnove G sompnove LV1 337 larga G 338 neve G 339 flatibus austri G flantibus austris LV1 340 neu GV1 nec L 341 unbracula L 342 utare[e] L ‖ partis[e] L 343 tuas *corr. m. II ex* tuos L ‖ *Burmannus proposuit* solabere pravas Aequali sudore vias *vel* solabere Martis Aequali sudore tuos 344 estus (usus *m. II in marg.*) L usus V1

Sumpta ne pudeat quercum stravisse bipenni.
Calcatur si pigra palus, tuus ante profundum
Praetemptet sonipes. Fluvios tu protere cursu
Horrentes glacie, liquidos tu scinde natatu.
Nunc eques in medias equitum te consere turmas,
Nunc pedes assistas pediti. Tunc promptius ibunt
Te socio, tunc conspicuus gratusque feretur
Sub te teste labor. Dicturum plura parentem
Voce subis: Equidem, faveant modo numina coeptis,
Haec effecta dabo, nec me fratrique tibique
Dissimilem populi commissaque regna videbunt.
Sed cur non potius, verbis quae disseris, usu
Experior? gelidas certe nunc tendis in Alpes.
Duc tecum comitem. Figant, sine, nostra tyrannum
Spicula, pallescat nostro, sine, barbarus arcu.
Italiamne feram furiis praedonis acerbi
Subiectam? patiar Romam servire clienti?
Usque adeone puer? nec me polluta potestas
Nec pia cognati tanget vindicta cruoris?
Per strages equitare libet; da protinus arma
Cur annos obicis? pugnae cur arguor impar?
Aequalis mihi Pyrrhus erat, cum Pergama solus
Verteret et patri non degeneraret Achilli.
Denique si princeps castris haerere nequibo,
Vel miles veniam. Delibat dulcia nati
Oscula miratusque refert: Laudanda petisti,
Sed festinus amor. Veniet robustior aetas,
Ne propera; necdum decimas emensus aristas
Aggrederis metuenda viris. Vestigia magnae

347 fluvios G ‖ cursu *cum nonnullis deterr.* H curru LV1 348 Horrentes L Herentes V1 ‖ liquidos GV1 liquido *corr. m. II in* liquidos L 350 tunc L tum V1 ‖ promtius L 351 tunc L tum V1 gratus ~~quantusque~~ *(sic)* L ‖ geretur V1 352 Te sub teste *malit Burmannus* ‖ parintem (e) V1 353 *deest in* V1, *sed add. in marg. manu recentissima* ‖ subis *multi codd. deterr.* subit LV1 ‖ faveant equidem V1 357 certe nunc G 358 vostra V1 ‖ tirannum L 359 pallescat GV1 palescat L 360 Ytaliamne L 366 pyrrus L purus (r) V1 369 vulpes, *in marg. m. II* miles V1 370 miratus (que) V1 371 amor G ‖ veniet V1 venit et L venit en H *coniecisse dicit Burmannus*

Indolis agnosco. Fertur Pellaeus, Eoum
Qui domuit Porum, cum prospera saepe Philippi
Audiret, laetos inter flevisse sodales,
Nil sibi vincendum patris virtute relinqui.
Hos video motus. Fas sit promittere patri:
Tantus eris, nostro nec debes regna favori,
Quae tibi iam natura dedit. Sic mollibus olim
Stridula ducturum pratis examina regem
Nascentem venerantur apes et publica mellis
Iura petunt traduntque favos, sic pascua parvus
Vindicat et necdum firmatis cornibus audax
Iam regit armentum vitulus. Sed proelia differ
In iuvenem patiensque meum cum fratre tuere
Me bellante locum. Vos impacatus Araxes,
Vos celer Euphrates timeat, sit Nilus ubique
Vester et emisso quidquid sol imbuit ortu.
Si pateant Alpes, habeat si causa secundos
Iustior eventus, aderis partisque receptas
Suscipies, animosa tuas ut Gallia leges
Audiat et nostros aequus modereris Hiberos.
Tunc ego securus fati laetusque laborum
Discedam vobis utrumque regentibus axem.
  Interea musis, animus dum mollior, instes
Et, quae mox imitere, legas, nec desinat unquam
Tecum Graia loqui, tecum Romana vetustas.
Antiquos evolve duces. Assuesce futurae
Militiae. Latium retro te confer in aevum.

375 portum L ‖ cum *sup. lin.* V1 376 interflevisse L 377 patria *legere vult* H ‖ reliqt (i) *(sic)* L 381 dicturum (u) L 382 Crescentem *fortasse melius* 383 Iura ferunt *proponit Burmannus, idem postea temptat* quem publica mellis Iura petunt 384 Vendicat LV1 385 regit G ‖ differ GV1 differt (differ) L 386 iuvenem G ‖ In uenem, *in marg. m. II* vel in iuvenem L 387 Me G 388 Eufrates LV1 389 emerso *pro* emisso *malit* H ‖ quicquid LV1 ‖ imbuit ortu LV1 ambit ab ortu *coniecit* H *ego scripserim* emissus quidquid Sol imbuit ortu, *ut* 'ortus' *regionem orientis Solis significaret, olim* 'emisso — orbe' *temptavi* 391 Iustiori L ‖ partisque G partesque LV1 392 Suscipiens L

396 instes *scripsi cum Raphelengio et* H2 instet LV1 insta *editt. cum nonnullis mss.* 397 legas *editt. cum nonnullis deterr.* legat GLV1

Libertas quaesita placet: mirabere Brutum.
Perfidiam damnas: Metti satiabere poenis.
Triste rigor nimius: Torquati despice mores.
Mors impensa bonum: Decios venerare ruentes.
Vel solus quid fortis agat, te ponte soluto
Oppositus Cocles, Muci te flamma docebit.
Quid mora perfringat, Fabius, quid rebus in artis
Dux gerat, ostendat Gallorum strage Camillus.
Discitur hinc nullos meritis obsistere casus:
Prorogat aeternam feritas tibi Punica famam,
Regule; successus superant adversa Catonis.
Discitur hinc, quantum paupertas sobria possit:
Pauper erat Curius, reges cum vinceret armis.
Pauper Fabricius, Pyrrhi cum sperneret aurum.
Sordida Serranus flexit dictator aratra.
Lustratae lictore casae fascesque salignis
Postibus affixi, collectae consule messes
Et sulcata diu trabeato rura colono.
Haec genitor praecepta dabat. Velut ille carinae
Longaevus rector, variis quem saepe procellis
Exploravit hiems, ponto iam fessus et annis
Aequoreas alni nato commendat habenas
Et casus artesque docet, quo dextra regatur
Sidere, quo fluctus possint moderamine falli,
Quae nota nimborum, quae fraus infida sereni,
Quid sol occiduus prodat, quo saucia vento
Decolor iratos attollat Cynthia vultus.
Aspice nunc quacumque micas, seu circulus Austri,

401 mirabile (ere) L 402 dampnas LV1 ‖ metii *(sic)* G metii V1 meti L 403 despice LV1 despue *editt. cum nonnullis deterr.* 404 inpensa *corr. m. rec. in* impensa V1 reuēte V1 406 Mutii LV1 407 perfringat V1 proficiat L ‖ arctis V1 411 Regulę L 412 in quantum L ‖ possit V1 poscit L prosit H *coniecisse dixit Clercqius* 413 reges cum LV1 cum reges H *et Gesnerus* 414 pirri L 415 *editio princeps ita ex* G *correcta est:* seranus flexit dictator ‖ tersit *pro* flexit *coniecit* Hs 416 fascesque G 419 velud LV1 421 confessus (vel iam) V1 *hinc coniecit* 'confectus' *Burmannus* ‖ annis G 422 alni] olim (alni) L ‖ harenas *m. II corr. in* habenas L ababenas V1 423 casus LV1 causas H *coniecisse tradit Clercqius* 424 possint fluctus V1 425 quam fraus *mavult* H 426 occiduus G 427 scīthia L cinthia V1

Magne parens, gelidi seu te meruere Triones,
Aspice, completur votum. Iam natus adaequat
Te meritis et, quod magis est optabile, vincit
Subnixus Stilichone tuo, quem fratribus ipse
Discedens clipeum defensoremque dedisti.
Pro nobis nihil ille pati nullumque recusat
Discrimen temptare sui, non dura viarum,
Non incerta maris. Libyae squalentis harenas
Audebit superare pedes madidaque cadente
Pleiade Gaetulas intrabit Syrtidos undas.
  Hunc tamen in primis populos lenire feroces
Et Rhenum pacare iubes. Volat ille citatis
Vectus equis nullaque latus stipante caterva,
Aspera nubiferas qua Raetia porrigit Alpes,
Pergit et hostiles, tanta est fiducia, ripas
Incomitatus adit. Totum properare per amnem
Attonitos reges humili cervice videres.
Ante ducem nostrum flavam sparsere Sigambri
Caesariem pavidoque orantes murmure Franci
Procubuere solo. Iuratur Honorius absens
Imploratque tuum supplex Alamannia nomen.
Bastarnae venere truces, venit accola silvae
Bructerus Hercyniae latisque paludibus exit
Cimber et ingentes Albim liquere Cherusci.

431 obtabile V1 432 *qui deest in* O, *desiderari nequit; legitur in editt. plerisque* 433 Decedens *rectius esse putat* H2H3 434 nichil LV1 436 libię L libie V1 438 Pleiade L Pliade V1 ‖ getulas V1 guthulas L detrusas *coniecit Paul Quaest. Claud. p. 32* ‖ sirtibus
navita sirtes
undas L sirtibus undas V1 navita syrtes *editt. nonnullae, quas olim secutus sum; nunc puto in* 'sirtibus' *latere* 'syrtidos' *(cf. Luc. IX, 710) ut servandum sit* 'undas'. *De imitatione Lucani vide Paul l. c. p. 31, praeterea de elocutione confer Epith. Hon. v. 280* 'atlanteosque recessus oceani' 439 lenire O levitate *editt. cum codice quodam post* H
h
440 renum V1 ‖ pacare G paccare L placare V1 442 quaṣ L ‖ retịa L
vel añ
rethia V1 444 ānem L annem V1 445 humili reges *cum deterr. editt.*
fracti
post H 446 sigambri G sicambri LV1 447 franci V1 449 suum V1 ‖ suplex V1 ‖ alamannia G alemannia L alemania V1 450 Bastarnae G ‖ truces G 451 Brutterus G Bruterus L Brutherus V1 ‖ erciniae G ercenie L ercinie V1 ‖ palludibus V1 452 Cimber G Cynbrus L Cimbrus
tes i
V1 ‖ ingeñs *(sic)* L ‖ albī LV1 ‖ loqre V1 ‖ ceruchi G cherunti L cheruchi V1

Accipit ille preces varias tardeque rogatus
Adnuit et pacem magno pro munere donat.
Nobilitant veteres Germanica foedera Drusos,
Marte sed ancipiti, sed multis cladibus empta.
Quis victum meminit sola formidine Rhenum?
Quod longis alii bellis potuere mereri,
Hoc tibi dat Stilichonis iter. Post otia Galli
Limitis hortaris Graias fulcire ruinas.
Ionium tegitur velis ventique laborant
Tot curvare sinus servaturasque Corinthum
Prosequitur facili Neptunus gurgite classes
Et puer Isthmiaci iam pridem litoris exsul
Secura repetit portus cum matre Palaemon.
Plaustra cruore natant, metitur pellita iuventus:
Pars morbo, pars ense perit. Non lustra Lycaei,
Non Erymantheae iam copia sufficit umbrae
Innumeris exusta rogis nudataque ferro
Sic flagrasse suas laetantur Maenala silvas.
Excutiat cineres Ephyre, Spartanus et Arcas
Tutior exsanguis pedibus proculcet acervos
Fessaque pensatis respiret Graecia poenis.
  Gens, qua non Scythicos diffusior ulla Triones
Incoluit, cui parvus Athos angustaque Thrace,
Cum transiret, erat, per te viresque tuorum
Fracta ducum lugetque sibi iam rara superstes
Et, quorum turbae spatium vix praebuit orbis,
Uno colle latent. Sitiens inclusaque vallo
Ereptas quaesivit aquas, quas hostibus ante

454 magno pacem V1 457 vīctum L ‖ renum V1 459 stilico-nis LV1 ‖ otia G 462 servaturas [que] V1 ‖ chorintum L 464 ismiaci L hismonii [histmiaci] V1 ‖ littoris L ‖ exul LV1 466 Plaustra g Castra O ‖ metitur GV1 moritur L 467 lustra V1 castra [lu] L ‖ licei LV1 468 eremanthee L erimanthee V1 ‖ unbrę L 469 exusta rogi nudataque G ‖ exuta [s] V1 470 mena [la] V1 471 ephire LV1 ‖ sparthanus GV1 parthanus L ‖ archas LV1 472 exanguis [e] L exangues V1 474 scithicos L sciticos V1 475 trache LV1 478 praebuit] contulit V1

Contiguas alio Stilicho deflexerat actu
Mirantemque novas ignota per avia valles
Iusserat averso fluvium migrare meatu.
  Obvia quid mirum vinci, cum barbarus ultro
Iam cupiat servire tibi? Tua Sarmata discors
Sacramenta petit, proiecta pelle Gelonus
Militat, in Latios ritus transistis Alani.
Ut fortes in Marte viros animisque paratos,
Sic iustos in pace legis longumque tueris
Electos crebris nec succedentibus urges.
Iudicibus notis regimur fruimurque quietis
Militiaeque bonis ceu bellatore Quirino,
Ceu placido moderante Numa. Non imminet ensis,
Nullae nobilium caedes, non crimina vulgo
Texuntur, patria maestus non truditur exsul,
Impia continui cessant augmenta tributi,
Non infelices tabulae, non hasta refixa
Vendit opes avidas, sector non voce citatur,
Nec tua privatis crescunt aeraria damnis.
Munificus laudis, sed non et prodigus auri.
Perdurat non empta fides, nec pectora merces
Alligat; ipsa suo pro pignore castra laborant,
Te miles nutritor amat. Quae denique Romae
Cura tibi? quam fixa manet reverentia patrum?
Firmatur senium iuris priscamque resumunt

481 stilico LV1 ‖ deduxerat V1 ‖ actu Gg arcu L arcu *corr. m. II in* actu V1 482 avia] ĩania *corr. m. II in* ĩauia L 483 averso *cum nonnullis deterr. editt.* adverso O 486 pelle Gg tibique LV1 (*in marg. m. II* fraude L) fraude *editt. nonnullae* 487 Militat [tibi] *(sic)* V1 488 armisque paratos H *coniecisse dicit Clercqius* 489 legis [vel elegis] L 493 iminet V1 495 exul LV1 496 agmenta L 497 refixas [vel a] L refixas V1 refixa *scripsi* (= *fixa, cf. Paul prog. Glog. 1857, p. 2 et Verg. Georg. IV, v. 202 ed. Forbiger*) 498 avidas sector G avida sector g avidas [vel dis] emptor L avidis emptor V1 rabida sector *praefert Burmannus* ‖ citatur LV1 licetur *coniecit Paul Quaest. Claud., p. 2* 499 dampnis LV1 500 laudis L laudis [largis] V1 largi *editt. post* H lauti H *coniecisse tradit Clercqius* ‖ et GLV1 es *cum deteriore quodam praeter alios defendit Koenigius*

Canitiem leges, emendanturque vetustae
Accedentque novae. Talem sensere Solonem
Res Pandioniae, sic armipotens Lacedaemon
Despexit muros rigido munita Lycurgo.
Quae sub te vel causa brevis vel iudicis error
Neglegitur? Dubiis quis litibus addere finem
Iustior et mersum latebris educere verum?
Quae pietas quantusque rigor tranquillaque magni
Vis animi nulloque levis terrore moveri
Nec nova mirari facilis! Quam docta facultas
Ingenii linguaeque modus! Responsa verentur
Legati gravibusque latet sub moribus aetas.
Quantus in ore pater radiat! Quam torva voluptas
Frontis et augusti maiestas grata pudoris!
Iam patrias imples galeas, iam cornus avita
Temptatur vibranda tibi. Promittitur ingens
Dextra rudimentis Romanaque vota moratur.
Quis decor, incedis quotiens clipeatus et auro
Squameus et rutilus cristis et casside maior!
Sic cum Threicia primum sudaret in hasta,
Flumina laverunt puerum Rhodopeia Martem.
Quae vires iaculis vel cum Gortynia tendis
Spicula, quam felix arcus certique petitor
Vulneris et iussum mentiri nescius ictum!
Scis quo more Cydon, qua dirigat arte sagittas
Armenius, refugo quae sit fiducia Partho.
Sic Amphioniae pulcher sudore palaestrae
Alcides pharetras Dircaeaque tela solebat
Praetemptare feris olim domitura Gigantes

507 salonem L 509 *hic versus deest in* LV1, *desiderari nequit, legitur in editt.* 510 gravis [brevis] V1 511 Neglegitur G N̄ legitur L Nec legitur V1 ‖ quis G 515 quam G q̄ L q̃, *corr. m. II in* q [a] V1 517 vocibus *pro* moribus *coniecit Schraderus* 518 in ore] more L ‖ parva [vel tor] L 519 augusti G 521 vibranda G 522 moratur [vel us] L 525 treicia LV1 526 puerum G ‖ rodopeia LV1 527 cortinia L corthinia V1 529 uisum, *corr. m. II in* iussum L 530 Scis G ‖ cidon L sydon [c] V1 ‖ sagitas LV1 533 dirciaque L dicteaque V1 534 gigantes LV1 gigantas *editt. post* H *cum nonnullis mss.*

Et pacem latura polo, semperque cruentus
Ibat et Alcmenae praedam referebat ovanti.
Caeruleus tali prostratus Apolline Python
Implicuit fractis moritura volumina silvis.
Cum vectaris equo simulacraque Martia ludis,
Quis molles sinuare fugas, quis tendere contum
Acrior aut subitos melior flexisse recursus?
Non te Massagetae, non gens exercita campo
Thessala, non ipsi poterunt aequare bimembres.
Vix comites alae, vix te suspensa secuntur
Agmina ferventesque tument post terga dracones,
Utque tuis primum sonipes calcaribus arsit,
Ignescunt patulae nares. Non sentit harenas
Ungula discussaeque iubae sparguntur in armos.
Turbantur phalerae, spumosis morsibus aurum
Fumat, anhelantes exundant sanguine gemmae.
Ipse labor pulvisque decent, confusaque motu
Caesaries. Vestis radiato murice solem
Combibit, ingesto crispatur purpura vento.
Si dominus legeretur equis, tua posceret ultro
Verbera Nereidum stabulis nutritus Arion,
Serviretque tuis contempto Castore frenis
Cyllarus et flavum Xanthus sprevisset Achillem.
Ipse tibi famulas praeberet Pegasus alas
Portaretque libens melioraque pondera passus
Bellorophonteas indignaretur habenas.
Quin etiam velox Aurorae nuntius Aethon,
Qui fugat hinnitu stellas roseoque domatur
Lucifero, quotiens equitem te cernit ab astris,
Invidet inque tuis mavult spumare lupatis.

536 alçmene L 537 prostratus G ‖ appolline L ‖ piton G phiton LV1 538 Implevit, *in marg. m. II* Implicuit L [Ex] Inplicuit V1 ‖ moribunda *malit* H2H3 540 [vel contra] contum V1 541 [Doctior] Acrior V1 543 poterint aequare H *coniecisse tradit Clercqius* 544 sequuntur LV1 545 ferventes G 547 [h] arenas V1 548 spargûntur G 550 hanelantes LV1 ‖ exundant L exudant V1 553 Conbibit LV1 556 conte[p]nto L 557 Cillarus LV1 ‖ fluum *(sic)* G ‖ xantus LV1 558 pegassus V1 559 passus LV1 fassus H *coniecisse dicit Clercqius* 560 Bellorophonteas L Bellorofonteas V1 561 athon GLV1

Nunc quoque quos habitus, quantae miracula pompae
Vidimus, Ausonio cum iam succinctus amictu
Per Ligurum populos solito conspectior ires
Atque inter niveas alte veherere cohortes,
Obnixisque simul pubes electa lacertis
Sidereum gestaret onus! Sic numina Memphis
In vulgus proferre solet. Penetralibus exit
Effigies, brevis illa quidem, sed plurimus infra
Liniger imposito suspirans vecte sacerdos,
Testatur sudore deum. Nilotica sistris
Ripa sonat Phariosque modos Aegyptia ducit
Tibia. Submissis admugit cornibus Apis.
Omnis nobilitas, omnis tua sacra frequentant
Thybridis et Latii suboles. Convenit in unum
Quidquid in orbe fuit procerum, quibus auctor honoris
Vel tu vel genitor. Numeroso consule consul
Cingeris et socios gaudes admittere patres.
Illustri te prole Tagus, te Gallia doctis
Civibus et toto stipavit Roma senatu.
Portatur iuvenum cervicibus aurea sedes
Ornatuque novo gravior deus. Asperat Indus
Velamenta lapis pretiosaque fila smaragdis
Ducta virent. Amethystus inest et fulgor Hiberus
Temperat arcanis hyacinthi caerula flammis.
Nec rudis in tali suffecit gratia textu:
Auget acus meritum picturatumque metallis
Vivit opus, multa remorantur iaspide vultus
Et variis spirat Nereia baca figuris.
Quae tantum potuit digitis mollire rigorem

568 choortes LV1 570 honus V1 ‖ memphis GV1 nīphis L 573 Liniger *optime editt.* Laniger O ‖ imposito — vecte *Gronovius cum nonnullis mss.* imposita — veste LV1 ‖ suspirans V1 suspirat L 574 Testatur LV1 testatus *editt. post* H *cum nonnullis deterr.* ‖ nylothica L 575 egiptia V1 576 apix L 578 Tybridis (vel tigridis) L Tibridis V1 ‖ soboles *(sic)* G soboles LV1 579 Quicquid LV1 ‖ auctor G 580 Inumeroso L 585 Ornatuque G 586 smaragdis G 587 amechistus L ametistus V1 588 archanis LV1 ‖ iacinti LV1 591 multa remorantur G multaque ornantur LV1 multaque animatur *coniecit* H2H3 ‖ vultus O cultus *cum deterr.* H 592 bacha V1 bacca L ‖ varias — figuras *malit* H 593 tñ (= *tamen*), *corr. m. II in* tm̄ (= *tantum*) L

Ambitiosa manus? vel cuius pectinis arte
Traxerunt solidae gemmarum stamina telae?
Invia quis calidi scrutatus stagna profundi
Tethyos invasit gremium? quis divitis algae
Germina flagrantes inter quaesivit harenas?
Quis iunxit lapides ostro? quis miscuit ignes
Sidonii rubrique maris? Tribuere colorem
Phoenices, Seres subtegmina, pondus Hydaspes.
Hoc si Maeonias cultu graderere per urbes,
In te pampineos transferret Lydia thyrsos,
In te Nysa choros, dubitarent orgia Bacchae
Cui furerent, irent blandae sub vincula tigres.
Talis Erythraeis intextus nebrida gemmis
Liber agit currus et Caspia flectit eburnis
Colla iugis; Satyri circum crinemque solutae
Maenades astringunt hederis victricibus Indos,
Ebrius hostili velatur palmite Ganges.
Auspice mox laetum sonuit clamore tribunal,
Te fastos ineunte quater sollemnia ludit
Omina libertas. Deductum Vindice morem
Lex celebrat famulusque iugo laxatus erili
Ducitur et grato remeat securior ictu;
Tristis condicio pulsata fronte recedit,

594 manus *cum nonnullis deterr. scripsi* colus O nurus *coniecit Paul Quaest. Claud. p. 6* ‖ cuius G 595 Traxerunt LV1 Texuerunt H *coniecisse tradit Clercqius* ‖ stamina V1 flamina (*ex corr. m. II pro* stamina) L 596 callidi V1 597 Thetios O ‖ alge O actae *proponit Koenigius, ego nihil mutavi, cf. Magnes, v. 14 seq.* 'quidquid eois Indis litoribus rubra scrutantur in alga' 598 Geramīa L ‖ h arenas V1 599 iunxit O tinxit *temptavit Burmannus pessime* 601 subtemina G sub tegmina L sub tegmina *ex corr. m. II pro* sub temina V1 ‖ idaspes L hidaspes V1 602 meonidas L ‖ cultu *scripsi* vultu GLV1 cinctu *editt. cum nonnullis mss.* ‖ graderere G 603 transferret GgL proferret V1 ‖ lidia LV1 ‖ tyrsos L tirsos V1 604 Intensa (ni) L In te nisa V1 ‖ nysa G ‖ dubitarent V1 dubitassent GL ‖ bacchae *conieci, ut* 'orgia' *dependeret a* 'furerent', *sicut similiter dixit Vergilius Aen. XII, v. 680* 'furorem furere' Bacchi LV1 605 tygres O 606 erithreis L erictreis V1 609 h ederis V1 611 Auspice H *cum nonnullis mss.* Aspice LV1 612 sollennia G sollempnia LV1 614 laxatus *ex corr. in* laxatus L ‖ erili G herili LV1 616 condicio G

In civem rubuere genae tergoque removit
Verbera permissi felix iniuria voti.
Prospera Romuleis sperantur tempora rebus
In nomen ventura tuum. Praemissa futuris
Dant exempla fidem. Quotiens te cursibus aevi
Praefecit, totiens accessit laurea patri.
Ausi Danubium quondam tranare Gruthungi
In lintres fregere nemus. Ter mille ruebant
Per fluvium plenae cuneis immanibus alni.
Dux Odothaeus erat. Tantae conamina classis
Incipiens aetas et primus contudit annus.
Submersae sedere rates. Fluitantia nunquam
Largius Arctoos pavere cadavera pisces.
Corporibus premitur Peuce, per quinque recurrens
Ostia barbaricos vix egerit unda cruores,
Confessusque parens Odothaei regis opima
Rettulit exuviasque tibi. Civile secundis
Conficis auspiciis bellum. Tibi debuit orbis
Fata Gruthungorum debellatumque tyrannum.
Hister sanguineos egit te consule fluctus,
Alpinos genitor rupit te consule montes.
Sed patriis olim fueras successibus auctor,
Nunc eris ipse tuis. Semper venere triumphi
Cum trabeis sequiturque tuos victoria fasces.

618 permissi H *cum multis mss.* premissi G promissi L [vel per] promissi V1 623 tranare G ‖ grutunghui G grothunni L grotongi V1 624 ter G 625 in manibus V1 626 edocheus V1 627 contulit [d] L [vel l] contudit V1 628 Summersae G ‖ [ceci] sedere L 629 Longius V1 ‖ [vel lar] arcthoos LV1 631 Hostia LV1 ‖ [a] brbaricos L 632 Confessusque LV1 *quod vix cum interpretibus potest defendi; forte in eo latet* 'Confecti' *ad genetivos qui secuntur referendum* ‖ edochei V1 634 auspicis [i] L ‖ debuit *coniecit Paul Quaest. Claud. p. 10* debeat O 635 Fata G ‖ grutungorum G grothungorum L grotongorum V1 ‖ tirannum LV1 636 fluctus — consule *deest in* LV1 *hos secutus est* H; *idem fecit Burmannus* 'fluctus' *pro* 'montes' *ponens; Gesnerus suo iure versum restituit quem post Isingrinii editionem in textu habemus.* ‖ *V. 636 et 637 delere voluit Paul Quaest. Claud. p. 23* 639 Nunc eris G eris V1 [vel eris] erit L

Sis precor assiduus consul Mariique relinquas
Et senis Augusti numerum. Quae gaudia mundo,
Per tua lanugo cum serpere coeperit ora,
Cum tibi protulerit festas nox pronuba taedas!
Quae tali devota toro, quae murice fulgens
Ibit in amplexus tanti regina mariti?
Quaenam tot divis veniet nurus, omnibus arvis
Et toto dotanda mari? Quantusque feretur
Idem per Zephyri metas Hymenaeus et Euri!
O mihi si liceat thalamis intendere carmen
Conubiale tuis, si te iam dicere patrem!
Tempus erit, cum tu trans Rheni cornua victor,
Arcadius captae spoliis Babylonis onustus,
Communem maiore toga signabitis annum
Crinitusque tuo sudabit fasce Suevus,
Ultima fraternas horrebunt Bactra secures.

641 assiduus G 642 mundo G mundi LV1 644 protulerit Gg prodiderit LV1 ‖ nox (*pro* mox) L 645 devota G ‖ thoro LV1 648 donanda G 649 zephiri LV1 ‖ himineus L himeneus V1 650 impendere carmen H *coniecisse dicit Clercqius* 652 reni V1 653 capite V1 ‖ babilonis V1 babilonos L ‖ honustus LV1 655 suevus + (*sic*) G lieus (b *supra*) L libeus V1 656 bacthra L ‖ Expl̄ Panegyricus de quarto consulatu ·DN· Honorio A. Incp̄ Panegyricus dictus Theodoro consuli prȩfatio G

CL. CLAUDIANI
DE NUPTIIS
HONORII AUGUSTI
FESCENNINA.

I. (XI.)

Princeps corusco sidere pulchrior,
Parthis sagittas tendere doctior,
Eques Gelonis imperiosior,
Quae digna mentis laus erit arduae?
Quae digna formae laus erit igneae?
Te Leda mallet quam dare Castorem,
Praefert Achilli te proprio Thetis,
Victum fatetur Delos Apollinem,
Credit minorem Lydia Liberum.
Tu cum per altas impiger ilices
Praeda citatum cornipedem reges
Ludentque ventis instabiles comae,
Telis iacebunt sponte tuis ferae,
Gaudensque sacris vulneribus leo

Incip Fescennina de nuptiis Honorii Augusti G *Titulus deest in* V, *in quo hoc ab carmine fol. 1a incipit.* ‖ Liber tertius. De Nuptiis honorii L epithalamium sup nuptias honorii *(manu II minusculis litteris exaratum)* V1 Cl. Claudiani de nuptiis Honorii Augusti et Mariae Fescennina Alcaicum *editt. Ceterum Fescennina in plerisque editt. post epithalamium Honorii leguntur, ante epithal. in* O *(de* V *cf. praef. ed.)* 1 *in marg. m. I add.* ad honorium V1 ‖ chorusco L ‖ sydere L ‖ pulcrior O 2 sagitas V ‖ doctior V certior LV1 4 laus] latix *(sic)* L 5 *deerat in* L, *sed in margine additus est manu secunda* L 7 Pre[fert]sunt V1 8 Appollinem L 9 lidya V lidia LV1 11 Praeda O Praeda *quod erat in editione pr. Florentinae ita ex* G *correctum est:* Praeda [× o] Praedo g Rheda *vel* Freno citatum H *olim coniecisse dicit Burmannus, forte* Praeda citatus ‖ reges O regas g regis *praefert Burmannus* 12 Ludentque VL Ludantque Gg Ludentque [vel plau] *(sic)* V1 Luduntque *praefert Burmannus* 13 iacebunt O herebunt G

Admittet hastam morte superbior.
Venus reversum spernat Adonidem,
Damnet reductum Cynthia Virbium.
Cum post labores sub platani voles
Virentis umbra vel gelido specu
Torrentiorem fallere Sirium
Et membra somno fessa resolveris:
O quantus uret tum Dryadas calor?
Quot aestuantes ancipiti gradu
Furtiva carpent oscula Naides?
Quis vero acerbis horridior Scythis,
Quis beluarum corde furentior,
Qui, cum micantem te prope viderit,
Non optet ultro servitium pati?
Quis non catenas arripiat libens
Colloque poscat vincula libero?
Tu si nivalis per iuga Caucasi
Saevas petisses pulcher Amazonas,
Peltata pugnas desereret cohors,
Sexu recepto, patris et immemor
Inter frementes Hippolyte tubas
Strictam securim languida poneret
Et seminudo pectore cingulum
Forti negatum solveret Herculi

15 Admittit L ‖ supior (b) L 16 spernat V spernit LV1 ‖ aonidem (d) L 17 Dampnet H *cum deterr.* Dapnat V Dampnat LV1 ‖ cinthia O 18 plantani V1 ‖ voles V petes *(sic)* G cubes *(in margine m. I (?) add.* vel vires vel soles) L cubes *add. m. II in lacuna* V1 *hoc natum esse ex* lubet *vel* iubet *putat* H 19 unbra L ‖ gelida V 20 syrium L 21 sompno O 22 uret V1 ibit (vel iret) V iret (vel uiret) L ‖ dryadas G ‖ tum diades (r) V1 in driades V indriades *(sic)* L 23 ancipitii V1 24 naides G naiades VV1 nayades L 25 acerbis] horridis V ‖ scithis V scitis V1 26 belua (rū) corde L 27 Qui VV1 Quis L ‖ 9micantē V cum micantem (i) *(sic)* V1 29 cathenas O ‖ accipiat V1 31 Tū *(sic)* V 32 amaret os (zones) *(sic)* L 34 *in margine add. m. II* vel martis *in* V1 35 ypolite O

Bellumque solus conficeret decor.
Beata, quae te mox faciet virum
Primisque sese iunget amoribus.

II. (XII.)

Age cuncta nuptiali
Redimita vere tellus
Celebra toros erilis.
Omne nemus cum fluviis,
Omne canat profundum.

Ligures favete campi,
Veneti favete montes
Subitisque se rosetis
Vestiat Alpinus apex,
Et rubeant pruinae.

Athesis strepat choreis
Calamisque flexuosus
Leve Mincius susurret
Et Padus electriferis
Admoduletur alnis.

Epulisque iam repleto
Resonet Quirite Thybris

40 mox O nox Gg

Titulus deest in O ‖ *Nullum spatium relictum in* LV1 1 A *deest in* Age, *sed lacunula relicta est* V 3 Celebra V Celebra (vel et) L Celeba (r) *(prius* e *add. m. II)* V1 ‖ thoros O ‖ erilis (*sic in editione pr. Flor. ex* G *correctum est* herilis) G herilis (e) VV1 heriles L 4 *et* 5 *ad unum versum coniuncti sunt in* V, *in* V1 *versus distincti sunt, sed in margine contrahuntur signo* (*sic:* 〉 versus unus) *manu secunda addito* 4 con V1 ‖ *in margine add. manus II* vel foliis V1 6 campi G 7 Veñi (neti) *(sic)* L 9 *et* 10 *in unum versum coniuncti sunt in* V, *in* V1 *in margine additum est hoc signum:* 〉 unus 11 coreis V 13 Leve V Lene GLV1 ‖ Micius V mitisq; (cius) L Mintius V1 14 *et* 15 *in unum versum coniuncti in* V *et* V1 14 helectriferis G 15 Anmoduletur *corr. m. II in* Admoduletur L. 17 tybris LV1 tibris V

Dominique laeta votis
Aurea septemgeminas
Roma coronet arces.

Procul audiant Hiberi,
Fluit unde semen aulae,
Ubi plena laurearum,
Imperio feta domus,
Vix numerat triumphos.

Habet hinc patrem maritus,
Habet hinc puella matrem
Geminaque parte ductum
Caesareum flumineo
Stemma recurrit ortu.

Decorent virecta Baetim,
Tagus intumescat auro,
Generisque procreator
Sub vitreis Oceanus
Luxurietur antris.

Simul occidensque plaudat
Oriensque, regna fratrum;

18 dominique G 19 *et* 20 *in unum versum coniuncti in* VL 19 vii· gemiās *(sic)* L septem geminas V1 20 coronat[et] V1 ‖ *Ab hoc versu in* V1 *incipit nova pagina, quare idem versus ad v. 19 in fine paginae antecedentis manu secunda in marg. ascriptus est; hic legitur* 'coronet' 21 hyberi L 24 *et* 25 *in unum versum coniunxerunt* VL, *in margine codicis* V1 *idem signum, quod ad v. 4 et 5 appositum est* 24 feta, *in marg.* vel freta V1 feta L freta V 28 dịctum[u] L 29 *et* 30 *in unum versum coniuncti sunt in* VL, *in* V1 *ut ad v. 4 et 5* 29 flumineo (o *add. manus II*) V1 flāmineo VL 30 stemma V1 stema L mat[o] *(sic)* V 31 vireta *in ed. pr. Florent. ita ex* G virẹta[c] (= *virecta) correctum est* vireta O ‖ bethim G boothē V bethẹn[i] L betẹm[i] V1 32 thagus V1 34 *et* 35 *in unum versum coniuncti in* VL, *in* V1 *ut ad v. 4 et 5* 34 occeanus VV1 35 antris GVL undis V1 36 occidens[que] V ‖ *In margine ed. pr. Florent.; in qua v. 36 post v. 37 legitur, ex* G *notatum est* vel b Oriens- a Simul- *v. 36 post v. 37 legitur in* O 37 Oriens[que] V1

Placidae iocentur urbes,
Quaeque novo quaeque nitent
Deficiente Phoebo.

Aquiloniae procellae,
Rabidi tacete Cauri,
Taceat sonorus Auster,
Solus ovantem Zephyrus
Perdominetur annum.

III. (XIII.)

Solitas galea fulgere comas
Stilicho molli necte corona.
Cessent litui saevumque procul
Martem felix taeda releget.
Tractus ab aula rursus in aulam
Redeat sanguis patris officiis.
Iunge potenti pignora dextra.
Gener Augusti pridem fueras,
Nunc rursus eris socer Augusti.
Quae iam rabies livoris erit?
Vel quis dabitur color invidiae?
Stilicho pater est socer est Stilicho.

38 iocentur V (vel leten) locentur L (iocentur) letentur V1 39 *et* 40 *in unum versum coniuncti sunt in* VL, *in* V1 *ut ad v. 4 et 5* 42 cauri *restitui* chori O 43 tac(a)et V1 44 *et* 45 *in unum versum coniuncti sunt in* VL, *in* V1 *ut ad v. 4 et 5* 44 o(u)rantem L ‖ zephirus O, *in* V1 *hoc vocabulum in initio versus sequentis legitur.*

Titulus deest in O, *nullum spatium vacuum relictum est in* LV1 ‖ *Hoc carmen in* V1 *bis legitur; varias scripturas hisce signis* V1 *et* β1 *in apparatu critico separavi* ‖ *Ad marginem primi versus manu secunda scriptum est in* V1 ad stilicodem 2 stilico VV1 stili,(co) L 3 saevumque] vacuumque β1, *unde* 'viduumque' H *coniecisse Burmannus refert* 5 Tractus LV1 Gratus V ‖ russus β1 7 pignora V (federa) pignora V1 federa, *in marg. m. II add.* vel pignora L 8 pridem V1 p(i)us (= *prius*) V primum V1 12 Stilicho pater est G ‖ Stilico pater est socer est stilico L Stilico socer est pater est stilico VV1 Stilico socer est stilico pater est β1 Stilico socer est, gener est stilico *Scaligerum voluisse dicit Burmannus*

IV. (XIV.)

Attollens thalamis Idalium iubar,
Dilectus Veneri nascitur Hesperus.
Iam nuptae trepidat sollicitus pudor.
Iam produnt lacrimas flammea simplices.
Ne cessa iuvenis cominus aggredi,
Impacata licet saeviat unguibus.
Non quisquam fruitur veris odoribus,
Hyblaeos latebris nec spoliat favos,
Si fronti caveat, si timeat rubos.
Armat spina rosas, mella tegunt apes:
Crescunt difficili gaudia iurgio
Accenditque magis, quae refugit, Venus.
Quod flenti tuleris plus sapit osculum.
Dices o quotiens: Hoc mihi dulcius,
Quam flavos decies vincere Sarmatas!
Aspirate novam pectoribus fidem
Mansuramque facem tradite sensibus.
Tam iunctis manibus nectite vincula,
Quam frondens hedera stringitur aesculus,
Quam lento premitur palmite populus,
Et murmur querula blandius alite
Linguis assiduis reddite mutui,
Et labris animam conciliantibus
Alternum rapiat somnus anhelitum.
Amplexu caleat purpura regio

Titulus deest in O, *nullum spatium relictum est in* LV1 ‖ *In margine versus primus manus II in* V1 *add.* ad honorium 1 talamis V ‖ ydalium V ‖ iubar, *corr. m. II ex* iubat V 3 pudor G 4 lacrymas G 5 agredi V 6 Impaccata V 8 hibleos V1 11
si
dificili V1 13 Quod flenti tuleris LV1 Flenti tuleris (si *add. m. I* ?) V
i
14 hoc mihi L hoc michi V1 mdę pl' *(sic)* V 16 Aspirate VL Adspirate GV1 ‖ facem *pro* fidem *coniecit Schraderus* 17 fidem *pro* facem *vice versa voluit Schraderus* 18 nectite G tradite O 19 hesculus L 22 assiduis
d
V assidue L assiduo V1 assidui *malit* H ‖ redite V1 ‖ mutui *scripsi cum Gronovio, ad* mutuis *in marg. m. II add.* vel nuncii V mutuis LV1 23 animam *scripsit Gronovius* animum O 24 sompnus VL ‖
l r
anhelitum L hanelit' V hanelitum V1 25 careat V caleat L careat V1

Et vestes Tyrio sanguine fulgidas
Alter virgineus nobilitet cruor.
Tum victor madido prosilias toro
Nocturni referens vulnera proelii.
Ducant pervigiles carmina tibiae
Permissisque iocis turba licentior
Exsultet tetricis libera legibus.
Passim cum ducibus ludite milites,
Passim cum pueris ludite virgines.
Haec vox aetheriis insonet axibus,
Haec vox per populos, per mare transeat:
Formosus Mariam ducit Honorius.

CL. CLAUDIANI
EPITHALAMII
DE NUPTIIS
HONORII ET MARIAE
PRAEFATIO. (IX.)

Surgeret in thalamum ducto cum Pelion arcu
Nec caperet tantos hospita terra deos,
Cum socer aequoreus numerosaque turba sororum

26 tyrio L tirio V1 tirias V 27 Aetis *(sic)* V Alter LV1 Alte *doctum quendum coniecisse testatur* H2H3 28 Tunc LV1 ‖ thoro O 30 tybie VL 31 licentior (us) V1 32 Exultet O 33 9ducibus *(sic)* L 35 hetereis (h) V1 ‖ insonet VV1 consonet L intonet H *cum uno Mediceo* ‖ populos, *in marg. m. II* vel scopulos V 36 *inde ab* ducit *alterum versum incipit* V1 ‖ ducit VV1 duxit L ‖ honorib; *(sic)* L (= *honorius*)

Incipit epithalamium de nuptiis Honorii Aug. Pref. G ‖ *De* V *cf. quae sub finem libri secundi in Rufinum et quae infra ad. v. 1 notavimus* ‖ *Titulus deest in* L ‖ Cl. Claudiani praefatio in nuptias honorii et mariae *manu recenti in marg.* V1 ‖ v. 1—16 *desunt hoc loco in* V, *sed tota praefatio legitur in primo folio eiusdem codicis prima manu descripta* 1 talamum V ‖ 9Pelion L 2 caperent — tecta *coniecit Schraderus* 3 sonorum *(punctum sic sub o positum est)* L

Certarent epulis continuare dies
Praeberetque Iovi communia pocula Chiron
Molliter obliqua parte refusus equi,
Peneus gelidos mutaret nectare fontes,
Oetaeis fluerent spumea vina iugis:
Terpsichore facilem lascivo pollice movit
Barbiton et molles duxit in antra choros.
Carmina nec superis nec displicuere Tonanti,
Cum teneris nossent congrua vota modis.
Centauri Faunique negant. Quae flectere Rhoeton,
Quae rigidum poterant plectra movere Pholum!
Septima lux aderat caelo totiensque renato
Viderat exhaustos Hesperus igne choros.
Tum Phoebus, quo saxa domat, quo protrahit ornos,
Pectine temptavit nobiliore lyram
Venturumque sacris fidibus iam spondet Achillem,
Iam Phrygias caedes, iam Simoenta canit
Frondoso strepuit felix Hymenaeus Olympo,
Reginam resonant Othrys et Ossa Thetim.

5 chi^{r}ton V chyron L 6 Mollitum V1 7 miscet$^{\text{vel mutavit}}$ L ‖ fontis G 8 *Ad hunc versum rasurae signum (sic: †) appositum est in* G ‖ Oetheis O 9 T^{p}sichore *(sic)* V Tersicore LV1 ‖ po^{l}lice V1 10 Barbithon L ‖ choros G 12 Cum G ‖ congrua GO condita *coniecit Burmannus* 13 *Interpunctionem posui graviorem post* 'negant' *cum Koenigio; sed forte post illud verbum aliquid excidit, nisi totum distichon interpolatum* ‖ rhoeton Gg crathon V chaon$^{\text{vel chetō}}$ L rethū$^{\text{crathō}}$ V1 14 p^{h}olum L 15 renato GgL renatos VV1 renatus *editt.* 16 exhaustos L ex actos V1 17 *Hinc sub* v *notavi varias scripturas, quae exstant in fragmento praefationis* (v. 17—22) *ante epithalamium in* V ‖ Tum V Tunc LV1 ‖ protrahit GL pertrahit VV1 18 temtavit G ‖ liram VV1 lyram vL 20 frigias V frygias v phrigias LV1 ‖ simoenta v simounta V simoonta LV1 21 trepuit L 22 himeneus VV1 hymenęus v himineus L ‖ olimpo O 23 otris O othrys v ‖ tethim V tethym L thetim vV1 *Sub finem additum est:* hauserat insolitos et c. *(sic) in* V

CL. CLAUDIANI
EPITHALAMIUM
DE NUPTIIS
HONORII ET MARIAE.
(X.)

Hauserat insolitos promissae virginis ignes
Augustus primoque rudis flagraverat aestu,
Nec novus unde calor, nec quid suspiria vellent
Noverat incipiens et adhuc ignarus amandi.
Non illi venator equus, non spicula curae,
Non iaculum torquere libet. Mens omnis aberrat
In vultus, quos pinxit Amor. Quam saepe medullis
Erupit gemitus! quotiens incanduit ore
Confessus secreta rubor nomenque beatum
Iniussae scripsere manus! Iam munera nuptae
Praeparat et pulchros Mariae sed luce minores
Eligit ornatus, quidquid venerabilis olim
Livia divorumque nurus gessere superbae.
Incusat spes aegra moras longique videntur
Stare dies segnemque rotam non flectere Phoebe.
Scyria sic tenerum virgo flammabat Achillem
Fraudis adhuc expers bellatricesque docebat
Ducere fila manus et mox, quos horruit Ide,

Inscriptionem delevit in editione principe Florentina qui fecit ex G *excerpta* ‖ INCIPIT EPITALAMIVM METRO HEROICO V ‖ *Titulus deest in* L ‖ liber de nuptiis honorii *addidit m. II, in marg. manus recens ascripsit:* de nuptiis honorii et marię V1 2 primoque (vel prono) VL pronoque V1 7 vultus quos pinxit V *(cf. Quaest. critt. cet. p. 32 seq.)* vultus quos fixit g (?) vultus quos finxit (*in marg. m. II add.* in vulnus quod) L vulnus quod fixit (*in marg. add. m. II* in vultus quos pinxit) V1 10 Iniussae G Iniusse VV1 Invise L 11 Praeparat G ‖ pulcros LV1 ‖ sub (vel set) V 12 quidquid GL quicquid VV1 15 moram (vel rotam) V rotam LV1 ‖ phębe V phebē *(sic)* L phebe V1 ‖ flectere G 16 Scyçia (h r) *(sic)* V Scyria (h) L Chiria V1 17 expars (e) V1 18 orruit (h) V1 ‖ yde V idę L ide V1 idem *editt. vetust.* ‖ torruit idem *coniecit Scaliger, quod quid velit non patet*

Thessalicos roseo nectebat pollice crines.
Hoc etiam queritur secum: Quonam usque verendus
Cunctatur mea vota socer? quid iungere differt
Quam pepigit castasque preces implere recusat?
Non ego luxuriam regum moremve secutus
Quaesivi vultum tabulis, ut nuntia formae
Lena per innumeros iret pictura penates,
Nec variis dubium thalamis lecturus amorem
Ardua commisi falsae conubia cerae.
Non rapio praeceps alienae foedera taedae,
Sed quae sponsa mihi pridem patriisque relicta
Mandatis uno materni sanguinis ortu
Communem partitur avum. Fastidia supplex
Deposui gessique procum. De limine sacro
Oratum misi proceres, qui proxima nobis
Iura tenent. Fateor, Stilicho: non parva poposci,
Sed certe mereor princeps, hoc principe natus,
Qui sibi te generum fraterna prole revinxit,
Cui Mariam debes. Faenus mihi solve paternum,
Redde suos aulae. Mater fortasse rogari
Mollior. O patrui germen, cui nominis heres
Successi, sublime decus torrentis Hiberi,

19 Thessalicos roseo G Thessalicos [vel o] roseo [vel os] V Thessalico (Thessalicho V1) roseos LV1 ‖ nectebat [vel pectebat] V pectebat LV1 ‖ pollice G pollice [pectine] V pollice, (*in marg. add. m. I* pectine) L pectine V1 ‖ crinis G 20 Hoc G Haec O ‖ quondam V1 22 pepigit O pepigi *malit* H 23—24 *restituit manus recentior in* V *praeter* Que[sivi] 23 luxuriam VV1 luxuriem L ‖ moremque VL moresque V1 24 tabulis L thalamis VV1 25 Lena V1 Plena (*sic*) G Plena g Plena [vel lena] V Plena L ‖ [innu]meros — penates *restituit manus recentior in* V 26 *Ex* G *in edit. pr. Florent. ita correctum est:* varijs ‖ [thala]mis — amorem *restituit manus recentior in* V 27 cerae *restituit* manus *recentior in* V 28 p̄ces [p] (*sic*) L 29 michi V1 ‖ patriisque V patrisque LV1 30 materni [b] uno mandatis [a] V 31 fastidia V fastigia LV1 ‖ suplex V 34 fateor stilico GLV1 35 hoc GVL ac *corr. m. II in* hc [o] V1 37 Cui G ‖ fenus [d] V fedus LV1, *sed in* V1 *add. m. II in margine* vel fenus V1 39 cui G 40 tormtis [ren] L ‖ hiberi VV1 hyberi L

Stirpe soror, pietate parens, tibi creditus infans
Inque tuo crevi gremio partuque remoto
Tu potius Flaccilla mihi. Quid dividis ergo
Pignora? quid iuveni natam non reddis alumno?
Optatusne dies aderit? dabiturne iugalis
Nox unquam? Tali solatur vulnera questu.
  Risit Amor placidaeque volat trans aequora matri
Nuntius et totas iactantior explicat alas.
  Mons latus eoum Cypri praeruptus obumbrat,
Invius humano gressu Phariumque cubile
Proteos et septem despectat cornua Nili.
Hunc neque canentes audent vestire pruinae,
Hunc venti pulsare timent, hunc laedere nimbi:
Luxuriae Venerique vacat. Pars acrior anni
Exsulat, aeterni patet indulgentia veris,
In campum se fundit apex. Hunc aurea saepes
Circuit et fulvo defendit prata metallo.
Mulciber, ut perhibent, his oscula coniugis emit
Moenibus et tales uxorius obtulit arces.
Intus rura micant, manibus quae subdita nullis
Perpetuo florent Zephyro contenta colono,
Umbrosumque nemus, quo non admittitur ales,
Ni probet ante suos diva sub iudice cantus.
Quae placuit, fruitur ramis, quae victa, recedit.
Vivunt in Venerem frondes omnisque vicissim
Felix arbor amat, nutant ad mutua palmae

42 remoto [excepto] V 43 flacilla V facella L facci[l]lla V1 44 reddis VL tradis V1 ‖ alumno V1 alunno V alumpno L 46 questu V 49 eoum VL (*in* L *m. II in marg. add.* vel yonium) ionium V1 ‖ cypri [vel cypree rupis] preruptus V cipree rupis L cipree ru[p]pis V1 50 gressu [vel generi] V 51 Protheos O ‖ despectat GVL despectans V1 52 [h]Unc V1 ‖ ca[d]nentes V † caedentes *(sic)* G candentes LV1 nunquam algentes *coniecit Paul Quaest. Claud. p. 22* 54 veneri GVL vent[i]uque, *in marg. m. II add.* veneri V1 55 exulat O 56 [au]rea sepes *supplevit m. II in* V1, *nam deerat* 57 flavo V1 ‖ metallo V 58 hiis V1 59 optulit VL 60 rura [vel prata] VL prata V1 61 Perpetuo V Perpetuum LV1 ‖ zephiro O ‖ contenta V contēpta L contēpta V1 62 Unbrosumque L 63 Ni⸗ (*in rasura erat* l) L 65 Fervent *pro* Vivunt *proponit Burmannus* 66 ar[b]dor L ‖ nutant G

Foedera, populeo suspirat populus ictu
Et platano platanus alnoque assibilat alnus.
Labuntur gemini fontes, hic dulcis, amarus
Alter, et infusis corrumpunt mella venenis,
Unde cupidineas armari fama sagittas.
Mille pharetrati ludunt in margine fratres,
Ore pares, habitu similes, gens mollis Amorum.
Hos nymphae pariunt, illum Venus aurea solum
Edidit. Ille deos caelumque et sidera cornu
Temperat et summos dignatur figere reges.
Hi plebem feriunt. Nec cetera numina desunt.
Hic habitat nullo constricta Licentia nodo
Et flecti faciles Irae vinoque madentes
Excubiae Lacrimaeque rudes et gratus amantum
Pallor et in primis titubans Audacia furtis
Iucundique Metus et non secura Voluptas
Et lasciva volant levibus Periuria ventis.
Quos inter petulans alta cervice Iuventas
Excludit Senium luco. Procul atria divae
Permutant radios silvaque obstante virescunt.
Lemnius haec etiam gemmis exstruxit et auro

67–69 *inclus.* dulcis *restituit manus recentior in* V 68 platano platanus VV1 *quod recepi, vide Luc. Mueller de re metrica p. 332 (cf. Rapt. Pros., III, v. 145 ed. L. Jeep)* platanus platanis L platani platanis *editt.* ‖ adsibilat G 69 *post* 'fontes' *graviorem interpunctionem delevi, ut* 'corrumpunt' *cum* 'fontes' *coniungeretur.*
70 Alter — corrumpunt *restituit manus recentior in* V ‖ *v. 70 deerat in* V1, *m. II add. in margine* ‖ corrumpunt VL corrumpunt V1 corrumpit *Barthius male cum deterr.* corruptus *coniecit Paul Quaest. Claud. p. 10* 71 Unde cupidineas arma[ri] *restituit manus recentior in* V ‖ armari G $\overset{vit}{\text{armari}}$ (vit *scripsit manus recens*) V $\overset{r}{\text{amari}}$ L armavit V1 72 Mille pharetrati *restituit manus recentior in* V
73 Ore pare[s] *restituit eadem manus recentior in* V More $\overset{res}{\text{pot}\overset{e}{s}}$ L ‖ similes habitu VL evo similes V1 74 H[os] *restituit manus recentior in* V ‖ nimphe V1 75 sydera L 77 Hii LV1 80 lacrymae G
82 Iocundique O 83 ventis VV1 pennis L 84 Quos V $\overset{o}{\text{Q}}$ sint *(sic)* [= *quos inter*] L Hos V1 ‖ iuventas g (?) $\overset{u}{\text{iuventas}}$ L $\overset{iu}{\text{,ventus}}$ *(sic)* V1 86 Permutant O *(cf. interprett. a. h. l.)* Permittunt *deterior quidam* Transmittunt H *olim coniecisse dicit Burmannus* 87 Lempnius L Letimus *(sic)* V1 ‖ extruxit O

Admiscens artem pretio trabibusque smaragdis
Supposuit caesas hyacinthi rupe columnas.
Beryllo paries et iaspide lubrica surgunt
Limina despectusque solo calcatur achates.
In medio glebis redolentibus area dives
Praebet odoratas messes. Hic mitis amomi,
Hic casiae matura seges Panchaeaque turgent
Cinnama, nec sicco frondescunt vimina acantho
Tardaque sudanti prorepunt balsama rivo.
  Quo postquam delapsus Amor longasque peregit
Penna vias, alacer passuque superbior intrat.
Caesariem tunc forte Venus subnixa corusco
Fingebat solio. Dextra laevaque sorores
Stabant Idaliae: largos haec nectaris imbres
Irrigat, haec morsu numerosi dentis eburno
Multifidum discrimen arat, sed tertia retro
Dat varios nexus et iusto dividit orbes
Ordine neglectam partem studiosa relinquens.
Plus error decuit. Speculi nec vultus egebat
Iudicio: similis tecto monstratur in omni
Et rapitur, quocumque videt, dum singula cernit

88 trabibusque [gravibus] V gravibusque LV1 (*in* V1 *in marg. add. vel* trabibusque) ‖ zmaragdis (z *m. rec. corr. in* s) V smaragdis O smaragdi *non male proponit Gesnerus* 89 yacinthi V iactanti [ci] L iacinti V1 ‖ colunnas V columpnas LV1 90 Berillo O ‖ iapide [s] L ‖ fulgent *pro* surgunt *coniecit Schraderus* 91 Lumina L ‖ despectosque [us] L 94 casye L ‖ panchęaque turgent G pancheaque [g] turgent V panchaia [c] surgunt (*in marg. m. II* vel turgent) L pangea turgent V1 ‖ Cynnama L ‖ non L 95 sicco VL sicco [a] V1 ‖ numina [vel li] L ‖ achanto Gg costo O 96 praesumunt (*in margine add. m. II* prorepunt) L prorepunt [p] (*sic*), *in marg. m. II add.* vel prorumpunt V1 ‖ rivo GgO (*cf. de cons. Olybrii v. 252*) ligno *cum deterr. quibusdam post* H *editt.* 97 delapsus GVL dilapsus V1 delatus H *coniecisse dicit Clercqius* 99 coruscho LV1 100 Pingebat [vel f] V1 101 ydalię L 102 Inrigat G 103 Multifidum GVL multifidum [mo] V1 ‖ arat G 105 relinquens V1 reliquit, *m. II corr. in* relĩquit V reliquit L relinqui *putat legendum cum graecismo* H 108 *post* 'cernit' *virgulam delevi*

Seque probat. Nati venientis conspicit umbram
Ambrosioque sinu puerum complexa ferocem:
Quid tantum gavisus, ait? quae proelia sudas,
Improbe? quis iacuit telis? iterumne Tonantem
Inter Sidonias cogis mugire iuvencas?
An Titana domas? an pastoralia Lunam
Rursus in antra vocas? durum magnumque videris
Debellasse deum. Suspensus in oscula matris
Ille refert: Laetare, parens; immane trophaeum
Rettulimus: nostrum iam sensit Honorius arcum.
Scis Mariam patremque ducem, qui cuspide Gallos
Italiamque fovet, nec te praeclara Serenae
Fama latet. Propera, regalibus annue votis.
Iunge toros. Gremio natum Cytherea removit
Et crines festina ligat peplumque fluentem
Allevat et blando spirantem numine ceston
Cingitur, impulsos pluviis quo mitigat amnes,
Quo mare, quo ventos irataque fulmina solvit.
  Ut stetit ad litus, parvis haec fatur alumnis:
Heus quis erit, pueri, vitreas qui lapsus in undas
Hunc rapidum Tritona vocet, quo vecta per altum
Deferar? haud unquam tanto mihi venerit usu:
Sacri, quos petimus, thalami. Pernicius omnes
Quaerite, seu concha Libycum circumtonat aequor,

109 unbram L 111 Quid tantum gavisus ades *malit Burmannus* 113 sydonias L 114 tytana VL 115 Rurrus, *corr. m. rec. in* Rursus V ‖ magnumve L 117 tropeum V 118 Retulimus L sensit VV1 sentit L 119 Scis G ‖ patrem G 120 Ytaliamque L 121 Fama G ‖ propere *coniecit* H$_2$H$_3$ 122 thoros GLV1 thorum [vel choros] V ‖ gremio natum GVL natum gremio V1 ‖ citherea VV1 ‖ removit *cum deterr. editt.* refovit VV1 refovit [vel removit] L 123 crine G ‖ festine L 124 Adlebat G Allevat VL Allevat [vel alligat] V1 126 fulmina (*corr. manus II in* flumina) V flumina O ‖ solvit O mollit *temptat Burmannus* sistit *Koenigius* 127 parvis hęc fatur alunnis V parvos affatur alumnos LV1 (alumpnos L) 128 Heu quis, *in margine m. II add.* vel hen V Heus quis LV1 (*in* V1 *in marg. m. II add.* hecquis) Ecquis *deterr.* 129 t[i]r[a]thon, L 130 haut O ‖ t[a]anto (a *ex corr. m. I pro* ?) L ‖ [c]mihi V 132 c̄[a]q *(sic)*, *in marg. add. m. II* cūcha L ‖ libicum V1 ‖ circumsonat V1

Aegaeas seu frangit aquas. Quicumque repertum
Duxerit, aurata donabitur ille pharetra.
  Dixerat et sparsa diversi plebe feruntur
Exploratores. Pelagi sub fluctibus ibat
Carpathii Triton obluctantemque petebat
Cymothoen. Timet illa ferum seseque sequenti
Surripit et duris elabitur uda lacertis.
Heus, inquit speculatus Amor, num vestra sub imis
Furta tegi potuere vadis? accingere nostram
Vecturus dominam. Pretium non vile laboris
Cymothoen facilem, quae nunc detractat, habebis.
Hac mercede veni. Prorupit gurgite torvus
Semifer. Undosi verrebant bracchia crines,
Hispida tendebant bifido vestigia cornu,
Qua pistrix commissa viro. Ter pectora movit,
Iam quarto Paphias tractu sulcabat harenas.
Umbratura deam retro sinuatur in arcum
Belua. Tunc vivo squalentia murice terga

133 Egeas O Ogygias *deterr.* ‖ frangat L 135 sparsa diversi plebe *editt.* pars adversi de plebe, *in margine add. m. II* spsi diversa p te *(sic)* V sparsi diversa plebe LV1 137 Carpathii *deterr.* Carpatiis O ‖ Triton carpatiis V1 ‖ triton] tython L 138 Cimotoen V1 ‖ senseque [e] L ‖ tenenti *pro* sequenti *coniecit Schraderus* 139 Subripit VL ‖ uda VV1 unda L 140 Heus V Eus *(in rasura)* L Heu' V1 *(lineolam sub* u *add. m. II)* ‖ inquid V1 ‖ num G num, *in margine m. II add.* vel non V non LV1 143 *in* L *add. m. II in margine, nam deerat* ‖ Cimotoen V1 ‖ nunc] se L ‖ detrtat [a] (a *sub* r *corr. in* e *m. II*) V1 *(cf. Rapt. Proserp. ed. L. Jeep I, 156)* detrectat VL 144 veni *deest in* L, *sup. lin. m. II add.* venit ‖ prorupit GV prorumpit LV1 145 Semifer [vel vir] V ‖ humosi [ũdo] *(sic)* L ‖ verrebant Gg verrebant [la] V velabant LV1 ‖ brachia O 146 Hispida LV Aspera V1 ‖ tendebant [vel bat] V tendebant L tendebat V1 147 pistrix VV1 pistis [r] *(sic)* L pristis *editt. rec.* ‖ commissa [convincta] V ‖ ter GLV1 per [ter] V 148 pafias VL ‖ harinas (i *corr. m. II in* e) V1 149 Unbratura L ‖ sinuatur G ‖ arcum V arcu L archum V1 150 Belua G (*sic ex* G *correctum in edit. pr. Flor.* Bellua) Belia [u] V Belua LV1 ‖ tunc V tum LV1

Purpureis mollita toris. Hoc navigat arcu
Fulta Venus. Niveae delibant aequora plantae,
Prosequitur volucer late comitatus Amorum
Tranquillumque choris quatitur mare, serta per omnem
Neptuni dispersa domum. Cadmeia ludit
Leucothoe frenatque rosis delphina Palaemon,
Alternas violis Nereus interserit algas,
Canitiem Glaucus ligat immortalibus herbis,
Nec non et variis vectae Nereides ibant
Audito rumore feris. Hanc pisce soluto
Sublevat Oceani monstrum Tartesia tigris,
Hanc timor Aegaei rupturus fronte carinas
Trux aries, haec caeruleae suspensa leaenae
Innatat, haec viridem trahitur complexa iuvencum
Certatimque novis ornant conubia donis.
Cingula Cymothoe, rarum Galatea monile
Et gravibus Panope bacis diadema ferebat
Intextum, rubro quas legerat ipsa profundo,
Mergit se subito vellitque corallia Doto:
Vimen erat, dum stagna subit; processerat undis:
Gemma fuit. Nudae Venerem cinxere catervae

151 thoris V1 rosis VL *quod respuendum queror propter* v. 156, *in quo idem exstat* ‖ antro V V1 antro [vel ostro] L, *ex quo restitui* 'arcu', *quae scriptura v. 149 excipit et in deterr. superscripta*, ostro *deterr. et editt.* 152 Fulta LV1 Pulchra [vel fulta] V ‖ niveae G 153 volucer VL votis *(sic)* G volucer [vel votis] V1 volucrum *deterr. et editt. post* H 154 omnes V1 155 Neptu [ni] *(sic)* V1 ‖ domum VL domos V1 ‖ cathemia [chameia] L 156 Leuchotoe V Leucotoe V1 ‖ delfina V1 160 rumore G ‖ soluto *scripsi cum Burmanno interpretans* voluto V volutam [vel tã] LV1 ‖ triste volentem *temptat Paul Quaest. Claud. p. 11* 161 Occeani V V1 ‖ tartesia [c] V tachsia [ch] *(sic)* L carthesia G V1 162 rupturus G V V1 rapturus L 163 ceruleę V cerulea LV1 ‖ leaenę V leena LV1 165 ornant (*in margine m. II add.* vel honerant) L onerant [h] V honerant V1 166 cumothoe [cy] L cimotoe V1 ‖ galathea V V1 galeata [e] *(sic)* L ‖ carum — monile H *ex uno deter. legisse testatur Clercqius* 167 pigmea [spathale] V spatale LV1 Patale *similia deterr., in quibus nomen* 'Panope' *credo latere cf. Verg. G. I, 437; A. V, 240, Ov. F. VI, 499* ‖ bacis G V bacis [h] L baccis V1 168 legaerat V 169 corallia V coralia LV1 ‖ doto G dothe L dote V1 170 Vimerat (i *add. m. II*) V1 171

Plaudentesque simul tali cum voce secuntur:
Hos Mariae cultus, haec munera nostra precamur
Reginae regina feras. Dic talia nunquam
Promeruisse Thetim, nec cum soror Amphitrite
Nostro nupta Iovi. Devotum sentiat aequor,
Agnoscat famulum virgo Stilichonia pontum.
Victrices nos saepe rates classemque paternam
Veximus, attritis cum tenderet ultor Achivis.
Iam Ligurum terris spumantia pectora Triton
Appulerat lassosque fremens extenderat orbes.
Continuo sublime volans ad moenia Gallis
Condita, lanigeri suis ostentantia pellem,
Pervenit. Adventu Veneris pulsata recedunt
Nubila, clarescunt puris Aquilonibus Alpes.
Laetitiae causas ignorat dicere miles
Laetaturque tamen. Mavortia signa rubescunt
Floribus et subitis animantur frondibus hastae.
Illa suum dictis affatur talibus agmen:
Gradivum, nostri comites, arcete parumper,
Ut soli vacet aula mihi. Procul igneus horror
Thoracum gladiosque tegat vagina minaces,
Stent bellatrices aquilae saevique dracones;
Fas sit castra meis hodie succumbere signis.
Tibia pro lituis et pro clangore tubarum

nudȩ [a] V nude LV1 ‖ catervȩ [corona a] *(sic)* V caterve LV1 ‖ nuda — corona *recepit Koenigius* 172 sequuntur VV1 sequntur L 174 numquam VV1 175 thetin V tethyn L ‖ amphitradȩ [te] V 176 Nrm [nro] V ‖ sibi [iovi] V 177 stiliconia LV1 178 Victrices G ‖ saepe [+] rates *(sic)* G 179 attritis Gg ‖ attritis cum tenderet V afflictis contenderet L ad tristes cum tenderet V1 ‖ Achivis V Achivis [o] L Achivos V1 180 tecton [i] *(sic)* L 181 fremens *ex coniectura scripsi* frequens [vel fretis] V freqs [tis e] *(sic)* L fretis V1 ‖ extenderet [a] L ‖ orbis *corr. m. II in* orbes V1 183 lanigeri [o] suis *(sic)* V lanige [ris] ovis L (o *erat in ras. pro* s ?) lanigeris ovis V1 184 pulsata [+] *(sic)* G pulsata VL spissata (*in marg. m. II add.* pulsata) V1 185 rarescunt V1 ‖ alpes G 186 ignoat [r] L 190 Gradivum castris, comites, arcete parumper *temptavit Koenigius* 191 mihi [c] V 192 gladios (que *add. m. II sup. lin.)* L 195 Tybia L ‖ litu [is] V1

Molle lyrae faustumque canant. Epulentur ad ipsas
Excubias, mediis spirent crateres in armis.
Laxet terribiles maiestas regia fastus
Et sociam plebem non indignata potestas
Confundat turbae proceres. Solvantur habenis
Gaudia, nec leges pudeat ridere severas.
Tu festas, Hymenaee, faces, tu, Gratia, flores
Elige, tu geminas, Concordia, necte coronas.
Vos, pennata cohors, quocumque vocaverit usus,
Divisa properate manu, neu marceat ulla
Segnities, alii funalibus ordine ductis
Plurima venturae suspendite lumina nocti.
Hi nostra nitidos postes obducere myrto
Contendant, pars nectareis aspergite tecta
Fontibus et flamma lucos adolete Sabaeos,
Pars infecta croco velamina lutea Serum
Pandite Sidoniasque solo prosternite vestes.
Ast alii thalamum docto componite textu,
Stamine gemmato picturatisque columnis
Aedificetur apex: qualem non Lydia dives
Erexit Pelopi, nec quem struxere Lyaeo
Indorum spoliis et opaco palmite Bacchae.
Illic exuvias omnes cumulate parentum,
Quidquid avus senior Mauro vel Saxone victis,
Quidquid ab innumeris socio Stilichone tremendus

vel faustum
196 lire V1 ‖ faustumque Gg festumque V festumque L faustumque V1 198 Ignet (*in marg. m. II add.* laxet) V1 199 *totus versus restituit manus recentior in* V ‖ plębem V 200 [Confun]dat *usque ad finem versus restituit manus recentior in* V 201 pudeat — severus *restituit manus recentior in* V 202 tu — flores *restituit manus recentior in* V ‖
n
hymoree L himenee V1 203 [nec]te coronas *restituit manus recentior in* V 204 pinnata G pennata O ‖ choors LV1 ‖ quo quemque *coniecit* H3 ‖ usus *restituit manus recentior in* V 208 Hi V Hii LV1 Hic G ‖ mirto O 209 Contendant O Contendat G ‖ aspergite V aspergere LV1 210 Fontibus GO Floribus *deterr. nonnulli unde coniecit* H 'Roribus' ‖ adolete V adolere LV1 212 sydēasque (*corr.*
i o
m. II in sydoasque) L 213 ducto L 214 ter gemino *in marg. m. II ad* gemmato *add. in* V1 ‖ colunnis V columpnis O 215 lidia VV1 216 liaeo V lyeo L lieo V1 217 bacchę V bache LV1 219 Quidquid G Quicquid O 220 Quidquid G Quicquid O ‖ stili-

Quaesivit genitor bellis, quodcumque Gelonus
Armeniusve dedit, quantum crinita sagittis
Attulit extremo Meroe circumflua Nilo,
Mittit Achaemenio quidquid de Tigride Medus,
Cum supplex emeret Romanam Parthia pacem;
Nobilibus gazis opibusque cubilia surgant
Barbaricis; omnes thalamo conferte triumphos.
Sic ait et sponsae petit improvisa penates.
  Illa autem secura tori taedasque parari
Nescia divinae fruitur sermone parentis
Maternosque bibit mores exemplaque discit
Prisca pudicitiae, Latios nec volvere libros
Desinit aut Graios ipsa genetrice magistra,
Maeonius quaecumque senex aut Thracius Orpheus
Aut Mytilenaeo modulatur pectine Sappho:
Sic Triviam Latona monet, sic mitis in antro
Mnemosyne docili tradit praecepta Thaliae.
  Tunc procul augeri nitor et iucundior aer
Attonitam lustrare domum fundique comarum
Gratus odor. Mox vera fides lumenque refulsit.
Cunctatur stupefacta Venus. · Nunc ora puellae,
Nunc flavam rutilo miratur vertice matrem.

cone LV1 ‖ tremendis G tremendus O 221 *deerat in* V1, *sed add. in margine m. II in* V1 ‖ quecumque V1 223 meroe V merore L merore V1 224 Mittit VL Misit V1 ‖ achemenio quidquid G achemenio quicquid V achimenio quicquid LV1 ‖ tygride L 227 thalamo$^{\text{in}}$ conferte V 228 specit *pro* petit V1 229 thori G t$^{\text{h}}$ori V thori LV1 ‖ thedasque LV1 230 divin$^{\text{vel o}}$ę V 232 pudicitiae G 233 grayos L ‖ genetrice G genitrice O 234 thracius G tracius LV1 ‖ orfeus V 235 mythilenco V mitilenco L mithileneo V1 ‖ sappho V saplio L safo V1 236 lathona V1 237 Mnemosine V Nemosine L Heu mosiine (o *corr. ex* e *m. II*) V1 ‖ docile *m. I (?) corr. in* docili V1 ‖ tradit G ‖ talyę L talie V1 238 Tunc *conieci cum nonnullis deterr.* Cum O ‖ iocundior O 239 Lattonitam V1 240 lumenque V lumenque$^{\text{vel numen}}$ L numenque V1 241 stupefecta V1 241—242 nunc ora puellae Flammea, nunc niveo miratur vertice matrem *hariolatur Barthius in editione altera* 242 flavam O flavo *Gesnerus* ‖ rutilo *scripsi cum* H2 niveo O niveam *Gesnerus* 243—245 *restituit manus recentior in* V, *eadem manus restituit* v. 246 Promittit — s[ub], v. 247 Ceu — per, v. 248 Haec — d[ie], v. 249 Roribus indul[get], v. 250 Nec te[neris].

Haec modo crescenti, plenae par altera Lunae:
Assurgit ceu forte minor sub matre virenti
Laurus et ingentes ramos olimque futuras
Promittit iam parva comas, vel flore sub uno
Ceu geminae Paestana rosae per iugera regnant,
Haec largo matura die saturataque vernis
Roribus indulget spatio; latet altera nodo
Nec teneris audet foliis admittere soles.
Astitit et blande Mariam Cytherea salutat:
  Salve sidereae proles augusta Serenae,
Magnorum suboles regum parituraque reges.
Te propter Paphias sedes Cyprumque reliqui,
Te propter libuit tantos explere labores
Et tantum tranasse maris, ne vilior ultra
Privatos paterere lares, neu tempore longo
Dilatos iuvenis nutriret Honorius ignes.
Accipe fortunam generis, diadema resume,
Quod tribuas natis, et in haec penetralia rursus,
Unde parens progressa, redi. Fac nulla subesse
Vincula cognatae: quamvis aliena fuisses
Principibus, regnum poteras hoc ore mereri.
Quae propior sceptris facies? qui dignior aula
Vultus erit? non labra rosae, non colla pruinae,
Non crines aequant violae, non lumina flammae.
Quam iuncto leviter sese discrimine confert
Umbra supercilii! miscet quam iusta ruborem

243 nova G modo VV1 nov[a]e (*littera* e *ipsa simul in* a *correcta est m. II*) L 244 ceu G 248 matura G 250 sol[e]is V 251 citherea V citharea V1 252 syderee L 253 Magno[rum] V ‖ suboles G soboles O 254 paphyas L ‖ [s]edes V1 ‖ ciprumque LV1 255 *in* L *addidit in margine m. II; nam deerat. Idem versus in* V1 *est ante v. 254, sed in margine invenitur hoc signum* [b][a]✕ ‖ tantos] magnos L 256 tranasse GV1 transnasse V transnare [vel nasse] L 257 paciare V1 258 ignis G 259 Auspice fortuna generis *proponit Burmannus* ‖ resumre *(sic)* V1 261 subesse [vel isse] L 264 qui G quis O 265 erit O erat *cum nonnullis deterr. legit.* H 266 aequant O aequent *maluit* H 267 iuncto O iuncti G 268 supii *(sic)* V1 ‖ ruborem *editt. recent. cum nonnullis deterr.* pudorem, *sup. lin. m. II add.* ruborem V pudorem LV1

Temperies! nimio nec sanguine candor abundat;
Aurorae vincis digitos umerosque Dianae.
Ipsam iam superas matrem. Si Bacchus amator
Dotali potuit caelum signare Corona,
Cur nullis virgo redimitur pulchrior astris?
Iam tibi molitur stellantia serta Bootes
Inque decus Mariae iam sidera parturit aether.
I digno nectenda viro tantique per orbem
Consors imperii! Iam te venerabitur Hister,
Numen adorabunt Parthi, iam Rhenus et Albis
Serviet, in medios ibis regina Sigambros.
Quid numerem gentes Atlanteosque recessus
Oceani? toto pariter donabere mundo.
    Dixit et ornatus, dederant quos nuper ovantes
Nereides, collo membrisque micantibus aptat.
Ipsa caput distinguit acu, constringit amictum,
Flammea virgineis accommodat ipsa capillis.
    Ante fores iam pompa sonat pilentaque sacram
Praeradiant ductura nurum. Calet obvius ire
Iam princeps tardumque cupit discedere solem.
Nobilis haud aliter sonipes, quem primus amoris

269 abundat V [h]abundat O 270 humerosque O 271 [vel sic] si V ‖ bachus O 272 signare G L V1 [vel i] signare V insignire *coniecit* H2H3 273 Cur, *in margine manus II add.* vel cū V ‖ pulcrior L V1 ‖ astris *ex corr. m. II pro* astus, *in marg. eadem manus addidit* astris V1 274 bootes G V boetes L boetes *corr. m. II in* bootes V1 275 sydera L ‖ ethera V1 276 I G g O *pro* I O ‖ nectanda V1 277 hyster L 278 Numen *scripsi* Nomen O ‖ *In huius versus exordio tertium nomen proprium latere docet v. 280 seq., et vidit Burmannus, qui inepte coniecit* 'Galli'. *Ego scripsi* 'Parthi', *qui saepe similibus locis afferuntur et ex quo* h *littera ut plerumque omissa* [parti] *antiquo* r *(sic) et* p *commutato (cf. Val. Flacc. I, v. 330 et L. Jeep, Phil. Aug. 1873 p. 147) quam facile potuerit evadere* 'populi', *in mss. saepe sic exaratum* 'popli', *nemo non videt;* populi O ‖ rhenus V remus L renus V1 279 sigambros *scripsi* sycambros V L sicambros V1 280 athlanteosque V L atlanteique *coniecit* H 281 Occeani V V1 ‖ donabere V *(cf. In Ruf. I, v. 143)* dotabere L V1 283 menbrisque V 284 capud V1 ‖ constringit G substringit O ‖ amictū V amictus L V1 285 accommodat G 286 sacram *pauci deterr. et editt.* sacra O 288 decedere *malit Burmannus* 289 haut V L [h]aut V1 ‖ quem primus V1 quem priscus V L

Sollicitavit odor, tumidus quatiensque decoras
Turbata cervice iubas Pharsalia rura
Pervolat et notos hinnitu flagitat amnes
Naribus accensis; mulcet fecunda magistros
Spes gregis et pulchro gaudent armenta marito.
 Candidus interea positis exercitus armis
Exsultat socerum circa, nec signifer ullus
Nec miles pluviae flores dispergere ritu
Cessat purpureoque ducem perfundere nimbo.
Haec quoque velati lauro myrtoque canebant:
 Dive parens, seu te complectitur axis Olympi,
Seu premis Elysias animarum praemia valles,
En promissa tibi Stilicho iam vota peregit.
Iam gratae rediere vices, cunabula pensat,
Acceptum reddit thalamum natoque reponit
Quod dederat genitor. Nunquam te sancte pigebit
Iudicii, nec te pietas suprema fefellit.
Dignus quem legeres, dignus cui pignora tanti
Principis et rerum commendarentur habenae.
Dicere nunc possem, quae proelia gesta sub Haemo,
Quaeque cruentarint fumantem Strymona pugnae,
Quam notus clipeo, quanta vi fulminet hostem,

291 †Turbata *(sic)* G Curvata O ‖ farsalia V pharsalica V1 292 et notos O ignotosque H *coniecit* et motos *coniecit Schraderus* ‖ amnes GVV1 ānes L ignes *deterr. quos secutus Gesnerus* 293 accensis GVL accensus V1 ‖ mulget [cet] V ‖ magistros O magistrum *cum deteriore quodam editt. post* H 294 pulcro LV1 295 posit [is] L 296 Exultat O ‖ circa G 297 ritu pluviae dispergere flores V1 298 diem [vel ducem] V ducem LV1 299 myrtoque] mutoque V1 300 olimpi O 301 p̃mis V p̄mis [vel col] L colis V1 ‖ elisias VV1 helysias L 302 stilico LV1 303 En grate L ‖ cunabula Gg conabula V conubia LV1 ‖ pensant V1 304 redit [d] V1 ‖ reponit [vel rependit] V reponit [vel pēdit] L reponit V1 305 dederat VL dederas V1 307 quem legeres GV1 quem legeres [vel cui leges] V q [cui] leges L ‖ cui G ‖ tanti VV1 tanta L 308 rerum V1 tantę V tante L 309 nunc possem Gg possemus O (nunc *omisso*) ‖ emo [h] V1 310 cruentarint G ‖ strimona V1 stimona *(sic)* L

Ni prohiberet Hymen. Quae tempestiva relatu,
Nunc canimus. Quis consilio, quis iuris et aequi
Nosse modum melior? Quod semper dissidet, in te
Convenit: ingenio robur, prudentia forti.
Fronte quis aequali, quam sic Romana decerent
Culmina? sufficerent quae tantis pectora curis?
Stes licet in populo, clamat quicumque videbit:
Hic est, hic Stilicho. Sic se testatur et offert
Celsa potestatis species, non voce feroci,
Non alto simulata gradu, non improba gestu.
Affectant alii quidquid fingique laborant,
Hoc donat natura tibi. Pudor emicat una
Formosusque rigor vultusque auctura verendos.
Canities festina venit consorte remota:
Contingunt senii gravitas viresque iuventae;
Utraque te cingit propriis insignibus aetas,
Ornatur fortuna viro. Non ulla nocendi
Tela, nec infectos iugulis civilibus enses,
Non odium terrore moves, nec frena resolvit
Gratia: diligimus pariter pariterque timemus;
Ipse metus te noster amat iustissime legum

312 Quin *vel* Cui *pro* Quae *coniecit* H 314 dissidet O dissilit G 315 ĩgenio [vel nuo] L 316 equali [vel lis] V equali [s] L ‖ quam G quem O ‖ decorent V 317 tantis quae LV1 318 Sis [vel stes] V1 ‖ clamat O clamet *legit* H 319 Hic est hic VL Hic ille est [vel hoc] V1 ‖ stilico LV1 ‖ sese [vel sic] V sic te LV1 321 quidquid G quicquid O 322 frīgique *(supra hanc voculam legitur:* vel, *deinde sequitur rasura, in qua quid scriptum fuerit, cognosci nequit)* L 324 ~~ũnõdos~~ *(sic), in margine add. m. II* verendos L 325 cum sorte *(sic)* G ‖ consorte remota L, *quem secutus sum gravi interpunctione cum* H1 *post* 'remota' *posita* [*consorte (scil. canitiei) = senectute*] cū sorte remota V 9¦sorte *(sic)* remota, *in marg. add. m. II* vel consorte remoto V1 Cum sorte remotae *gravi interpunctione ante* 'Cum' *posita Gesnerus* 326 Contingunt G Contingat [vel unt] V Contingunt LV1 Contingant *deterr. quidam, quos secutus Gesnerus* ‖ senio *(sic)* G ‖ senii gravitas *scripsi ex Barthii auctoritate* senio gravitas VL gravitas senii V1 gravitasque seni *cum deterrimis codd. editt. post* H 327 te *add. m. II sup. lin. in* L, *nam deerat* 328 nocendi O nocenti *malit* H 329 infectos *scripsi* infecti O 330 non frena L

Arbiter, egregiae pacis fidissime custos
Optime ductorum, fortunatissime patrum,
Plus iam plus domino cuncti debere fatemur,
Quod gener est invicte tuus. Vincire corona,
Insere te nostris contempto iure choreis.
Sic puer Eucherius superet virtute parentem,
Aurea sic videat similes Thermantia taedas,
Sic uterus crescat Mariae, sic natus in ostro
Parvus Honoriades genibus considat avitis.

CL. CLAUDIANI
DE
BELLO GILDONICO
LIBER. (XV.)

Redditus imperiis Auster subiectaque rursum
Alterius convexa poli. Rectore sub uno
Conspirat geminus frenis communibus orbis
Iunximus Europen Libyae. Concordia fratrum
Plena redit. Patriis solum quod defuit armis,

333 pacis fidissime custos VL custos fidissime pacis V1 *et editt. post* H 334 do[u]ctorum V ductorum LV1 ‖ for[tu]natissime L 336 tuis L ‖ [×]vincire corona *(sic)* G ‖ corona — (v. 337) iure *deerat in* V1, *sed addidit manus II in margine* 339 Aurea [sic] // videat L ‖ therimantia L termantia V1 ‖ EPITHALAM̄ HONORII AV̄G EXPLICIT . INCIPIT DE BELLO GILD̄ LIBER ·I· V

In editione principe Florentina manu illius qui ex G *excerpsit notatum est:* Hinc emendatur cum . b . tantum *(Ad hoc carmen nihil erat ascriptum)* ‖ *De titulo in* V *vide finem app. crit. ad epithalamium Honorii* ‖ *In* B *sequitur hoc carmen post carmen de bello Getico, in cuius fine scriptum est:* CLAVDIANI DE BELLO GOThICO EXPLIC . INCIPIT DE BELLO GILDONICO FELICIT. ‖ Liber quartus de victoria stiliconis et honorii contra gildonem L ‖ Liber de gildonico bello *add. m. II in* V1
1 Perditus V ‖ rursus BLV1 3 Conspirat geminus — orbis V Conspirant gemini — orbes BLV1 4 Europen V Europā B Europē L Europem V1 ‖ lybię V lybiae B lybie L libie V1 5 Leta *pro* Plena V1 ‖ solum quod VB *in* L q *(= quod) sup. lin. m. II add.; nam deerat* quod solum V1

Tertius occubuit nati virtute tyrannus.
Horret adhuc animus manifestaque gaudia differt,
Dum stupet, et tanto cunctatur credere voto.
Vixdum Cinyphias exercitus attigit oras,
Iam domitus Gildo. Nullis victoria nodis
Haesit, non spatio terrae, non obice ponti.
Congressum, profugum, captum vox nuntiat una
Rumoremque sui praevenit laurea belli.
Quo precor haec effecta deo? Robusta vetusque
Tempore tam parvo potuit dementia vinci?
Quem veniens indixit hiems, ver perculit, hostem.
   Exitii iam Roma timens et fessa negatis
Frugibus ad rapidi limen tendebat Olympi,
Non solito vultu, nec qualis iura Britannis
Dividit aut trepidos submittit fascibus Indos.
Vox tenuis tardique gradus oculique iatentes
Interius, fugere genae, ieiuna lacertos
Exedit macies; umeris vix sustinet aegris
Squalentem clipeum: laxata casside prodit
Canitiem plenamque trahit rubiginis hastam.
Attigit ut tandem caelum genibusque Tonantis
Procubuit, tales orditur maesta querelas:
   Si mea mansuris meruerunt moenia nasci;
Iuppiter, auguriis, si stant immota Sibyllae

6 tirannus V1 9 Vixdum *conieci, cf. Rivista di filologia e d'istruzione classica 1874, p. 430* Nec (dum) V Necdum BL Nondum V1 ‖ Cynifias VL cinifeas V1 ‖ oras B (h)oras V horas LV1 10 gildo VBV1 gyeldon L gildon *cum deterr.* H 11 terre spatio V1 12 cap (tū) vox V1 14 eff(c)eta V eff(ec)ata B effeta (vel effecta) L effecta V1 16 *alterum* i *in* indixit *in ras. pro* u V1 ‖ hyemps L ‖ perculit (vel perdidit) V perculit O proterit g reppulit H *olim coniecisse dicit Burmannus* 18 olimpi VLV1 19 vultu V vultu (vel visu) B visu LV1 ‖ brytannis L 20 summittit VB ‖ fascibus] legibus V1 21 occulique L ‖ latentes *pro* iacentes V1 ‖ *Post* 'latentes' *interpunxit* H *virgula ante* 'fugere' *deleta* 23 Excedit L ‖ humeris O 24 clypeum BL ‖ lassata BL 25 Caniciem (vel es) V 28 muissent, *in margine add. m. II* meruert V1 29 Iupiter LV1 ‖ sibyllę B sybillę V sibillę L sibille V1

Carmina, Tarpeias si necdum respuis arces:
Advenio supplex, non ut proculcet Araxem
Consul ovans nostraeve premant pharetrata secures
Susa, nec ut rubris aquilas figamus harenis.
Haec nobis, haec ante dabas. Nunc pabula tantum
Roma precor. Miserere tuae pater optime gentis.
Extremam defende famem. Satiavimus iram,
Si qua fuit. Lugenda Getis et flenda Suevis
Hausimus; ipsa meos horreret Parthia casus.
Quid referam morbive luem tumulosve repletos
Stragibus et crebras corrupto sidere mortes,
An fluvium per tecta vagum summisque minantem
Collibus? Ingentes vexi submersa carinas
Remorumque sonos et Pyrrhae saecula sensi.
Ei mihi, quo Latiae vires urbisque potestas
Decidit? In qualem paulatim fluximus umbram?
Armato quondam populo patrumque vigebam
Consiliis. Domui terras hominesque revinxi
Legibus. Ad solem victrix utrumque cucurri.
Postquam iura ferox in se communia Caesar
Transtulit et lapsi mores desuetaque priscis
Artibus in gremium pacis servile recessi,

30 ñdū V1 ‖ respuis gBL respicis [vel respuis] V despicis V1 ‖ artes V1 31 suplex VLV1 ‖ proculet L ‖ araxem g oaxen V oaxem BL *idem in* V1 *manu II in lacuna additum* 32—34 *restituit manus recentior in* V ‖ premēt [a] V1 ‖ faretrata B pharetr, [ata] *(sic)* L 33 ut *deest, sed lacuna relicta in* B ut L in VV1 34 tantm [u] *(sic)* V1 35 [pa]ter — gentis *restituit manus recentior in* V 36 satiarimus H *coniecisse dicit Clercqius* 37 gethis LV1 38 h *in* hausimus *supplevit manus II in* V1 ‖ horreret [t] *(sic)* V horreret BLV1 exhorret g en horret *coniecisse* H *tradit Clercqius* ‖ parthya L 39 tumulosve V1 tumulosque VBL cumulosve *cum uno deter.* H 40 sydere L 41 An V An [vel aut] BL Aut V1 ‖ minatum [vel minantē] V minantem BLV1 42 summersa B 43 pyrre VL pyrrę B pirre V1 44 Ei VL Heu BV1 ‖ urbisque VL orbisque BV1 45 Decidit O Recidit *voluit* H *cum deter.* ‖ *in* fluximus *littera* m *in ras. m. I add. in* B ‖ unbrā, *man. II corr. in* umbrā B unbram L 46 Armato — populo g Armatis — populis O ‖ patrumque O patriisque H *cum deterr.* 47 Conciliis V omnesque [h, i] (= *hominesque*) V hominesque BL urbesque [vel homines] V1 48 utrunque B 50 et lapsi BV1 elapsi VL 51 servire *pro* servile *coniecit Barthius et* H, *ut dicit Clercqius*

Tot mihi pro meritis Libyam Nilumque dedere,
Ut dominam plebem bellatoremque senatum
Classibus aestivis alerent geminoque vicissim
Litore diversi complerent horrea venti.
Stabat certa salus; Memphis si forte negasset,
Pensabam Pharium Gaetulis messibus annum.
Frugiferas certare rates lateque videbam
Punica Niliacis concurrere carbasa velis.
Cum subiit par Roma mihi divisaque sumpsit
Aequales Aurora togas, Aegyptia rura
In partem cessere novam. Spes unica nobis
Restabat Libye, quae vix aegreque fovebat;
Solo ducta Noto, numquam secura futuri,
Semper inops ventique fidem poscebat et anni.
Hanc quoque nunc Gildo rapuit sub fine cadentis
Autumni. Pavido metimur caerula voto,
Puppis si qua venit, si quid fortasse potenti
Vel pudor extorsit domino, vel praedo reliquit.
Pascimur arbitrio Mauri, nec debita reddi,
Sed sua concedi iactat gaudetque diurnos
Ut famulae praebere cibos vitamque famemque
Librat barbarico fastu vulgique superbit
Fletibus et tantae suspendit fata ruinae.
Romuleas vendit segetes et possidet arva
Vulneribus quaesita meis. Ideone tot annos

52 lybiam VBL libiam V1 ‖ nylumque L 56 menfis V menphis BL 57 pharium B parilem V parilem, *in margine m. II* pharium L farium V1 ‖ getulis VBL gethulis V1 ‖ mensibus L 59 nyliacis L

60 subiit *coniecit Scaliger* subito O ‖ mi^{c}hi V ‖ sumpsit VBL sumsit V1 61 ęgyptia B egiptia VLV1 ‖ aegyptia iura *cum deterr. nonnullis* H2H3 *mavult* 62 novam VL novę B nove V1 ‖ *pleniorem interpunctionem posuit post* 'spes unica' *Burmannus; idem voluit cum deter. quodam* v. 63 'ferebat' 63 *Hunc versum expunxit Paul Quaest. Claud. p. 25* ‖ lybie V lybię B libyę L libie V1 ‖ ęgręque B ‖ *post* 'fovebat' *pleniorem interpunctionem posui* 64 notho LV noto *(sic = notho)* B nothos V1 ‖ *post* 'futuri' *punctum posuit* H 65 Sps *(sic) pro* Semper V1 66 gildo VBV1 glydo *(sic)* L gildon H *cum deter.* 67 Autumpni V autunni B auptumni *(sic)* L 69 praedo H *cum multis deterr.* praeda O ‖ reliquid V1 70 reddi BV1 reddit V reddit L 73 faustu V1 76 Vulneribus — v. 78 r[everti] *restituit manus recentior in* V

Flebile cum tumida bellum Carthagine gessi?
Idcirco voluit contempta luce reverti
Regulus? hoc damnis, genitor, Cannensibus emi?
In cassum totiens lituis navalibus arsit
Hispanum Siculumque fretum vastataque tellus
Totque duces caesi ruptaque emissus ab Alpe
Poenus et attonitae iam proximus Hannibal urbi?
Scilicet ut domitis frueretur barbarus Afris,
Muro sustinui Martem noctesque cruentas
Collina pro turre tuli? Gildonis ad usum
Carthago ter victa ruit? Hoc mille gementis
Italiae clades impensaque saecula bello,
Hoc Fabius fortisque mihi Marcellus agebant,
Ut Gildo cumularet opes? Haurire venena
Compulimus dirum * Syphacem fractumque Metello
Traximus immanem Marii sub vincla Iugurtham,
Et Numidae Gildonis erunt? Pro funera tanta,
Pro labor! In Bocchi regnum sudavit uterque
Scipio. Romano vicistis sanguine Mauri.
Ille diu miles populus, qui praefuit orbi,
Qui trabeas et sceptra dabat, quem semper in armis

77 timida V ‖ carthagine B cartagine V V1 kartagine L 78 Iccirco BLV1 79 Regulus — damnis *restituit manus recentior in* V ‖ dampnis LV1 ‖ emi VL egi BV1 80 In cass[um] *restituit manus recentior in* V ‖ lituis[laciis] *(sic)* V 81 Hyspanum L 82 diues[c] *(sic)* V1 ‖ immissus *Livineium scripsisse tradit* H 84 affris V V1 85 matm[r e] *(sic)* L ‖ notes[c] V1 ‖ cruentes[a] V1 86 Collinam V ‖ sub turre V1 ‖ Gyldonis L 87 Cartago LV1 88 Ytalie L ‖ bello VL bellis BV1 89 hunc *(sic! = hoc)* V1 ‖ mihi gVBL simul V1 90 Gyldo L ‖ aurire[h] 91 syphacem BL syfacem V sifacem V1 hannibalem *malit Barthius, ego puto ante* 'Syphacem', *cuius quidem nominis altera syllaba correpta apud Claudianum non offendit, aliquid excidisse* ‖ metallo[c] LV1 92 iugurtam VLV1 93 gyldonis L ‖ Ut Numidae Gildonis eant *cum indignationis nota malit* H ‖ pro L pro[h] VV1 proh B 94 Pro VL Proh B Pro[h] V1 ‖ labor VB ~~labor~~[dolor] *(sic)* L dolor V1 ‖ bocchi B bochi VL bocci V1 ‖ in regnum bocci V1 ‖ sudabit V 95 Scypio L ‖ mauri[o] L 96 urbi V1

Horribilem gentes, placidum sensere subactae,
Nunc inhonorus, egens, perfert miserabile pacis
Supplicium nulloque palam circumdatus hoste
Obsessi discrimen habet. Per singula letum
Impendet momenta mihi dubitandaque pauci
Praescribunt alimenta dies. Heu prospera fata,
Quid mihi septenos montes turbamque dedistis,
Quae parvo non posset ali? Felicior essem
Angustis opibus. Mallem tolerare Sabinos
Et Veios. Brevior duxi securius aevum;
Ipsa nocet moles. Utinam remeare liceret
Ad veteres fines et moenia pauperis Anci.
Sufficerent Etrusca mihi Campanaque culta
Et Quinti Curiique seges patriaeque petenti
Rusticus inferret proprias dictator aristas.
Nunc quid agam? Libyam Gildo tenet, altera Nilum.
Ast ego, quae terras iuvenis pontumque subegi,
Deseror. Emeritae iam praemia nulla senectae.
Di, quibus iratis crevi, succurrite tandem,
Exorate patrem: tuque o, si sponte per altum
Vecta Palatinis mutasti collibus Idam
Praelatoque lavas Phrygios Almone leones,

98 H *in* Horribilem *ascripsit manus II in* V1 99 egens *deest in* V1 (*superscripsit manus II* inops) ‖ pacis [vel paucis] L 100 Suplicium L ‖ circundatus B 101 Ob[s]essi V1 ‖ *pro* habet *coniecit* adit H_2H_3 102 Impendit B Inpendet [imminet] V1 103 fati *melius esse putat* H 104 dedistis BL dedisti V V1 105 possit V 106 tollerare V1 107 beios [v] V vehios L 111 quinti V B V1 cuncti, *m. II corr. in* quincti L ‖ potenti [pe] L potenti V1 112 arista [s] V1 113 Nū [c] *(sic)* V Nunc L Nam B V1 ‖ lybiam V B L libiam V1 ‖ gyldo L ‖ nylum L 114 iuvenis *scripsi ex Barthii coniectura* humeris O armis *Livineius. (Cf. Clercq ap. Burm. p. 808)* 115 em̄te [ri] *(sic), in margine m. II add.* emite V1 116 Dii O ‖ cervi [crevi] V1 117—118 o que [a] vecta per altum Sponte [b] *(sic)* V 117 tuque q̄ [o vel sis] sponte *(sic)* L 118 Vecta ꝑ (= *pro*) palatinis V1 ‖ ydam L 119 labas [v] V ‖ frygios L frigios L V1 ‖ *ante* 'almone' *litura, in qua erat* s V

Maternis precibus natum iam flecte Cybebe.
Sin prohibent Parcae falsisque elusa vetustas
Auspiciis, alio saltem prosternite casu,
Et poenae mutate genus. Porsenna reducat
Tarquinios. Renovet ferales Allia pugnas.
Me potius saevi manibus permittite Pyrrhi.
Me Senonum furiis, Brenni me reddite flammis.
Cuncta fame leviora mihi. Sic fata, refusis
Obticuit lacrimis. Mater Cytherea parensque
Flet Mavors sanctaeque memor Tritonia Vestae.
Nec Cybele sicco nec stabat lumine Iuno.
Maerent indigetes et si quos Roma recepit
Aut dedit ipsa deos. Genitor iam corda remitti
Coeperat et sacrum dextra sedare tumultum,
Cum procul insanis quatiens ululatibus axem
Et contusa genas mediis apparet in astris
Africa. Rescissae vestes et spicea passim
Serta iacent. Lacero crinalis vertice dentis
Effractum pendebat ebur. Talique superbas
Irrupit clamore fores: Quid magne moraris
Iuppiter avulso nexu pelagique solutis
Legibus iratum populis immittere fratrem?
Mergi prima peto. Veniant praerupta Pachyno

120 precibus natum O natum precibus *deter.* ‖ cybebe *restitui, cf. Rapt. Pros. ed. L. Jeep, praef. p. XXI* cibele VLV1 cybele B cybelle *editt.* 122 Auspiciis V1 ‖ sal septem L 124 Tarquinios et renovet V1 ‖ feralis V ferales BLV1 furiales *temptavit Burmannus* ‖ pugnas gVBL cedes V1 125 permittite VL prosternite BV1 ‖ pyrri BL pirri V1 126 furiis *in ras. m. I add. in* L ‖ d redite V1 127 Cuncta q̇ fame *(sic)* V1 ‖ facta L 128 Opticuit B ‖ citherea VL citharea, *corr. manu II in* cithærea V1 130 cybele sicco VB sicco cibele LV1 132 corda B corda, *corr. m. II in* corde L e corda V1 corda V 135 contusa VBL concussa V1 ‖ i genas L 136 Affrica VLV1 ‖ passim] sparsim V1 137 lanco *(sic)* V1 ‖ crinalis vertice dentis *scripsi virgula in fine versus deleta (cf. Claud. de cons. Stil. II v. 256)* crinales vertice dentes O 138 Effractum V1 Et fractum VBL ‖ superbas O supernas H *cum uno Mediceo* 139 *ante* 'fores' *rasura trium circiter litterarum spatium complectens* 140 Iupiter LV1 ‖ pelagisque L 142 prorupta *coniecit* H2H3 ‖ pachynno V pachino BV1 pachȳno L

Aequora. Laxatis subsidant Syrtibus urbes.
Si mihi Gildonem nequeunt abducere fata,
Me rape Gildoni. Felicior illa perustae
Pars Libyae, nimio quae se munita calore
Defendit tantique vacat secura tyranni.
Crescat zona rubens. Medius flagrantis Olympi
Me quoque limes agat. Melius deserta iacebo
Vomeris impatiens. Pulsis dominentur aratris
Dipsades et sitiens attollat gleba cerastas.
Quid me temperies iuvit? quid mitior aether?
Gildoni fecunda fui. Iam Solis habenae
Bis senas torquent hiemes, cervicibus ex quo
Haeret triste iugum; nostris iam luctibus ille
Consenuit regnumque sibi tot vindicat annos:
Atque utinam regnum! Privato iure tenetur
Exigui specie fundi, quod Nilus et Atlas
Dissidet. Occiduis quod Gadibus arida Barce
Quodque Paraetonio secedit litore Tingis,
Hoc sibi transcripsit proprium. Pars tertia mundi
Unius praedonis ager. Distantibus idem
Inter se vitiis cinctus; quodcumque profunda
Traxit avaritia, luxu peiore refundit.
Instat terribilis vivis, morientibus heres,

143 sirtibus O 144 mihi[c] V ‖ gyldonem L ‖ adducere[b] se fata V1 145 gyldoni L 146 libie VV1 lybię BL 147 tiranni VLV1 148 medius[melius] V1 ‖ olimpi VLV1 149 melior[vel melius] V 150 aratris V *(cf. In Eutropium II, v. 566)* aratris, *in marg. m. II* aristis L aristis BV1 150—151 dominetur — Dipsas et VL (*in* L Dypsas) 153 Gyldoni L ‖ fęcunda B 154 Bissenas *(sic)* V ‖ torqt[e] hyemes L 156 Consenuit[vel consueuit] V ‖ regnumque sibi BV1 regnum qđ[que] tot sibi *(sic! = regnumque sibi tot)* V tot *deest in* L, *superscr. manu secunda* 'iam' ‖ vendicat LV1 ‖ annos V annis BLV1 157 tenetur VL tenemur BV1 158 Exilis[vel exigui] L ‖ fundi BLV1 regni[fundi] V ‖ *post* fundi *rasura, in qua erat* p. V1 ‖ Atlans V athlas L 159 barce] parthe V1 160 parethonio V paraethonio B pharetonyo L pharathonio V1 ‖ littore V1 ‖ pinguis[ganges] V *unde restitui* Tingis (*cf. Gesnerum et Burmannum, qui* Gorge *vel* Tinges *proposuit*) ganges BLV1 *totum v. 160 expungere voluit Koenigius* 161 transcripsit gLV1 transcribit VB 164 refudit (N *add. m. I*) B 165 vivis] dives B

Virginibus raptor, thalamis obscenus adulter.
Nulla quies. Oritur praeda cessante libido,
Divitibusque dies et nox metuenda maritis.
Quisquis vel locuples pulchra vel coniuge notus,
Crimine pulsatur falso. Si crimina desunt,
Accitus conviva perit. Mors nulla refugit
Artificem. Varios sucos spumasque requirit
Serpentum virides et adhuc ignota novercis
Gramina. Si quisquam vultu praesentia damnet
Liberiusve gemat, dapibus crudelis in ipsis
Emicat ad nutum stricto mucrone minister.
Fixus quisque toro tacita formidine libat
Carnifices epulas incertaque pocula pallens
Haurit et intentos lateri circumspicit enses.
Splendet Tartareo furialis mensa paratu,
Caede madens, atrox gladio, suspecta veneno.
Ut vino calefacta Venus, tum saevior ardet
Luxuries: mixtis redolent unguenta coronis.
Crinitos inter famulos pubemque decoram
Orbatas iubet ire nurus nuperque peremptis
Arridere viris. Phalarim tormentaque flammae
Profuit et Siculi mugitus ferre iuvenci,
Quam tales audire choros. Nec damna pudoris
Turpia sufficiunt. Mauris clarissima quaeque

166 talamis V1 167 cessant[e] V1 169 pulchra vel V pulcra vel L V1 vel pulchra B *editt.* 170 desunt VBL desint V1 *editt.* 171 parit *corr. m. II in* pærit V1 ‖ refulgit V1 172 sucos V succos L sucēos V1 sulcos B 174 dampnet VLV1 176 adunt, *in margine manus secunda add.* ad nutum V1 177 thoro VLV1 179 lateri[vel capiti] V lacti[capiti] L capiti BL 180 feralis *cum deter. malebat* H3 182 urget[vel ardet] L 183 ungenta[u] V 184 decoram[vel canoram] V decoram, *in margine m. II* vel canoram L *(cf.* H *apud Clercqium in editione Burmanniana p. 809)* canoram BV1 185 Ornatas *proposuit Burmannus* ‖ iubat[e] V1 186 Adridere B ‖ falarim VB phalarī L falarī V1 187 Profuit O Praestitit *olim conieci, quod quidem confirmat quidam Ambrosianus, quo* H *usus* ‖ syculi L ‖ ferre[pati] L 188 toros B ‖ damna B dampna VL dana, *corr. m. II in* dampna (?) V1 189 *In* 'quaeque', *quod in* O, *nomen alicuius ordinis comitum Gildonis latere hariolatur Burmannus; idem proponit* 'Mauro clarissima, cuivis', *vel* 'cuique, Fastidita, daturi'

Fastidita datur. Media Carthagine ductae
Barbara Sidoniae subeunt conubia matres.
Aethiopem nobis generum, Nasamona maritum
Ingerit. Exterret cunabula discolor infans.
His fretus sociis, ipso iam principe maior
Incedit. Peditum praecurrunt agmina longe.
Circumdant equitum turmae regesque clientes,
Quos nostris ditat spoliis. Proturbat avita
Quemque domo, veteres detrudit rure colonos.
Exsiliis dispersa feror. Nunquamne reverti
Fas erit errantesque solo iam reddere cives?
   Iret adhuc in verba dolor, ni Iuppiter alto
Coepisset solio. Voces adamante notabat
Atropos et Lachesis iungebat stamina dictis.
   Nec te Roma diu nec te patiemur inultam
Africa. Communem prosternet Honorius hostem.
Pergite securae. Vestrum vis nulla tenorem
Separat et soli famulabitur Africa Romae.
   Dixit et afflavit Romam meliore iuventa.
Continuo redit ille vigor seniique colorem
Mutavere comae. Solidatam crista resurgens
Erexit galeam clipeique recanduit orbis
Et levis excussa micuit robigine cornus.
Umentes iam noctis equos Lethaeaque Somnus
Frena regens tacito volvebat sidera curru.

190 carthagine B kartagine VL cartagine V1 191 conubia BV1 convivia (vel conubia) VL 193 extorret B ‖ discolor BV1 degener (vel discolor) VL decolor H *olim coniecisse dicit Burmannus* 194 Hiis V1 196 Circundant V ‖ clyentes L 197 perturbat V1 198 detrndit (u) *(sic)* V1 199 Exiliis VBL 200 Spes erit *proponit Burmannus* 201 ni O nisi *editt.* ‖ iupiter LV1 202 notavit (vel bat) L 203 stamia *(sic)* V1 204 inultam (vel tas) V inultas B 205 *deerat in* L, *additus manu sec. in margine* ‖ Affrica VLV1 ‖ disperdet L 207 ~~rome~~ (soli) *(sic)* L ‖ affrica VLV1 208 *et* 209 *restituit manus recentior in* V 210 [soli]data (*sic pro* solidatam) crista resurgens *restituit manus recentior in* V 211 clypeique L ‖ [recan]duit orbis *restituit manus recentior in* V 212 Et levis O (*cf. Sil. Ital. II, 64* nullaque levis Gaetulus habena) Levis et *coniecit* H ‖ rubigine O ‖ cornus VB cornus L conus V1 213 lętheaque VB letheaque LV1 ‖ sompnus VL 214 regens BV1 gerens (vel regens) V gerens L ‖ tacita B ‖ sydera BL ‖ curru gVB curru, *corr. m. II in* cursu L cursu V1

Iam duo divorum proceres maiorque minorque
Theudosii pacem laturi gentibus ibant,
Qui Iovis arcanos monitus mandataque ferrent
Fratribus et geminis sancirent foedera regnis.
Sic cum praecipites artem vicere procellae
Assiduoque gemens undarum verbere nutat
Descensura ratis, caeca sub nocte vocati
Naufraga Ledaei sustentant vela Lacones.
Circulus ut patuit Lunae, secuere meatus
Diversos. Italas senior tendebat in oras.
At pater intrantem Pontum qua Bosphorus artat,
Arcadii thalamis, urbique illapsus Eoae.
Quem simul ut vidit natus — nam clara nitebat
Cynthia — permixto tremuerunt gaudia fletu
Complexuque fovens, quos non speraverat, artus:
O mihi post Alpes nunc primum reddite, dixit,
Unde tuis optatus ades? Da tangere dextram,
Qua gentes cecidere ferae. Quis tale removit
Praesidium terris? Ut te mortalia pridem
Implorant lugentque pium fortemque requirunt!
  Cui pater in tales rupit suspiria voces:
Hoc erat? In fratres medio discordia Mauro
Nascitur et mundus germanaque dissidet aula?
Gildonisne salus tanti sit palma furoris?

215 Et iam (vel Iam duo) V ‖ seniorque, *superscr. m. II* vel maior L 216 Theodosii O 217 archanos VLV1 219 pocellę (r) V 221 Desessura *proposuit* H2H3 222 lachones V1 224 italas (i) V ytalas L ‖ in oras gB in oras (h) V in horas L ad horas V1 225 intnertė, *corr. manus II in marg.* intrantem puntum V1 ‖ pontum (vel portum) L *hoc verbum deerat in* V1, *sed manus II superscr.* ‖ bosporos (vel us) V bosphorus BL boforus V1 ‖ artat (c) V 226 Archadii O ‖ inlapsus (l) V elapsus L 227 simul ut B sic ut (vel simul) V sic ut L simul ac g (?) V1 228 Cinthya L Cinthia V1 229 Conspectuque *coniecisse* H *affert Clercqius* 230 mihi (c) V 232 remotus, *in margine m. II* removit L 234 longeque (lugent) V 238 Gyldonisve L ‖ fit B ‖ palma gB causa VV1 causa (vel palma) L

Scilicet egregius morum magnoque tuendus
Et cuius meritis pietas infracta recedat.
In primo genitore vide civile calebat
Discidium; dubio stabant Romana sub ictu:
Quis procul Armenius vel quis Maeotide ripa
Rex ignotus agit, qui me non iuvit euntem?
Auxilio fovere Getae, venere Geloni.
Solus at hic non puppe data, non milite misso,
Subsedit fluitante fide. Si signa petisset
Obvia, detecto submissius hoste dolerem.
Restitit in speculis fati turbaque reductus
Libravit geminas eventu iudice vires,
Ad rerum momenta cliens seseque daturus
Victori: Fortuna simul cum Marte pependit.
Et si non cupidis essem praereptus ab astris,
Exemplum sequerer Tulli laniataque dumis
Impia diversis aptarem membra quadrigis.
Germani nunc usque tui responsa colebat;

239 magnoque VLV1 magnique B ‖ timendus, *in margine manus II* vel tuendus L 240 meritis *corr. m. I ex* meditis B infracta B infracta [afract'] *(sic)* V1 in fratre V in fratre, *in margine manu II* vel infracta L a fratre *deterr* fraterna *coniecit* H 241 genito [re] V1 ‖ vide, *in margine manus II* vel vides V1 *post hanc voculam nonnulli ut Burmannus et Koenigius graviorem interpunctionem posuerunt* 243 meothide L 244 qui non me V1 ‖ iuvit] novit L 244—245 qui me non iuvit euntem Auxilio? venere Getae, venere Geloni *voluit Burmannus, quod Koenigio arridebat* 245 [vel fa] fovere VLV1 favere B 246 [at hic] adhuc V 247 petisset O tulisset *ex nonnullis deterr; quos excussit* H, *Gesnerus* 248 detecto BV1 defecto V detecto *corr. ex* defecto *rasura* f *in* t *mutato* L ‖ summissius B ‖ dolorem B 249 fati [a] V1 251 Ad rerum momenta calens *voluit Paul Quaest. Claud. p. 2* ‖ clyens L 252—253 *manus recentior restituit in* V 252 marte VV1 mente gB m̄te L ‖ bellona simul cum mente *coniecit Schraderus* 253 Et si gVV1 O si BL ‖ pruptus B [e] pruptus *(sic)* L 254 Exemplum — laniataque *restituit manus recentior in* V ‖ laniataque VBV1 laniandaque L ‖ menbra VBL ‖ [dumis] qdrigis V1 duris *vel* diris *scriptura* 'laniandaque' *recepta voluit Burmannus et sic* 'durus' *Paul Quaest. Claud. p. 3* 255 Impia — menbr[a] *restituit manus recentior in* V ‖ aptarem O raptarem H *cum incertis excerptis Rubenii mavult* 256 Germani nunc usque *restituit manus recentior in* V

En iterum calcat. Tali te credere monstro
Post patrem fratremque paras? Sed magna rependit
Inque tuam sortem numerosas transtulit urbes.
Ergo fas pretio cedet? Mercede placebit
Proditio? Taceo, laesi quod transfuga fratris,
Quod levis ingenio. Quamvis discrimine summo
Proditor apportet suspensa morte salutem,
Nunquam gratus erit, damnamus luce recepta
Perfidiam, nec nos patimur committere tali:
Hoc genus emptori cives cum moenibus offert,
Hoc vendit patriam. Plerique in tempus abusi
Mox odere tamen: tenuit sic Graia Philippus
Oppida; Pellaeo libertas concidit auro.
Romani scelerum semper sprevere ministros.
Noxia pollicitum domino miscere venena
Fabricius regi nudata fraude remisit,
Infesto quem Marte petit bellumque negavit
Per famuli patrare nefas, ductosque Camillus
Trans murum pueros obsessae reddidit urbi.
Traduntur poenis alii, cum proelia volvant:

257 Nc̄ *(sic)* iterum *restituit manus recentior in* V ‖ En BL Nunc VV1 259 tuas sortes V1 261 Proditio BL Proditio [vel seditio vel pro] V Seditio V1 Deditio *coniecit* H ‖ fratris L fratris [vel patris] V patris B *(quod defenderit v. 246 sequ.)* patris [vel fratris] V1 263 apparet [o t] V adportet B apportet L aportet [p] V1 ‖ suspensum H *probasse tradit Clercqius* ‖ *Ad hunc versum paulo incertius Barthius in altera editione adnotat:* 'versus isti non pauci mire serpunt et nescio an non monachus aliquis locum communem de rebus proditorum voluerit explanatum longis glossematis' 264 dampnamus VLV1 dānat' *(sic)* B ‖ recepta gB reperta [vel recepta] V reperta LV1 265 *In fine pleniorem interpunctionem posui cum Koenigio* 266 emptori O *forte* empturis ‖ *Contra* H *et Barthium, qui idem in ed. sec. v. 265* 'nec vos' *voluit cum Claveriana editione, post* 'emptori' *interpunctionem et interrogationis signum sub finem huius versus ex Koenigii auctoritate delevi.* ‖ auffert [of] V1 268 philippos [u] V 269 *In* Oppidum *alterum* p *addidit manus sec. in lacuna* V1 270 semper scelerum V1 272 nudita [a] V 275 redditur B 276 volvant *conieci (cf. Tacit. Ann. ed. Halm III, 38, 8 qua tempestate — bellum adversus nos volverat; Liv. XLII, 5). Interpretes* 'alii' *male ad superiora referebant, at universe dictum est; iam iusta, qua opus est, oppositio exoritur eius qui sequitur versus* solvant [vel tollunt] V solvant LV1 tollunt (*corr. m. I in* tollant) B

Hic manet, ut moveat. Quod respuit alter in hostem,
Suscipis in fratrem. Longi pro dedecus aevi!
Cui placet, australes Gildo condonat habenas
Tantaque mutatos sequitur provincia mores.
Quaslibet ad partes animus nutaverit anceps,
Traducit secum Libyam reliquumque malignus
Commovet imperium: Mauri fuit Africa munus.
Tollite Massylas fraudes, removete bilingues
Insidias et verba soli spirantia virus.
Ne consanguineis certetur comminus armis,
Ne, precor. Haec trucibus Thebis, haec digna Mycenis;
In Mauros hoc crimen eat. Quid noster iniquum
Molitur Stilicho? Quando non ille iubenti
Paruit? An quisquam nobis devinctior exstat?
Ut sileam varios mecum quos gesserit actus,
Quae vidi post fata loquar: Cum divus abirem,
Res incompositas fateor tumidasque reliqui.
Stringebat vetitos etiamtum exercitus enses
Alpinis odiis alternaque iurgia victi.

277 magnet V1 ‖ quod VBL quae V1 quem *cum deterr.* H ‖ rapuit [es] L respuat *coniecit* H 278 proh BV1 279 gyldo L ‖ c̄ondonat [vel tradit] *(sic)* V condonat B condonat [vel tradat] L cum tradit V1 cur tradit *vel* num tradit *vel* cur donat *temptat* H 281 animus nutaverit B animum mutaverit [vel animus nutaverit] VL animus mutaverit V1 (*sed in* V1 *in marg. manu II* vel animum) animi nutaverit anceps *coniecit* H (*cf.* H3 *apud Burmannum a. h. l.*) 282 Traducit *conieci* Transfundit O ‖ libiam *(sic)* secum V1 secum lybiam *(sic)* VBL ‖ reliqŭumque *conieci* refluumque O refugumque *cum deteriore quodam malit* H 283 Commovet *ex coniectura scripsi* Commodat O *Totus locus pertinet ad inopiam et annonae caritatem Romae tunc exortam* ‖ fuit O fluit *malit* H Maurique fit Africa *temptat idem* H ‖ affrica VLV1 284 massilas VLV1 ‖ biligues [N] *(sic)* B 284—285 Tollite massilas fraudes romovete *(sic)* bilingues Insidias et verba soli spirantia virus M 286 Ene *(sic)* V1 ‖ cōminus B cominus VLV1 287 Ne precor, *in margine manus II add.* vel deprecor V 288 micenis LV1 289 Molitus *coniecit* H ‖ stilyco L 290 Haud *pro* An *coniecisse* H *tradit Clercqius* ‖ devinctior O devotior H *cum deter. quodam* ‖ extat O 291 mecum quos O quos mecum *editt.* ‖ gesserat L 294 etiamtum *scripsi* etiamnum VBV1 iam [c] n (= *iam nunc*), *corr. manus II ita:* iam n [ē] (= *iam nunc* vel *iam non*) L 295 A[*rasura*]odiis V1

Victoresque dabant. Vix haec amentia nostris
Excubiis nedum puero rectore quiesset.
Heu quantum timui vobis, quid libera tanti
Militis auderet moles, cum carcere moto
Ferveret iam laeta novis: dissensus acerbus,
At gravior consensus erat. * Tunc ipse paterna
Successit pietate mihi tenerumque rudemque
Fovit et in veros eduxit principis annos
Rufinumque tibi, quem tu tremuisse fateris,
Depulit. Hunc solum memorem solumque fidelem
Experior. Volui si quid, dum vita maneret,
Aut visus voluisse, gerit; venerabilis illi
Ceu praesens numenque vocor. Si tanta recusas,
At soceri reverere faces aut respice fratris
Conubium pignusque meae regale Serenae.
Debueras etiam fraternis obvius ire
Hostibus, ille tuis. Quae gens, quis Rhenus et Hister
Vos opibus iunctos conspirantesque tulisset?
Sed tantum permitte cadat; nil poscimus ultra.
Ille licet sese praetentis Syrtibus armet
Oppositoque Atlante tegat, licet arva referta

296 Victores[que] *restituit manus recentior in* V 297 necdum L ‖ quiesset, *in marg. add. m. II* vel quievit V quiesset B quiescet L quiescit V1 299 carcere moto, *in margine m. II add.* vel ceca, *praeterea* vel sic .c̄ tra *(sic)* remoto V carce,, moto (ceca re *suprascr.*) *(sic)* L cęca remoto B ceca remoto V1 300 Fernereret et tam *coniecisse* H *tradit Burmannus* ‖ iam] tam B ‖ novis VB novis (metu *suprascr.*) *(sic)* L metu V1 ‖ acerbus LV1 acervis V acerbis B *In marg. in* V *m. II add.* Fu̅eret ia̅ leta metu dissensus acerbus (*corr. ex* acerbis) 301 At *duo deterr.* Et O Sed *deterr. nonnulli* ‖ * *Locus sic vix sanus, sententiam cognoscimus ex consulatu Stilichonis I, v. 148 seq.* ‖ ipsae B 302 impietate V1 ‖ *ante* rudemque *in* V *rasura unius litterae spatio* 304 Ruffinumque V1 ‖ timuisse LV1 306 manenett V1 308 Ceu praesens numenque vocor O (*in* V1 *sic:* praesens numenque; *in rasura erat* q; [= *que*]) Ceu numenque vocor praesens *editt. post* H *cum multis deterr.* 309 aut V1 at (vel aut *suprascr.*) V at LB ‖ traris (a *suprascr.*), *in marg. manus II* ́fris V1 310 Coniugium L 312 renus L ‖ hyster L 313 conspirantes opibus iunctosque V1 ‖ tulissent V1 314 cadat VB cadet LV1 ‖ *Hunc versum vult transponere post v. 317 Burmannus, idem temptavit* 'Huic' *pro* 'Sed' 315 sytibus (r *suprascr.*) L sutibus V1 316 athlante O ‖ *ante* 'tegat' *rasura unius litterae spatio* V

Anguibus et Solis medios obiecerit aestus,
Novi consilium, novi Stilichonis in omnes
Aequalem casus animum: penetrabit harenas:
Inveniet virtute viam. Sic divus et inde
Sic natus: Iussis, genitor, parebitur ultro.
Amplector praecepta libens. Nec carior alter
Cognato Stilichone mihi. Commissa profanus
Ille luat. Redeat iam tutior Africa fratri.
  Talia dum longo secum sermone retexunt,
Hesperiam pervenit avus castumque cubile
Ingreditur, Tyrio quo fusus Honorius ostro
Carpebat teneros Maria cum coniuge somnos.
Assistit capiti. Tunc sic per somnia fatur:
  Tantane devictos tenuit fiducia Mauros,
Care nepos? Iterum post me coniurat in arma
Progenies vesana Iubae bellumque resumit
Victoris cum stirpe sui? Firmumne iacentem
Obliti, Libyam nostro sudore receptam
Rursus habent? Ausus Latio contendere Gildo?
Germani nec fata timet? Nunc ire profecto
Nunc vellem notosque senex ostendere vultus.
Nonne meam fugiet Maurus, cum viderit, umbram?
Quid dubitas? Exsurge toris, invade rebellem,

317 obiecer[i]at V ‖ a[e]stus V 318 stiliconis VLV1 320 at inde *maluit* H 321 Si[c]gnatus V ‖ parebitur VBL parebimus V1 322 libens O lubens *editt.* 323 Cognato *corr. m. I (?) ex* Cognatis B ‖ stilicone LV1 324 affrica VV1 325 secum[b] longe[a] B (a *et* b *add. m. I*) ‖ retexunt[vel voluptant] *(sic)* V retexunt BL volutant V1 326 [per]convenit V 327 tirio V1 ‖ qua[o] V ‖ sompnos VL 329 Adsistit B ‖ tum B ‖ sompnia LV1 330 devictis tumuit fiducia mauris g ‖ [m]auros V1 (*in marg.* mauris) 331 Cuare V1 ‖ post me *deerat in* V1, *sed manus II superscr.* 332 vesana B ‖ *pro* 'resumit', *quod deest in* V1, *rasura huius verbi spatio* 333 gstirpe L ‖ firmumne VB frm̄ne[firmum] (= *fratremne*) L fratremne, *in marg. m. II* vel firmum V1 ‖ ge[ia]centem V1 334 lybiam VB libiam LV1 335 auent *coniecit Barthius* arent *coniecisse Gronovium tradit Clercqius* ‖ hausus V1 ‖ gyldo L 337 senex[s] V1 338 unbram BL 339 exurge O ‖ thoris VLV1 ‖ invade rebellem *scripsi cum editt.* invad[es]ere — bellū *(sic)* V invade[re vel es]// bellum *(sic)* L invade rebelles BV1

Captivum mihi redde meum, desiste morari;
Hoc generi fatale tuo. Dum sanguis in orbe
Noster erit, semper pallebit regia Bocchi.
Iungantur spoliis Firmi Gildonis opima.
Exornet geminos Maurusia laurea currus.
Una domus totiens una de gente triumphet.
Di bene, quod tantis interlabentibus annis
Servati Firmusque mihi fraterque nepoti.
Dixit et afflatus vicino sole refugit.
At iuvenem stimulis immanibus aemula virtus
Exacuit: iam puppe vehi, iam stagna secare
Fervet et absentes invadere cuspide Mauros.
Tum iubet acciri socerum dextramque vocato
Conserit et quae sit potior sententia quaerit:
Per somnos mihi sancte pater iam saepe futura
Panduntur multaeque canunt praesagia noctes.
Namque procul Libycos venatu cingere saltus
Et iuga rimari canibus Gaetula videbar.
Maerebat regio saevi vastata leonis
Incursu: pecudum strages passimque iuvenci
Semineces et adhuc invecta mapalia tabo
Sparsaque sanguineis pastorum funera campis.
Aggredior latebras monstri mirumque relatu

340 mi[c]hi V ‖ [mo]rari *restituit manus recentior in* V 342 pallebit [vel rarebit] V1 ‖ bocchi B bochi VL boc[h]ci V1 343 gyldonis L 344 marrusia V1 345 triunphet B tu[i]phet *(sic)* V1 346 Dii O ‖ qui *(sic)* V1 347 michi V1 350 Exaccuit V1 ‖ setare V1 352 Tunc LV1 ‖ ualet [iubet] L 354 sonnos V sompnos L 355 mult[e]asque V multęque B multeque LV1 356 Nanque B ‖ lybicos VB libicos LV1 ‖ venatu cingere saltus BV1 visus destringere [vel venatu cingere] saltus V visu distringere saltus, *in margine m. II add.* venatu cingere L visu destringere *voluit* H_2H_3 *Olim cum viderem exempla quae Burmannus, qui* 'cingere' *defenderet, attulit cum h. l. non accurate convenire conieci ex paneg. de tertio Honorii consulatu v. 46* (ascensu vincere montes, Planitiem cursu, valles et concava saltu) 'vincere', *quod num probandum sit, alii viderint* 357 gętula B getula VL gethula V1 358 Merebar (r *ex corr. m. II pro* t) V1 359 *post* 'pecudum' *rasura, in qua erat* q; (= *que*) V1

Conspicio: dilapsus honos, cervice minaces
Defluxere iubae, fractos inglorius armos
Supposuit servile gemens iniectaque vincla
Unguibus et subitae collo sonuere catenae.
Nunc etiam paribus secum certare trophaeis
Hortator me cogit avus. Quonam usque remoti
Cunctamur? Decuit pridem complere biremes
Et pelagi superare minas. Transmittere primus
Ipse paro. Quaecumque meo gens barbara nutu
Stringitur, adveniat: Germania cuncta feratur
Navibus et socia comitentur classe Sigambri.
Pallida translatum iam sentiat Africa Rhenum.
An patiar tot probra sedens iuvenisque relinquam
Quae tenui rexique puer? Bis noster ad Alpes
Alterius genitor defensum regna cucurrit.
Nos praedae faciles insultandique iacemus?
Finierat. Stilicho contra cui talia reddit:
Adversine tubam princeps, dignabere Mauri?

363 Cōnspito *(sic) in marg. manus II* cōncipio V1 364 fractosque L 365 iniectaque O ingestaque H *cum deterr.* 366 sonuere [vel subiere] V sonuere BL subiere V1 ‖ cathene LV1 368 Hortator V Hortator [vel tu] L Hortatu BV1 ‖ remoti O morati H *cum secunda manu cuiusdam Moreti libri, olim legebat* 'remissi' *quod idem inveni manu secunda exaratum in ms. quodam Gudiano* 370 C om pelagi, *corr. manus sec. in* Et om pelagi V1 ‖ minas V1 moras VB moras [vel minas] L ‖ primus VB primus [vel pinus] L primus, *in marg. m. II* vel pinus V1 pinu *primo* H *coniecisse tradit Clercqius* 372—374 adveniat germania cuncta feratur Navibus et soçia comitentur classe sicambri Pallida translatum iam sentiat affrica rhenum M 372 cuncta [vel tota] VL cuncta gB. tota V1 373 sycambri VL sygambri B sicambri V1 374 affrica VLV1 ‖ renum V1 375 patior B ‖ proba [r] L ‖ iuvensq; [i] *(sic)* V 376 bis] uix B 377 Alterius V Ulterius BLV1 (*in* V1 *in marg. manu II* vel alterius) 378 insultandiqui VB insultandique, *corr. m. II in* insultantique L insultantique [di] V1 379 stilico LV1 ‖ cui talia reddit] ctalia fatur *(sic)* L 380 tubam [vel bellum] L ‖ tubam belli [pugnā] princeps V ‖ manri V1

Auferet ignavus clari solatia leti,
Te bellante mori? Decernet Honorius inde,
Hinc Gildo? Prius astra Chaos miscebit Averno.
Vindictam mandasse sat est. Plus nominis horror
Quam tuus ensis aget, minuet praesentia famam.
Qui stetit, aequatur campo collataque nescit
Maiestatem acies. Sed quod magis utile factu
Atque hosti gravius, sensus adverte, docebo.
Est illi patribus sed non et moribus isdem
Mascizel, fugiens qui dira piacula fratris
Spesque suas vitamque tuo commisit asylo.
Hunc ubi temptatis frustra mactare nequivit
Insidiis, patrias in pignora contulit iras
Et quos ipse sinu parvos gestaverat una
Obtruncat iuvenes inhumataque corpora vulgo
Distulit et tumulo cognatas arcuit umbras:
Naturamque simul fratremque hominemque cruentus

381 Auferet, *in marg. m. II* vel afferet V Auferet B Auferet, *corr. rasura et manu II sic:* A≡fferet L Afferet V1 An feret *cum nonnullis deterr.* H, *praeterea* Ut ferat *coniecit* H_2H_3 Ac feret *Scaliger ut testatur Burmannus* ‖ leti VLV1 loeti B fati *cum uno deter.* H 382 $\overset{\text{mori}}{\text{honori}}$ V1 383 gyldo L ‖ aio (= *animo*), *in marg. m. II* auno (= *averno*) V1 384 *et* 385 *restituit manus recentior in* V 384 sat plus (*deest* 'est') V ‖ $\overset{\text{h}}{\text{orror}}$ V1 385 Qua tuus V Quantuus *(sic)* V1 ‖ aget BL agit V agit, *corr. m. II in* aget V1 ‖ minuet L minuñt V minuunt B minuit gV1 386 [ae]quatur — nescit *restituit manus recentior in* V 387 Magestatem B ‖ quod — facto *(sic) restituit in* V *manus recentior* ‖ $\overset{\text{ed}}{\text{si}}$ L ‖ $\overset{\text{i}}{\text{qd}}$ (= *quid*) V1 ‖ factu V1 factu, *corr. man. II in* facta L facto VB 388 [ad]verte docebo *restituit manus recentior in* V 389 patribus BLV1 $\overset{\text{vel patribus}}{\text{patruus}}$ V ‖ non et *deerat in* L *(add. m. II sup. lin.)* ‖ $\overset{\text{s}}{\text{idem}}$ L iisdem B idem VV1 (*in* V *in marg.* vel iisdem, *quod restituit manus recentior, sicut in* 'idem' *alteram partem* 'em') 390 Mascizel B Mascezel gV Mascelzer L Massezer V1 ‖ dira VB dura L $\overset{\text{dira}}{\text{dum}}$ V1 391 asillo L asilo V1 393 patruas *coniecit Schraderus* 394 Et quos ipse sinu parvos gVL Et quos ipse manu parvos B Quosque manu pueros $\overset{\text{r}}{\text{pavos}}$ V1 395 Obtruncat gVBL Occidit V1 396 Distulit *coniecit Gesnerus cum nonnullis deterr.* Dispulit O ‖ arguit V ‖ unbras, *corr. m. II in* umbras B

Exuit et tenuem caesis invidit harenam.
Hoc facinus refugo damnavit sole Mycenas
Avertitque diem. Sceleri sed reddidit Atreus
Crimen et infandas excusat coniuge mensas.
Hinc odium non poena fuit. Te prodita iura,
Te pater ultorem, te nudi pulvere Manes,
Te pietas polluta rogat. Si flentibus aram
Et proprium miseris numen statuistis Athenae,
Si Pandionias planctu traxere phalanges
Inachides belloque rogos meruere maritis,
Si maesto squalore comae lacrimisque senatum
In Numidas pulsus solio commovit Adherbal:
Hunc quoque nunc Gildo, tanto quem funere mersit,
Hunc doleat venisse ducem seseque minorem
Supplicibus sciat esse tuis. Quem sede fugavit,
Hunc praeceps fugiat, fregit quem clade, tremiscat
Agnoscatque suum, trahitur dum victima, fratrem.
  Haec ubi sederunt genero, notissima Marti
Robora, praecipuos electa pube maniplos
Disponit portuque rates instaurat Etrusco.
Herculeam suus Alcides Ioviamque cohortem
Rex ducit superum, premitur nec signifer ullo
Pondere: festinant adeo vexilla moveri.

399 dampnavit VL ‖ micenas VV1 400 sceleris B ‖ reddit [di] V1 ‖ attres [u] *(sic)* V1 402 Hinc V Hinc L Hic [vel hic] V1 Hic B ‖ hodium V1 ‖ prodita V perdita BLV1 404 pietas *corr. m. II ex* peetas B ‖ flentibus V ‖ Et] Si V1 406 pandioneas, *corr. m. II in* pandionias B pandionyas L ‖ plantu [c] V ‖ falanges V1 407 Inachides LV1 Inacides [h] V Inachidę B ‖ maritis VLV1 mariti B maritos (= maritales) *voluit* H 408 mesto O inaestae *cum deter. quodam* H *et editt. recent; idem defendit* 'maesta — coma'; maestas — comas *editt. vet.* 409 sotios [lio] L ‖ atherbal BL aterbal V1 410 gyldo L ‖ quem tanto V1 412 Suplicibus V ‖ satiat [sciat] V1 ‖ sesde V1 413 pnceps [i], *in marg. m. II* pceps V1 414 dum] cum L ‖ ~~marti~~ [fratrē] *(sic)* V 415 *Hic versus deerat in* V, *add. in margine manus I* 416 pube VB plebe [vel pube] L plebe [pube] V1 ‖ maniplos [vel maritos] V 417 ethrusco L 418 choortem V1 419 signifer [vexillifer] V 420 adeo festinant V ‖ moveris V

Nervius insequitur meritusque vocabula Felix
Dictaque ab Augusto legio nomenque probantes
Invicti clipeoque animosi teste Leones.
Dictis ante tamen princeps confirmat ituros
Aggere conspicuus. Stat circumfusa iuventus
Nixa hastis pronasque ferox accommodat aures.
Gildonem domitura manus, promissa minasque
Tempus agi. Si quid pro me doluistis, in armis
Ostentate mihi. Iusto magnoque triumpho
Civiles abolete notas. Sciat orbis Eous
Sitque palam Gallos causa non robore vinci.
Nec vos, barbariem quamvis collegerit omnem,
Terreat. An Mauri fremitum raucosque repulsus
Umbonum et vestros passuri comminus enses?
Non contra clipeis tectos gladiisque micantes
Ibitis. In solis longe fiducia telis:
Exarmatus erit, cum missile torserit, hostis.
Dextra movet iaculum, praetentat pallia laeva.
Cetera nudus eques. Sonipes ignarus habenae;
Virga regit. Non ulla fides, non agminis ordo.
Arma oneri, fuga praesidio. Conubia mille;
Non illis generis nexus, non pignora curae;
Sed numero languet pietas. Haec copia vulgi.
Umbratus dux ipse rosis et marcidus ibit

420—446 *deerant in* V, *sed suppleti sunt fol. pr. in margine superiore manu I; ad v. 420 m. II add.* h[i] dēt v̓s' q[i] s̄t ī p[a] pagina lib[i] *et manus III:* hic versus dsn̄t plurimi: quos in p[a] libri pagina scriptos invenies 421 Nerv[i]us V1 422 angusto (?) B 423 Leonis H *legisse dicit Clercqius* 424 ituros LV1 itur[os]us V iturus B 426 pronasque] profanas (que *om.*) B ‖ acomodat V accomodat V1 428 Tempus agi *cum nonnullis deterr.* H Tempus agit O ‖ pro me O romae *in margine editionis Basil., quod laudat Gesnerus* ‖ in a[i]qs, *in margine manus II add.* armis L 430 Civiles, *corr. m. II ex* Civeles B 432 barbariam V1 433 fremitus LV1 434 vestros g ‖ cōminus B cominus VLV1 435 *deerat, sed in margine ascr. m. II* V1 ‖ gladiisque VB galeisque LV1 galeisve *cum nonnullis deterr.* H 437 misile *(sic ex correctura m. II pro ?)* L 438 praetentant B ‖ pallia *nunc in* V *membrana maculata delituit* ‖ lęvis B 439 Cętera B ‖ sonipes ÷ (= *est*) V1 441 ouiu[honeri] *(sic)* V honeri V1 ‖ mille, *corr. m. II ex* nulle L 442 illis VB ullis V1 ulli L 444 Unbratus L

Unguentis crudusque cibo titubansque Lyaeo,
Confectus senio, morbis stuprisque solutus.
Excitet incestos turmalis bucina somnos,
Imploret citharas cantatricesque choreas,
Offensus stridore tubae discatque coactus,
Quas vigilat Veneri, castris impendere noctes.
Nonne mori satius, vitae quam ferre pudorem?
Nam quae iam regio restat, si dedita Mauris
Regibus Illyricis accesserit Africa damnis?
Ius Latium, quod tunc Meroe rubroque solebat
Oceano cingi, Tyrrhena clauditur unda,
Et cui non Nilus, non intulit India metas,
Romani iam finis erit Trinacria regni.
Ite recepturi praedo quem sustulit axem
Ereptumque Notum. Caput insuperabile rerum
Aut ruet in vestris aut stabit Roma lacertis.
Tot mihi debetis populos, tot rura, tot urbes
Amissas. Uno Libyam defendite bello.
Vestros imperium remos et vestra sequatur
Carbasa. Despectas trans aequora ducite leges.
Tertia iam solito cervix mucrone rotetur,
Tandem funereis finem positura tyrannis.
  Omina conveniunt dictis, fulvusque Tonantis

445 Unguentis V1 ‖ tytubansque L ‖ lieo VV1 lyęo B lyeo L 447 ingestos, *m. II corr. in* incestos V ‖ sompnos VL 448 cytharas L ‖ chorẹas B 449 strudore V1 451 Non nemori V Non nemori B ‖ quam vite ferre L 452 debita L 453 illiçitis (r c) V illiricis BLV1 ‖ affrica VLV1 ‖ dampnis VLV1 454 merore L 455—457 re[gni] *(incl.) restituit in* V *manus recentior* 455 Occino *(?)* V Occeano LV1 ‖ tirrena VV1 tyrrena L tyrręna B ‖ *In fine graviorem interpunctionem delevi.* 456 non] ñc (= *nunc*) V ‖ nylus B 457 *Interrogationis signum delevi.* 458 Ite — prędo *(sic) restituit in* V *manus recentior* ‖ axsem V1 459 Ereptumque *restituit in* V *manus recentior* ‖ nothum VL notum (h) V1 460 A[ut] *restituit manus recentior in* V ‖ ruret L ‖ vestris] nostris L 461 rura (vel iura) V rura BV1 iura L 462 lybiam VBL libiam V1 464 ducete, *corr. m. II in* ducite B 465 solito cervix VB cervix solito LV1 466 tirannis VLV1 467 Omía≡n *(sic)* V ‖ dictis L ducto≡ *(in rasura erat* s) V dicto V1 dictu B

Armiger ad liquidam cunctis spectantibus aethram
Correptum pedibus curvis innexuit hydrum.
Dumque reluctantem morsu partitur obunco,
Haesit in ungue caput: truncatus decidit anguis.
Ilicet auguriis alacres per saxa citati
Torrentesque ruunt, nec mons aut silva retardat.
Pendula ceu parvis moturae bella colonis
Ingenti clangore grues aestiva relinquunt
Thracia, cum tepido permutant Strymona Nilo:
Ordinibus variis per nubila texitur ales
Littera pennarumque notis inscribitur aer.
  Ut fluctus tetigere maris, tunc acrior arsit
Impetus: arripiunt naves ipsique rudentes
Expediunt et vela legunt et cornua summis
Associant malis. Quatitur Tyrrhena tumultu
Ora, nec Alpheae capiunt navalia Pisae.
Sic Agamemnoniam vindex cum Graecia classem
Solveret, innumeris fervebat vocibus Aulis.
Non illos strepitus impendentisque procellae
Signa, nec adventus dubii deterruit Austri.
  Vellite, proclamant, socii, iam vellite funem;
Per vada Gildonem quamvis adversa petamus.
Ad bellum nos trudat hiems. Per devia ponti

ad liquidam
468 ad liquidam — ęthram V a liquida — aethra B ob liquidam — ethram L ob liquidam — ethram V1 ‖ cuneis spectantibus *forte corrigendum esse putat* H3 469 Correptum VBL Collectum V1 *quod*
vel curuis
defendit H *et Gesnerus* ‖ seuis V ‖ idrum LV1 470 obuncho V1
b a
473 nec mons aut silva B mons nec aut silva V non mons non silva LV1 475 clangore VB clamore LV1 476 tracia LV1 ‖ cum] ꝓ (= *pro*) *in rasura pro* c̄ (?) L ‖ strimona LV1 ‖ nylo B 477 ales, *m. II corr. in* 'alis' *in* V alis BLV1 478 pinnarumque B
rum vel ligant
penaque L ‖ conscribitur V 481 legunt VL legunt B *quod cum milites castra navalia nondum movissent non erat respuendum* ligant V1
482 thirrena V tyrrena BL tirrena V1 483 hOra (*sic* h *add. m. II*) V Hora LV1 ‖ alfeę V alphę *(sic)* B alphee LV1 484 aga-
u vel solvite
mennoniam VB 486 strepitos V1 488 Vellite proclamant socii iam vellite funem V Solvite iam socii clamant aut rumpite funem
a
BLV1 489 gyldonem L ‖ petimus V1 490 trudit L ‖ hiemps VL ‖ perque avia V

Quassatis cupio tellurem figere rostris.
Heu nimium segnes, cauta qui mente notatis,
Si revolant mergi, graditur si litore cornix.
Ora licet maculis asperserit occiduus Sol
Lunaque conceptis livescat turbida Cauris
Et contusa vagos iaculentur sidera crines.
Imbribus umescant Haedi, nimbosaque Taurum
Ducat Hyas totusque fretis descendat Orion:
Certa fides caeli, sed maior Honorius auctor.
Illius auspiciis immensa per aequora miles,
Non Plaustris Arctove regor. Contemne Booten,
Navita, turbinibus mediis permitte carinas.
Si mihi tempestas Libyam ventique negabunt,
Augusti Fortuna dabit. Iam classis in altum
Provehitur: dextra Ligures Etruria laeva
Linquitur et caecis vitatur Corsica saxis.
Humanae specie plantae se magna figurat
Insula, Sardiniam veteres dixere coloni,
Dives ager frugum, Poenos Italosve petenti
Opportuna situ. Quae pars vicinior Afris,
Plana solo, ratibus clemens, quae respicit Arcton,
Immitis, scopulosa, procax subitisque sonora
Flatibus. Insanos infamat navita montes.

492 cauta] capta L 493 littore L 494 aspexerit *(sic)* L 495 turbida [vel turgida] V turgida BLV1 ‖ auris [choris] V *unde restitui ubique* 'Cauris', *quod in eo latere nemo non videt* choris BLV1 496 contusa gLV1 concussa VB ‖ sydera BL 497 humescant O ‖ hędi B hedi VLV1 (*in* V1 *deerat, sed superscr. m. II*) 498 hias V1 ‖ descendit[a] L 499 auctor] actor V1 501 arthove V1 athove[r] L arctoque VB ‖ regor BL regor[a] V regar V1 ‖ contempne O ‖ bootē VB bootem L boetem V1 503 lybiam VBL libiam V1 ‖ negabant[u] V 505 ligurges V1 506 cęcis B cecis V cesis[c] L cessis (*in marg. m. II add.* cecis) V1 celsis *coniecisse* H *testatur Clercqius* ‖ chorsica V1 507 specie (in *omissum*) VBL spem V1 in speciem *ex nonnullis deterr.* H 508 sardiniam VBV1 sardyniam V1 509 poenos] pios [penos] V1 510 Oportuna O ‖ affris LV1 511 ratibusq; *(sic)* V1 ‖ arcthon L 513 Flatibus [vel fluctibus] V Flatibus BV1 Fluctibus [vel flatibus] L

Hinc hominum pecudumque lues, hinc pestifer aer
Saevit et exclusis regnant Aquilonibus Austri.
Quos ubi luctatis procul effugere carinis,
Per diversa ruunt sinuosae litora terrae.
Pars adit antiqua ductos Carthagine Sulcos,
Partem litoreo complectitur Olbia muro.
Urbs Libyam contra Tyrio fundata potenti
Tenditur in longum Caralis tenuemque per undas
Obvia dimittit fracturum flamina collem:
Efficitur portus medium mare tutaque ventis
Omnibus ingenti mansuescunt stagna recessu.
Hanc omni petiere manu, prorisque reductis
Suspensa Zephyros exspectant classe faventes.

RELIQVA DESVNT.

514 *et* 515 *deerant*, *sed manu II in margine add.* V 516 Quos montes ubi V1 ‖ iactatis g ‖ carinis L (—is *ex corr. m. II pro?*) 517 *manu II in marg.; nam deerat* L ‖ littora VL 518 kartagine VL cartaginæ *(sic)* V1 ‖ sulcos VB muros LV1 519 *deerat in* V1, *sed in marg. m. II add.* ‖ littoreo L ‖ ol^{v}bia *(sic)* V obuia BL olbia V1 520 lybiam VB libiam V1 ‖ tirio LV1 ‖ potenti] parenti B 521 calaris L cmt^{cerat} *(sic)* V1 ‖ undas O undam *nonnullae editt. cum deter.* 522 f^{r}acturum V 526 zefiros V1 ‖ expectant O ‖ fa[illegible]ventes B ‖ *Finis desideratur. Cf. L. Jeep, Rivista di filologia II, p. 426 seq. et Mus. Rhenan. 1873, p. 292 seq.* ‖ EXPLICIT DE BELLO GILONIS. INCIPIT LAVS STILICONIS LIBRI NVMERO ·III· V ‖ CLAVDIANI DE BELLO GILDONICO EXPLICIT B

CL. CLAUDIANI
DE
MANLII THEODORI
CONSULATU

PRAEFATIO. (XVI.)

Audebisne precor doctae subiecta catervae
Inter tot proceres nostra Thalia loqui?
Nec te fama vetat, vero quam celsius auctam
Vel servasse labor vel minuisse pudor?
An tibi continuis crevit fiducia castris
Totaque iam vatis pectora miles habet?
Culmina Romani maiestatemque senatus
Et quibus exsultat Gallia cerne viros.
Omnibus audimur tetris mundique per aures
Ibimus. Ah nimius consulis urget amor!
Iuppiter, ut perhibent, spatium cum discere vellet
Naturae, regni nescius ipse sui
Armigeros utrimque duos aequalibus alis
Misit ab eois occiduisque plagis.
Parnasus geminos fertur iunxisse volatus;
Contulit alternas Pythius axis aves.
Princeps non aquilis terram cognoscere curat.

INCIPIT DE CONSVLATV MANLII TEODORI V ‖ Liber Tertius decimus. De scđo consulatu Theodosii L ‖ *In margine manus rec. add. in* V1 Cl. Claudiani prologus in panegyricum Manlii Theodosii coñ; *manus II add. praeterea in margine codicis* V1 ꝓlogus ad librum sequentem de ũ cȯ teodori 1 tante[vel docte] V 2 talia LV1 3 auctam GV actam LV1 5 Num *pro* An *voluisse* H *testatur Burmannus* 6 pecctora V1 8 exultat O 9 muris[ter] L 10 ac[ha] V hah L a[ha] V1 ‖ consule[is] surget V 11 Iupiter LV1 ‖ ꝑhibent V1 13 utrinque L 16 pitius G phitius LV1

Certius in vobis aestimat imperium.
Hoc ego concilio collectum metior orbem:
Hoc video coetu quidquid ubique micat.

CL. CLAUDIANI
DE CONSULATU
MANLII THEODORI
PANEGYRICUS. (XVII.)

Ipsa quidem virtus pretium sibi solaque late
Fortunae secura nitet nec fastibus ullis
Erigitur plausuve petit clarescere vulgi.
Nil opis externae cupiens, nil indiga laudis,
Divitiis animosa suis immotaque cunctis
Casibus ex alta mortalia despicit arce.
Attamen invitam blande vestigat et ultro
Ambit honor. Docuit totiens a rure profectus
Lictor et in mediis consul quaesitus aratris.
Te quoque naturae sacris mundique vacantem,
Emeritum pridem desudatisque remotum
Iudiciis, eadem rursum complexa potestas

m
18 uobis G nobis, *corr. manu II ex* vobis V nobis LV1 || estuat
i i vel in orbe
(= *aestimat*) L 20 quicquid VV1 qq L || ubique V ubique L in orbe V1

Titulus deest in VL || *Nullum spatium relictum in* VV1 || *In* V1 *manu quadam in dextro margine ascr.* lib̄ d̄ scd̄o consut theodori; *manu rec. in margine praeterea add.* Claudiani Panegyricus in cons. — li (*initium nominis* 'Manlii' *nunc abscisum est*) Theodori.

vel ci
1 precium (= *precium est*) V 2 uiret L || fastibus L

x
3 plausuque V 4 hestne *(sic)* V1 7 Et tamen V At tamen L 8 honos *editt. post* H || decuit *maluit* H2H3 9 Victor *vel potius* Ductor *vel quod vellet in codice aliquo exstaret* docuit toties ad rura

u
profectus *Burmannus* || consul quaesitus GL consul quaesitis V1
elaboratis
quaesitus consul V 11 desudatisque V || *v. 11 deerat in* V1, *manus II add. in marg.* 12 rursum G rursus O

Evehit et reducem notis imponit habenis.
Accedunt trabeae. Nil iam Theodore relictum,
Quo virtus animo crescat vel splendor honore.
Culmen utrumque tenes. Talem te protinus anni
Formavere rudes et dignum vita curuli
Traxit iter primaeque senes cessere iuventae.
Iam tum canities animi, iam dulce loquendi
Pondus et attonitas sermo qui duceret aures:
Mox undare foro victrix opulentia linguae
Tutarique reos. Ipsa haec amplissima sedes
Orantem stupuit, bis laudatura regentem.
Hinc te pars Libyae moderantem iura probavit,
Quae nunc tota probat. Longi sed pignus amoris
Exiguae peperere morae populumque clientem
Publica mansuris testantur vocibus aera.
Inde tibi Macetum tellus et credita Pellae
Moenia, quae famulus quondam ditavit Hydaspes,
Tantaque commissae revocasti gaudia genti
Mitibus arbitriis, quantum bellante Philippo
Floruit aut nigri cecidit cum regia Pori.
  Sed non ulterius te praebuit urbibus aula:
Maluit esse suum. Terris edicta daturus,
Supplicibus responsa venis: oracula regis
Eloquio crevere tuo, nec dignius unquam
Maiestas meminit sese Romana locutam.
Hinc sacrae mandantur opes orbisque tributa
Possessi, quidquid fluviis evolvitur auri,
Quidquid luce procul venas rimata sequaces

13 nothis L 14 teodore O 15 aio vtus *(sic)* V1 ‖ campo *pro* animo *temptat Paulus Quaest. Claud. p. 6* 18 Traxit O Stravit *coniecit* H2H3 Rexit *coniecit Burmannus* Carpsit *satis ineleganter coniecit Schraderus* 19 tum GV tunc L nunc V1 20 diceret [u] V1 21 undante [R] L 24 libye V lybie L libie V1 25 tunc V1 ‖ tota G 27 mansuetis [vel ris] L ‖ aere *corr. m. II in* aera V era [vel ora] L era V1 28 macetum GV macedum LV1 ‖ credita G ‖ credita pelle LV1 credit — apelle *(sic)* V 29 dictavit L ‖ hidaspes V idaspes LV1 30 revocasti [vel renovasti] V 33 aula urbibus *(sic)* V1 35 Suplicibus V 37 loquutum V 39 quicquid O 40 Quicquid O ‖ lue [c] V1 ‖ secaces V1 ‖ venae — sequaris *coniecit Schraderus*

Abdita pallentis fodit sollertia Bessi.
Ac velut expertus lentandis navita tonsis
Praeficitur lateri custos; hinc ardua prorae
Temperat et fluctus tempestatesque futuras
Edocet: assiduo cum Dorida vicerit usu,
Iam clavum totamque subit torquere carinam:
Si cum clara diu rerum documenta dedisses,
Non te parte sui, sed in omni corpore sumpsit
Imperium cunctaque dedit tellure regendos
Rectores. Hispana tibi Germanaque Tethys
Paruit et nostro diducta Britannia mundo:
Diversoque tuas coluerunt gurgite voces
Lentus Arar Rhodanusque ferox et dives Hiberus.
O quotiens doluit Rhenus, qua barbarus ibat,
Quod te non geminis frueretur iudice ripis!
Unius sit cura viri, quodcumque rubescit
Occasu, quodcumque dies devexior ambit.
Tam celer assiduos explevit cursus honores.
Una potestatum spatiis interfuit aetas
Totque gradus fati iuvenilibus intulit annis.
Postquam parta quies et summum nacta cacumen,
Iam secura petit privatum gloria portum;

41 Abdeta[i] L 42 velud LV1 ‖ expertus *coniecit Barthius et olim* H, *idem Schraderus*, exertus GO (*sed in* V *sic* exertus[vel ereptus vel erectus]) ‖ letandis V1 43 lacti (= *lacerti*), *corr. m. II in* lacti (= *lateri*) L ‖ lateri custos V (*in rasura erat* s) 44 futuras V futuras[vel sonoras] V1 sonoras L 46 carine *corr. manus II in* carinā V 47 rerum GLV1 mentis V ‖ dedisset, *in marg. m. II* dedisses L 48 sui *editt. cum nonnullis deterr.* sua GO ‖ sumsit G sumpsit[vel fudit] L sumpsit VV1 49 Imperiumq; *(sic)* V1 50 thetis O 52 coluerunt] tollunt in V1 53 rodanusque LV1 ‖ ferox G ferox[vel celer] V celer LV1 ‖ hiberos[u] *(sic)* V hiberus LV1 54 renus V1 55 vindice *voluit Scriverius* 56 tepescit *pro* rubescit *coniecit Schraderus* 57 Occasu V Occasum G Occasus L Occeanus V1 ‖ devectior[x] V devex̄ (= *deverit*), *corr. m. II in* devex[ior] L ‖ anbit L 59 interfuit[vel intervenit] V ‖ *Hunc versum 59 expunxit Hertel l. c. p. VI—VII* ‖ aetas O aestas Gg 60 iuvenilibus O iuvenalibus G ‖ fati O fatum *voluit Burmannus*, *quod laudat Koenigius*, *sed vide quae exposuit ad h. l. Gesnerus*.

Ingenii redeunt fructus aliique labores,
Et vitae pars nulla perit. Quodcumque recedit
Litibus, incumbit studiis animusque vicissim
Aut curam imponit populis aut otia musis.
Omnia Cecropiae relegis secreta senectae
Discutiens, quid quisque novum mandaverit aevo
Quantaque diversae producant dogmata sectae.
Namque aliis princeps rerum disponitur aer,
Hic confidit aquis, hic procreat omnia flammis.
Alter in Aetnaeas casurus sponte favillas
Dispergit revocatque deum rursumque receptis
Nectit amicitiis quidquid discordia solvit.
Corporis hic damnat sensus verumque videri
Pernegat. Hic semper lapsurae pondera terrae
Conatur rapido caeli fulcire rotatu
Accenditque diem praerupti turbine saxi.
Ille ferox unoque tegi non passus Olympo
Immensum per inane volat finemque perosus
Parturit innumeros angusto pectore mundos.
Hi vaga collidunt caecis primordia plagis.
Numina constituunt alii casusque relegant.
  Graiorum obscuras Romanis floribus artes
Irradias vicibus gratis formare loquentes

vel fluctus que
63 fructus VL fluctus *corr. m. II ex* fructus V1 ‖ alieni L
64 recidit *forte scribendum putat* H2H3 ‖ recidit Litibus, inpendit studiis *coniecit Burmannus* 66 inponit VV1 ĩponit L impendit H2H3 67 cecropiae G cicropie LV1 ‖ retegis *coniecit Schraderus* ‖ decreta *voluit*
vel qđq;
Paul Quaest. Claud. p. 15 68 quid quisque V quid quisque L quodcunque (*in marg. m. II* quod quisque) V1 quod quisque novi *proponit* H2H3 69 producant GO ‖ prodant certamina *temptat Paul l. c. p. 16*
p
dogmata *scripsi cum Burmanno* agmina O 70 princes L 71 confidit G
n
72 etheas V ethneas LV1 73 deum (*in marg. m. II* vel diem .i.
i i
vitam) V deum V1 die (*sup.* e *lineola* erasa) L 74 quicquid V1 qqd L
75 damnat G dampnat O 76 lapsuræ *(sic)* V1 77 celi rapido V1
c e saxi
78 Asenditque L ‖ turbinis axe V turbin[e s]axo, [e s] *in ras.* L
u
79 olimpo O 80 perosos V 81 Parturit VL Concipit V1 82 Hii
l
O ‖ conlidunt V ‖ plagis VL causis, *in marg. m. II* vel plagis V1 84
a i
obscuros V 85 grates L ‖ formare G

Suetus et alterno verum contexere nodo.
Quidquid Socratico manavit ab ordine, quidquid
Docta Cleantheae sonuerunt atria turbae,
Inventum quodcumque tuo Chrysippe recessu,
Quidquid Democritus risit dixitque tacendo
Pythagoras: uno se pectore cuncta vetustas
Condidit et maior collectis viribus exit.
Ornantur veteres et nobiliore magistro
In Latium spretis academia migrat Athenis,
Ut tandem propius discat, quo fine beatum
Dirigitur, quae norma boni, qui limes honesti,
Quaenam membra sui virtus divisa domandis
Obiectet vitiis, quae pars iniusta recidat,
Quae vincat ratione metus, quae frenet amores;
Aut quotiens elementa doces semperque fluentis
Materiae causas, quae vis animaverit astra
Impuleritque choros, quo vivat machina motu,
Sidera cur septem retro nitantur in ortus
Obluctata polo, variisne meatibus idem
Arbiter, an geminae convertant aethera mentes,
Sitne color proprius rerum, lucisne repulsu
Eludant aciem, tumidos quae luna recursus
Nutriat Oceani, quo fracta tonitrua vento,

87 Quidquid G Quicquid O ‖ agmine *pro* ordine *hariolatur Schraderus* ‖ quidquid G quicquid VV1 $\overset{i\ i}{\text{qqd}}$ L 88 $\overset{c}{\text{l}}$oanthee V chloantee L cloanthee V1 ‖ $\overset{r}{\text{t}}$ube L 89 chrisyppe V crisippe LV1 90 Quicquid VV1 ‖ $\overset{\text{vel didicit}}{\text{dixitque}}$ V 91 Pytagoras V Pitagoras LV1 93 nobiliores V1 94 $\overset{\text{de}}{\text{achamia}}$ V achademia (*corr. m. II ex* achedemia) L 95 discat *ex corr. pro* discas L 96 $\overset{\text{is}}{\bar{\text{q}}}$limes (s *supra* q *add. m. II*) V quis limes LV1 97 menbra VL ‖ domandis G 98 recedat, *corr. m. II in* recidat V *idem in* L recidit V1 100 Aut, *in marg. m. II* vel ha V $\overset{\text{ha}}{\text{Au}}$ (= *aut*) L 102 Impuleritque G ‖ choros LV1 chaos, *in marg. manus II* vel choros V ‖ $\overset{\text{vel vincat}}{\text{vivat}}$ L 103 Sydera L 104 variisne GVV1 variisque L 105 ethera GO 106 lucisne GV $\overset{\text{vel que}}{\text{lucisne}}$ V1 lucisque L ‖ repulsu VV1 repulsus L ‖ lucisve repulsus Eludant aciem *voluit Barthius* 107 quo luna, *ut ad* 'vento' *referretur,* H *olim voluisse tradit Burmannus* 108 occeani O ‖ qo[illegible] V ‖ fracta V $\overset{\text{vel fracta}}{\text{fc̄a}}$ (= *facta*) L $\overset{r}{\text{f}}$acta V1

Quis trahat imbriferas nubes, quo saxa creentur
Grandinis, unde rigor nivibus, quae flamma per auras
Excutiat rutilos tractus aut fulmina velox
Torqueat aut tristem figat crinita cometen.
Iam tibi compositam fundaverat ancora puppim;
Telluris iam certus eras: fecunda placebant
Otia, nascentes ibant in saecula libri,
Cum subito liquida cessantem vidit ab aethra
Iustitia et tanto viduatas iudice leges.
Continuo frontem nimbo velata pudicam
Deserit Autumni portas, qua vergit in Austrum
Signifer et noctis reparant dispendia Chelae.
Pax avibus, quacumque volat, rabiemque frementes
Deposuere ferae. Laetatur terra reverso
Numine, quod prisci post tempora perdidit auri.
Illa per occultum Ligurum se moenibus infert
Et castos levibus plantis ingressa Penates
Invenit aetherios signantem pulvere cursus,
Quos pia sollicito deprendit pollice Memphis:
Quae moveant momenta polum, quam certus in astris

109 Quis VV1 Quid L ‖ inbriferas V1 ‖ creentur GV ruantur [vel rotantur] L feruntur, *in marg. m. II* creentur V1 110 nutibus, *corr. m. II in* nivibus L ‖ flamma — Excutiat *codex Claverii et Scaliger* flabra ul aurę [p auras] *(sic)* flabra V flabra per auras LV1 LV1 111 Excutiat [n] V Excutiant LV1 ‖ fulmina [vel flumina] VL fulmina V1 112 fi[illegible]gat (*pro* fugat) L ‖ crinita cometē V crinita cometem V1 stellata [vel crinita] cometē L 113 anchora VL 114 fecunda *deterr.* facunda O ‖ placebant LV1 iacebant V 115 libri[illegible] (*in ras. erat* s) V1 116 aethra G ethra O 117 iudice VL iudicis [e] V1 vindice *malit Burmannus et coniecit Schraderus* 118 nimbo *Scaliger cum nonnullis deterr.* limbo VV1 linbo L ‖ vela [ta] *(sic)* V1 119 vel Detegit *qui excerpsit ex* G *notavit* ‖ autumpni LV1 120 nothis [c] L 112 quecūque, *corr. manus rec. in* quacūque V quacumque LV1 122 ~~letat̃ ferre~~ letat̃ terra reverso *(sic)* V1 124 uastis [ligurū] V ligurum LV1 125 plantis GVV1 plaustris L ‖ ingressa G 126 in *quod in edit. pr. Flor. ante* pulvere *erat ex* G *deletum est* 127 deprendit GVL deprehendit V1 ‖ menphys V 128 foveant *olim temptavit* H_2H_3

Error, quis tenebras solis lucisque meantem
Defectum indicat numerus, quae linea Phoeben
Damnet et excluso pallentem fratre relinquat.
Ut procul aspexit fulgentia virginis ora
Cognovitque deam, vultus veneratus amicos
Occurrit scriptaeque notas confundit harenae.
Tum sic diva prior: Manli, sincera bonorum
Congeries, in quo veteris vestigia recti
Et ductos video mores meliore metallo:
Iam satis indultum studiis, Musaeque tot annos
Eripuere mihi. Pridem te iura reposcunt.
Aggredere et nostro rursum te redde labori,
Nec tibi sufficiat transmissae gloria vitae.
Humanum curare genus quis terminus unquam
Praescripsit? Nullas recipit prudentia metas.
Adde, quod haec multis potuit contingere sedes.
Sed meriti tantum redeunt actusque priores
Commendat repetitus honos virtusque reducit,
Quos fortuna legit. Melius magnoque petendum
Credis in abstrusa rerum ratione morari?
Scilicet illa tui patriam praecepta Platonis
Erexere magis, quam qui responsa secutus
Obruit eoas classes urbemque carinis
Vexit et arsuras Medo subduxit Athenas?
Spartanis potuit robur praestare Lycurgus
Matribus et sexum leges vicere severae,

129 solis GO (*sic:* sot *in* L) soli *cum nonnullis deterr.* H ‖ lucisque *scripsi* causisque O 130 indicat GV1 indicit V dicat [s] L ‖ phebē L phebem V1 131 Dampnet O 132 pallentia, *in marg. manu II add.* fulgentia V1 133 Agnovitque V1 ‖ veneratus GV veneratur LV1 135 Tum G Tunc O ‖ manli GO 136 veterum [vel veteris] V1 138 indultum (l *in rasura*) L 139 michi V 140 rursum V rursus LV1 143 Praescriptus *malit Burmannus* 144 multis potuit GV potuit multis LV1 145 meriti V meritis (s *add. m. II*) L meritis V1 ‖ fastusque priores H (?) *coniecisse tradit Burmannus* 147 legit *coniecit* H regit O dedit *vel* gerit *coniecit Barthius* 148 in G ‖ in abstrusa V in obstrusa V1 ab intrusa [in abs] L ‖ ,,rone,, rerum *(sic)* V1 ‖ merori, *corr. m. II in* morari V 150 sequutus V 151 urbemque G 153 Sparthanis L ‖ lycursus V ligurgus [ligurgus] LV1

Civibus et vetitis ignavo credere muro
Tutius obiecit nudam Lacedaemona bellis.
At non Pythagorae monitus annique silentes,
Famosum Oebalii luxum pressere Tarenti.
Quis vero insignem tanto sub principe curam
Respuat? Aut quando meritis maiora patebunt
Praemia? Quis demens adeo, qui iungere sensus
Cum Stilichone neget? Similem quem protulit aetas
Consilio vel Marte virum? Nunc Brutus amaret
Vivere sub regno, tali succumberet aulae
Fabricius, cuperent ipsi servire Catones.
Nonne vides, ut nostra soror Clementia tristes
Obtundat gladios fratresque amplexa serenos
Assurgat Pietas, fractis ut lugeat armis
Perfidia et laceris morientes crinibus hydri
Lambant invalido Furiarum vincla veneno?
Exsultat cum Pace Fides. Iam sidera cunctae
Liquimus et placidas inter discurrimus urbes:
Nobiscum Theodore veni. Subit ille loquentem
Talibus: Agrestem dudum me diva reverti
Cogis et infectum longi rubigine ruris
Ad tua signa vocas? Nam quae mihi cura tot annis
Altera, quam duras sulcis mollire novales,
Nosse soli vires, nemori quae commoda rupes,

156 nudam G ‖ lacedemoia V1 157 *deerat in* V1, *sed add. manus I* ‖ pytagore V phitagore L pitagore V1 ‖ silentis (e *sup.* i) V 158 hybalii (e *sup.*) V ‖ tarenti (vel talenti *sup.*) V talenti LV1 160 quando V qn̄ LV1 162 *Deest in* V ‖ stilicone LV1 ‖ quem G q̄ (= *quem*) LV1 quae *editt.* ‖ protulit G 163 Co (v *sup.*) (o *ex corr. pro* u) si—li—o (*totum* = consilio *pro* Cum stilicone) V ‖ nunc *deerat, m. II sup. lin. add.* V1 164 tali— V succunberet L procumberet (sub *sup.*) V1 167 Obtundat G ‖ fratresque G 169 idri LV1 171 Exultat O Exsultet *ut a superioribus oratio dependeat malit* H ‖ sidera G ‖ cuncte G 172 Liquimus GVV1 Linquimus L ‖ edes (urbes *sup.*) L 173 teodore L ‖ veni G redis V redi LV1 ‖ subdit V1 175 longe (i *sup.*) V 176 nam que GV nunquam L (*sic:* n̄q, u *sup.*) V1 ‖ annis VV1 annos L 177 duris (a *sup.*) L 178 accommoda H *maluisse testatur Burmannus*

Quis felix oleae tractus, quae glaeba faveret
Frugibus aut quales tegeret vindemia colles?
Terribilis rursum lituos veteranus adibo
Et desueta vetus temptabo caerula vector?
Collectamque diu et certis utcumque locatam
Sedibus in dubium patiar deponere famam?
Nec me quid valeat naturae fortior usus
Praeterit aut quantum neglectae defluat arti.
Desidis aurigae non audit verbera currus,
Nec manus agnoscit, quem non exercuit, arcum.
Esse sed iniustum fateor quodcumque negatur
Iustitiae. Tu prima hominem silvestribus antris
Elicis et foedo deterres saecula victu,
Te propter colimus leges animosque ferarum
Exuimus. Nitidis quisquis te sensibus hausit,
Irruet intrepidus flammis, hiberna secabit
Aequora, confertos hostes superabit inermis:
Ille vel Aethiopum pluviis solabitur aestus,
Illum trans Scythiam vernus comitabitur aer.
Sic fatus tradente dea suscepit habenas
Quattuor ingenti Iuris temone refusas.
Prima Padum Tiberimque ligat crebrisque micantem
Urbibus Italiam, Libyas Poenosque secunda
Temperat, Illyrico se tertia porrigit orbi,

179 gleba O 180 et quales V aut quales LV1 ‖ legeret *coniecit Burmannus* ‖ vindemia O vindimia G 181 Terribilis GV Terribiles LV1 182 vector G 183 Collectamque G 184 seponere *olim coniecisse* H *testatus est Burmannus* me ponere *proponit idem Burmannus* 185 naturę (a *supra*) V naturæ V1 natura L 187 cursus (r *supra*) V 188 quem V q̄ (= *quae*) LV1 191 deterres *scripsi* deterges (+ *supra*) *(sic)* G detergis O 193 Exuimur *maluit* H2H3 194 Irruit V 195 consertos L ‖ inermis (*alterum* i *in ras. m. I*) V1 196 nec Aethiopum *proponit Burmannus* ‖ fluviis L ‖ estus solabitur aer *(sic)* V1 197 *deerat in* V1, *sed m. II in marg. add.* ‖ scithiam L scitiam V1 ‖ vernius V 198 trade, dea (te *supra*) *(sic)* V1 199 Quatuor O ‖ te — onere — fusas *(sic)* V themone refusas LV1 200 tiberimque VV1 tiberinque L trebiamque *coniecit Blondellus apud* H 201 libyas *Scaliger cum nonnullis deterr.* lydos V lidos LV1 numidas *olim temptavit* H 202 ilirico se tercia porrigit orbi L illirico se tercia porrigit orbi V1 illyricas nā tercia protegit urbes V

Ultima Sardiniam, Cyrnum trifidamque retentat
Sicaniam et quidquid Tyrrhena plangitur unda
Vel gemit Ionia. Nec te tot culmina rerum
Aut tantum turbavit onus. Sed ut altus Olympi
Vertex, qui spatio ventos hiemesque relinquit,
Perpetuum nulla temeratus nube serenum,
Celsior exsurgit pluviis auditque ruentes
Sub pedibus nimbos et rauca tonitrua calcat:
Sic patiens animus per tanta negotia liber
Emergit similisque sui iustique tenorem
Flectere non odium cogit, non gratia suadet.
Nam spretas quis opes intactaque pectora lucro
Commemoret? Fuerint aliis haec forte decora:
Nulla potest laus esse tibi, quae crimina purget.
Servat inoffensam divina modestia vocem,
Temperiem servant oculi nec lumina fervor
Asperat aut rabidas suffundit sanguine venas
Nullaque mutati tempestas proditur oris.
Quin etiam sontes expulsa corrigis ira

203 cyrnum G cirnũ[smirnã] V syriam L sirinũ[c] V1 204 quidquid G quicquid O ‖ thyrrena V ‖ tyrrena L tirrena V1 plangitur *scripsi (cf. Ov. Ep. XVIII, 121 planguntur litora fluctu)* funditur G funditur unda VL tot limina rerum[funditur unda] (*in marg.* vel refunditur) V1 tunditur unda *cum nonnullis deterr. Scaliger* 205 *deerat, m. II add. in margine in* V1 ‖ yonia LV1 ‖ tot culmina *cum Claverio* H *et ego*, lumina G tot lumina[vel li] V tot li⁼mina (*pro* lumina) L tot limina V1 molimina *nonnulli deterr. quos Gesnerus secutus est* tot molimina *coniecit* H 206 turbabit[u] V ‖ onus[h] V honus LV1 ‖ altus *in marg. add. m. I in* V, *nam deerat* altus altus V1 ‖ olimpi LV1 207 reliquit V1 209 exurgit O ‖ ruentis[e] V 211 animus VV1 animo sub, *corr. m. II in* animus L animi *cum nonnullis deterr. malebat* H ‖ negotia] tonitrua V1 212 'animi' *in v. 211 servato Paul. Quaest. Claud. p. 9 proposuit* 'Emergis similisque tui' ‖ tenorem[r] V1 rigorem *temptat Burmannus* 214 lucto V1 ‖ Nam spretas quid opes intactaque pectora lucro Commemorem? *melius fore putat* H2H3 215 decori[a] V 218 servat oculis L 219 rabidas V1 rapidas V rapidas[b] L ‖ diffundit L ‖ rabies suffundit sanguine venas *proponit Burmannus* 220 tepestas V1 221 corripis *pro* corrigis *coniecit Schraderus*

Et placidus delicta domas. Nec dentibus unquam
Instrepis horrendo fremitu nec verbera poscis.
Qui fruitur poena ferus est legumque videtur
Vindictam praestare sibi: cum viscera felle
Canduerint, ardet stimulis ferturque nocendi
Prodigus, ignarus causae. Dis proximus ille est,
Quem ratio non ira movet, qui facta rependens
Consilio punire potest: mucrone cruento
Se iactent alii, studeant feritate timeri
Addictoque hominum cumulent aeraria censu.
  Lene fluit Nilus, sed cunctis amnibus exstat
Utilior nullo confessus murmure vires.
Acrior, at placidus tacitas praetermeat ingens
Danubius ripas. Eadem clementia sani
Gurgitis immensum deducit in ostia Gangen.
Torrentes immane fremant lassisque minentur
Pontibus, involvant spumoso vertice silvas.
Pax maiora decet; peragit tranquilla potestas
Quod violenta nequit mandataque fortius urget
Imperiosa quies. Idem praedurus iniquas
Accepisse preces, rursus quae digna petitu

um re
223 horrendo V horrendum LV1 ‖ ,poscis L 227 diis LV1 ‖ ille est O est *omisit* H
punire g
229 munire V punire L punire *(sic)* V1 230 aliis V ‖
u vel timeri
stideant L ‖ tiranni V1 ‖ tumeant feritate tyranni temptavit *Burmannus*
u
231 aeraria V 232 Leve L ‖ sed cunctis LV1 cunctis sed V ‖ ampnibus L annibus V1 amantibus V ‖ cunctis sed et amnibus
i
coniecit H_2H_3 ‖ extat O 233 Utilor V1 ‖ nullo V nullas LV1 234
+ et
ad *(sic)* G ac VV1 aut L ‖ Acrior, at placidus *scripsi (cf. Ov. Met. I, 702; IX, 95), ut sententia sit, Danubium Nilo acriorem, non tamen feroxem esse* ‖ nullas confessus murmure vires, Carior at rapidis. Tacitas cet. *proposuit Barthius* ‖ Acrior it cet. *coniecit Gevartius* Acrior at tractu cet. *temptavit Burmannus* ‖ Pannoniae (*vel* Illyrici) trepidas *Paul. Quaest. Claud. p. 28* ‖ tacitas V tactas L tacitas V1 tacitus *Paul l. c.* 235 sani
a sani
GV sextii, *corr. m. II* in sexui *(sic)* L sevi V1 236 deducit O diducit
vel laxis +
H ‖ hostia LV1 237 lassisque V lassusque G *(sic)* lassisque LV1 *malim* fessisque *(cf. Forbiger ad Verg. Aen. I, v. 168)* 239 Pax ☰ (*pro* Pars) L ‖ decet G 240 nequid V1 242 Acepisse V1

Largitor facilis, nec, quae comitatur honores,
Ausa tuam leviter temptare superbia mentem.
Frons privata manet: non se meruisse fatetur
Qui crevisse putat, rigidi sed plena pudoris
Elucet gravitas fastu iucunda remoto.
Quae non seditio, quae non insania vulgi
Te viso lenita cadat? quae dissona ritu
Barbaries, medii quam non reverentia frangat?
Vel quis non sitiens sermonis mella politi
Deserat Orpheos blanda testudine cantus?
Qualem te legimus teneri primordia mundi
Scribentem aut partis animae per singula, talem
Cernimus et similes agnoscit pagina mores.
  Nec dilata tuis Augusto iudice merces
Officiis illumque habitum, quo iungitur aulae
Curia, qui socio proceres cum principe nectit,
Quem quater ipse gerit, perfecto detulit anno
Depositque suas te succedente curules.
  Crescant virtutes fecundaque floreat aetas:
Ingeniis patuit campus certusque merenti
Stat favor. Ornatur propriis industria donis.
Surgite sopitae, quas obruit ambitus, artes.
Nil licet invidiae, Stilicho dum prospicit orbi
Sidereusque gener. Non hic violata curulis,

243 Largitor [illegible] Largitur [or] V1 Largior et G Largior [t] et V Largiri H *olim coniecit cum deterr.* 245 Frons G ‖ non LV1 nec V 246 rigida [i] V 247 fastu G ‖ iocunda O ‖ remoto GV modesto [re] L modesto V1 250 medii *cum nonnullis deterr.* H media V mediam V1 media, *sup* a *ras. in qua erat lineola* m *significans* L Medo *coniecit Scaliger* 252 Deserat O Deferat *malit Barthius* orfeos V ‖ formidine [testudine] V ‖ orphea blandos *malit Burmannus* 254 partis G partes O ‖ adēpte [talem] V 256 Nec V Non LV1 ‖ delata [i] V 258 Curiis (?), *corr. m. II ex* Curia (?) L ‖ socio V socios LV1 259 quater G 261 Crescant V Crescite LV1 ‖ fecundaque floreat O fecunda refloruit *Gesnerus cum nonnullis deterr.* 262 Ingenii L ‖ patuit VL pateat V1 *Non defenderim cum Gesnero perfectum, forte* 'Ingeniisque patet' ‖ campos [u] V 263 Stet V1 ‖ labor [vel favor] V 265 stilico LV1 ‖ q dum L

Turpia non Latios incestant nomina fastos.
Fortibus haec concessa viris solisque gerenda
Patribus et Romae nunquam latura pudorem.
  Nuntia votorum celeri iam Fama volatu
Moverat Aonios audito consule lucos,
Concinuit felix Helicon fluxitque Aganippe
Largior et docti rubuerunt floribus amnes.
Uranie redimita comas, qua saepe magistra
Manlius igniferos radio descripserat arcus,
Sic alias hortata deas: Pàtimurne sorores
Optato procul esse die? nec limina nostri
Consulis et semper dilectas visimus aedes?
[Notior est Helicone domus. Gestare curules]
En fasces subiisse libet: miracula plebi
Colligite et claris nomen celebrate theatris.
Tu Iovis aequorei submersam fluctibus aulam
Oratum volucres Erato iam perge quadrigas,
A quibus haud unquam palmam rapturus Arion.
Illustret circum sonipes, quicumque superbo
Perstrepit hinnitu Baetin, qui splendida potat
Stagna Tagi madidoque iubas aspergitur auro.

267 infe[c]stant V ‖ nomina VV1 nomine *corr. m. II in* nomina L 269 lat‖ra (*in rasura* r *legebatur, quod m. II corr. in* u) V1 272 Concinuit G ‖ elicon V1 273 rubuerunt V riserunt LV1 ampnes L annes V1 274 di[re]rimita V 275 Manlius VL Manleus *corr. m. II in* Manlius V1 ‖ ignifera[o]s V1 ‖ radio≡ (*in ras. erat* s) L ortus[axes] V *in quo* 'arcus' *latere patet* axes LV1 orbes *voluit Schraderus* 276 [h]ortata V1 277 limin[u]a L 279 *deest in* LV1 *et in editt. vett., ex* V eum *restituit* H, *ego denuo expunxi, cf. app. crit. ad v. seq. Ceterum* helicone *optime Gevartius coniecit*, stilichone V 280 En G *Hinc apparet in* G *v. 279 non exstitisse* Et O ‖ libet G ‖ [h]plebi *(sic)* V 281 clariis H *olim coniecisse testatur Burmannus* 282 aequoreis V equorei L equorei[s] (s *add. manus recens*) V1 ‖ summersam G submersam O 283 eratho LV1 284 O (*pro* A) G ‖ [h]aut V haut LV1 285 Illustret O Inlustret G 286 Perstrepet LV1 ‖ bethin LV1 potat VV1 portat L 287 aspergitur auro LV1 aspergit[vel tur] in auro V

Calliope liquidas Alciden posce palaestras.
Cuncta Palaemoniis manus explorata coronis
Adsit et Eleo pubes laudata Tonanti.
Tu iuga Taygeti frondosaque Maenala Clio
I Triviae supplex. Non aspernata rogantem
Amphitheatrali faveat Latonia pompae.
Audaces legat ipsa viros, qui colla ferarum
Arte ligent certoque premant venabula nisu.
Ipsa truces fetus captivaque ducat ab antris
Prodigia et caedes sitientem differat arcum.
Conveniant ursi, magna quos mole rigentes
Torva Lycaoniis Helice miretur ab astris,
Perfossique ruant populo pallente leones,
Quales Mygdonio curru frenare Cybebe
Optet et Herculei mallent fregisse lacerti.
Obvia fulminei properent ad vulnera pardi
Semine permixto geniti, cum forte leaenae
Nobiliorem uterum viridis corrumpit adulter,
Qui maculis patres referant et robore matres.
Quidquid monstriferis nutrit Gaetulia campis,

288 liquid[a]ęss V1 ‖ pos[c]ṣe V1 ‖ alchidō L alcidem V1 289 Uncta *pro* Cuncta *se aliquando legisse dicit* H2H3 290 Assit O ‖ [e]teleo V heleo L 291 tygeti V taigeti V1 t[i]ạgeti L ‖ clyo L 292 suplex VV1 293 Amphiteatrali O ‖ [a]ạltona V1 294 colla G 296 fętus V 297 cedę[is] V *quod sine dubio exortum s sequente ex* cedes *(cf. In Ruf. II, v. 232)* cedis LV1 ‖ deferat LV1 298 'rigentes' *scripsi pro* 'rudentes' *quod cum* 'mole' *non convenit.* (*Cf. Ov. Met. VIII, v. 284* riget ardua cervix, *ubi* riget = recta eminet, *ut ibid. IX, v. 150—151* late riget arduus alto Tmolus in ascensu.) rudentes V ruentes L [vel d] ruẹntes V1 furentes *frustra temptavit Burmannus; olim ego* 'rudentes' *servato* 'voce' *pro* 'mole' *temptavi* 299 lichaoniis L licaoniis V1 ‖ elice L 301 Qualis L ‖ migdonio O ‖ frenat[re]ạ cibele L ‖ cybebe G cybele V cibele LV1 cybelle *editt.* 302 mallent O malint *cum nonnullis deterr.* H 305 Nobilior, uterum L ‖ corrumpit V corrupit LV1 306 Qui *scripsi*, Hii O ‖ patres maculis V1 ‖ referant V (*quare scripsi* Qui — referant *cum* H) referunt LV1 307 Quidquid G Quicquid O ‖ gethulia L

Alpina quidquid tegitur nive, Gallica si quid
Silva tenet, iaceat: largo ditescat harena
Sanguine, consumant totos spectacula montes.
Nec molles egeant nota dulcedine ludi.
Qui laetis risum salibus movisse facetus,
Qui nutu manibusque loquax, cui tibia flatu,
Cui plectro pulsanda chelys, qui pulpita socco
Personat aut alte graditur maiore coturno:
* * *
Et qui magna levi detrudens murmura tactu,
Innumeras voces segetis modulatur aenae,
Intonet erranti digito penitusque trabali
Vecte laborantes in carmina concitet undas.
Vel qui more avium sese iaculentur in auras
Corporaque aedificent celeri crescentia nexu,
Quorum compositam puer amentatus in arcem
Emicat et iunctus plantae vel cruribus haeret,
Pendula librato figant vestigia saltu.

308 quicquid O ‖ si quid O quidquid *nonnullae editt.* 309 tenet G (vel tim) tenet V1 timet VL 311 nota H *cum Claverio et Scaligero* nostra O 313 *ante* v. 312 *in* V1, *in marg. suo loco v. 312 add. m. II, etiam in textu signis* (a // et //) *transponendos esse versus indicatur* 312 letus V ‖ facetus (fatetur) V facetus LV1 313 Qui natu (u) V Qui mutu *(sic)* V1 314 chelis LV1 ‖ plpitas (u) (*pro* l *erat* i) V1 315 Personat (e) V ‖ coturno O *(cf. lib. in Eutrop. I, 299)* cothurno *editt.* *Post v. 315 deest aliquid, quod apodosin continuit, sicut versus* 'Omnes arte sua cele-brent nunc tempora laeta' *vel similis quidam* 317 segetes (i) V ‖ modulatur V moderatus LV1 moderatur *Koenigius* ‖ avene, *corr. m. II in* aliene V avene L ane (e) V1 318 Intonet GV Intonat LV1 ‖ penitusque O pedibusque *aliquis coniecit apud Barthium* 319 relabentes *pro* laborantes *coniecit* H2H3 ‖ concitet GV concitat LV1 320 iaculentur GV iaculantur LV1 321 edificent V edificant LV1 322 puer a (ug) metatus (n) *(sic)* V puer augmentatus LV1 puer amentatus *cum Ambrosiano quodam* H ‖ arcem V artem LV1 323 Emicat *scripsi* Emicet O ‖ iunctus G vinctus VL evinctus (et ·|· uinctus) V1 vinctu *coniecit Gesnerus* vinclis *voluit Burmannus* ‖ cruribus V1 curribus (r) V curribus L ‖ *Totum versum interpolatum esse putavit Koenigius* 324 librato V vibrato LV1 ‖ figant *scripsi, ut apodosis recte evaderet,* figat O

Mobile ponderibus descendat pegma reductis
Inque chori speciem spargentes ardua flammas
Scaena rotet; varios effingat Mulciber orbes
Per tabulas impune vagus pictaeque citato
Ludant igne trabes et non permissa morari
Fida per innocuas errent incendia turres;
Lascivi subito confligant aequore lembi
Stagnaque remigibus spument immissa canoris.
Consul per populos idemque gravissimus auctor
Eloquii duplici vita subnixus in aevum
Procedat pariter libris fastisque legendus.
Accipiat patris exemplum tribuatque nepoti
Filius et coeptis ne desit fascibus heres:
Decurrat trabeata domus tradatque secures
Mutua posteritas servatoque ordine fati
Manlia continuo numeretur consule proles.

325 descendat O discedat *temptat* H3 desidat *Lipsius* 326 croci *pro* chori *coniecit Schraderus* ‖ spargent[e]is V spargentes L V1 parcentes *coniecit* H ‖ in ardua V ardua LV1 parcentes arida *voluit Burmannus* 331 Lascivi L V1 Lascivi, *corr. m. II in* Lascive V Lascivae *cum deterr.* H ‖ confligant] concurrant V1 ‖ lenbi L 332 immissa G inmissa V ĩusa (= *inversa*) L ĩmsa (= *inmersa*) V1 emersa *temptavit* H ‖ carinis[noris] *(sic)* L 333 spes populis *non male invenit Paulus Quaest. Claud. p. 21* per proprios[populos] V per populos L V1 334 duplici vita VL duplicii ui[r]ta *(sic)* V1 *cum praebeant nonnulli deterr.* 'mitra', *coniecit* H2H3 'merito' ‖ vitta G 335 Procedat O Procedas *scribere vult Paulus Quaest. Claud. p. 9* ‖ pariter libris O libris pariter *nonnullae editt.* 336 tribu[a]itque L ‖ fasti[ci]bus L 337 captis *pro* coeptis *coniecit Schraderus* 338 tra[d]hatque L 340 Manlia V Manlea LV1 ‖ Explicit liber XIII'. Incipiunt epigrammata claudiani liber XIIII'. Ē · 7 · *(sic)* L

CL. CLAUDIANI
IN EUTROPIUM
LIBER I.

Semiferos partus metuendaque pignora matri,
Moenibus et mediis auditum nocte luporum
Murmur et attonito pecudes pastore locutas
Et lapidum duras hiemes nimboque minacem
Sanguineo rubuisse Iovem puteosque cruore
Mutatos visasque polo concurrere lunas
Et geminos soles mirari desinat orbis:
Omnia cesserunt eunucho consule monstra.
Heu terrae caelique pudor! Trabeata per urbes
Ostentatur anus titulumque effeminat anni.
Pandite pontifices Cumanae carmina vatis,
Fulmineos sollers Etruria consulat ignes
Immensumque nefas fibris exploret haruspex.
Quae nova portendunt superi? Nilusne meatu
Devius et nostri temptat iam transfuga mundi
Se rubro miscere mari? Ruptone Niphate
Rursum barbaricis oriens vastabitur armis?
An morbi ventura lues? an nulla colono
Responsura seges? Quae tantas expiet iras

INCIPIT IN EVTROPIVM LIBER PRIMVS V ‖ *De inscriptione in* B *vide apparatum criticum ad finem libri secundi in Rufinum* ‖ Liber nonus De triumpho contra Gildonem L ‖ Liber primus in eutropium *add. m. II in* V1 2 et] e B 3 loquutas V 4 lapidum (a *in ras.*) B ‖ duras O diras *cum deteriore quodam nonnullae editt. rec.* ‖ hyemes L 6 visasque G 8 eunuco V1 9 terre celique VLV1 terrę cęlique B coeli terraeque *deterr.* 12 sollers V sole^{r}s L sollę^{r}s V1 soles B ‖ etruria$^{\text{vel etruscia}}$ V ‖ ignis B 13 Inmensumque VLV1 Immensumque B Immersumque *deterr.* ‖ nephas V1 ‖ exploret$^{\text{vel in}}$ L ‖ aruspex O 14 7. quae L ‖ portendunt *scripsit* H portendant O 15 temtat G temptat O 16 miscere G ‖ ruptone G ‖ nifate VB 18 Rursum GLV1 Rursus VB 19 expiat, *m. II corr. in* expiet V1

Victima? quo diras iugulo placabimus atras?
Consule lustrandi fasces ipsoque litandum
Prodigium: quodcumque parant hoc omine fata,
Eutropius cervice luat. Sic omnia volvis?
Hoc regni Fortuna tenes? Quaenam ista iocandi
Saevitia? Humanis quantum bacchabere rebus?
Si tibi servili placuit foedare curules
Crimine, procedat laxata compede consul,
Rupta Quirinales sumant ergastula cinctus.
Da saltem quemcumque virum. Discrimina quaedam
Sunt famulis splendorque suus maculamque minorem
Condicionis habet, domino qui vixerit uno.
Si pelagi fluctus, Libyae si discis harenas,
Eutropii numerabis eros. Quot iura, quot ille
Mutavit tabulas vel quanta vocabula vertit!
Nudatus quotiens, medicum dum consulit emptor,
Ne qua per occultum lateat iactura dolorem!
Omnes paenituit pretii venumque redibat,
Dum vendi potuit. Postquam deforme cadaver
Nactus et in rugas totus defluxit aniles,
Iam specie doni certatim limine pellunt
Et foedum ignaris properant obtrudere munus.
  Tot translata iugis submisit colla vetustum
Servitium semperque novum nec destitit unquam,

20 *deerat in* V1, *sed m. I in marg. add.* ‖ diras O diuum *vetus Claverii liber (? ms.), quod idem coniecit Delrius* ‖ atras *optime coniecit Paul Quaest. Claud. p. 3* aras O 22 quodcunque G 23 sic omnia BLV1 sic omina V ‖ volvis *vetus liber Cuiacii quo usus Claverius* nobis GO ‖ sin omnia nostro Haec regno fortuna tenes, quaenam cet. *coniecit Delrius* sis omnia nobis? cet. *coniecit Barthius* 24
vel tenes
Hoc G ‖ lues L 25 bachabere O 26 Si ≡ tibi V1 29 Da GVBL Des V1 ‖ Discrimina quędam Sunt famulis splendorque suus maculamque minorem Conditionis habet domino qui vixerit uno M 31 uno VBV1
vel no
uni L 32 lybie VLV1 lybię B 33 heros O ‖ q̊d, *m. II corr. in* q̊t V ‖ q̊d, *m. II corr. in* q̊t V 34 Mutabit V 36 *totus ex* G *descriptus est, quod in editione principe deerat* 37 Omīs (= *omnis*) B Omīs, *corr. m. II in* Omēs (= *omnes*) V1 39 Nactus *scripsi* Mansit O *quod puto ex* 'Nanctus' *exortum* ‖ diffluxit *praestare videtur* H_2H_3 ‖ aniles (ni *in ras. m. I add.*) B 40 specie GLV1 speciē V speciem B ‖ doni O dono G 42
vel iugis
locit V ‖ summisit VBL

Saepe tamen coepit. Cunabula prima cruentis
Dedita suppliciis. Rapitur castrandus ab ipso
Ubere, suscipiunt matris post viscera poenae.
Advolat Armenius certo mucrone recisos
Edoctus mollire mares damnoque nefandum
Aucturus pretium fecundum corporis ignem
Sedibus exhaurit geminis unoque sub ictu
Eripit officium patris nomenque mariti.
Ambiguus vitae iacuit penitusque supremum
In cerebrum secti traxerunt frigora nervi.
Laudemusne manum, quae vires abstulit hosti?
An potius fato causam tribuisse queramur?
Profuerat mansisse virum. Felicior exstat
Opprobrio. Serviret adhuc, si fortior esset.
Inde per Assyriae trahitur commercia ripae.
Hinc fora venalis Galata ductore frequentat
Permutatque domos varias. Quis nomina possit
Tanta sequi? Miles stabulis Ptolomaeus in imis
Notior. Hic longo lassatus paelicis usu
Donat Arintheo. Neque enim iam dignus haberi,
Nec maturus emi. Cum fastiditus abiret,
Quam gemuit, quanto planxit divortia luctu:
   Haec erat heu Ptolomaee fides? Hoc profuit aetas

44 Saepe tamen coepit G Sepe tamen cępit V Sępe tamen cępit B Sepe tamen cepit L Cepit sepe tamen V1 ‖ cruentas (i *supra* a) V1 45 Dedita B V1 Debet (vel dedita *supra*) V Debita L ‖ supliciis V 46 post matris viscera V1 48 dampnoque V L V1 49 fecundum G V L V1 fęcundum B ‖ ignem V B V1 inguē, *in marg. m. II add.* vel ignem L 51 officium patris B V1 *quod praefero propter metrum* officiumque patris V L officiumque maris *proponit Burmannus* 54 manum quae] magis quia G ‖ osti (h *supra*) V1 55 causam B V1 causas V L *forte hic latet* 'fatis ansam' 56 extat V B L esset, *in marg. m. II add.* exstat V1 57 Obprobrio V L V1 58 assirie V1 ‖ traitur V1 59 galatha B L 60 qui L ‖ possit V L poscit B posset V1 61 stabulis (vel li *supra*) V stabulis B L V1 tabulis *cum nonnullis deterr. coniecit Rubenius* ‖ tholomeus V L ptolemeus B ptolomeus L tolomeus V1 ‖ imis *scripsi (cf. infra v. 156)* illis O 63 Donat (t *in ras. m. II add.*) B ‖ arintheo V arentheo G arentheo B aritheo L 65 Quam g V1 Quę B Que V Q (e *supra*) L 66 heu L heç (u *supra*) V eu (*sic*) B hęc (c *in ras.*) V1 ‖ tholomee V ptolomee B L tholomee V1 ‖ hoc] hạc (o *supra*) V

In gremio consumpta tuo lectusque iugalis
Et ducti totiens inter praesepia somni?
Libertas promissa perit, viduumne relinquis
Eutropium? tantasque premunt oblivia noctes,
Crudelis? Generis pro sors durissima nostri!
Femina cum senuit, retinet conubia partu
Uxorisque decus matris reverentia pensat.
Nos Lucina fugit nec pignore nitimur ullo.
Cum forma dilapsus amor, defloruit oris
Gratia. Qua miseri scapulas tutabimur arte?
Qua placeam ratione senex? Sic fatus acutum
Aggreditur lenonis opus. Nec segnis ad artem
Mens erat officiique capax omnisque pudoris
Hauserat insidias. Custodia nulla tuendo
Fida toro. Nulli poterant excludere vectes:
Ille vel aerata Danaen in turre latentem
Eliceret. Fletus domini fingebat amantis
Indomitasque mora, pretio lenibat avaras
Lascivasque iocis. Non blandior ullus euntis
Ancillae tetigisse latus leviterque reductis
Vestibus occulto crimen mandasse susurro,
Nec furtis quaesisse locum nec fraude reperta
Cautior elusi fremitus vitare mariti.

67 le^{c}tusque (*sub priore e rasura pro* ę) B 68 sompni L 71 pro V proh BLV1 ‖ proh sors generis V1 ‖ nostris V 72 Fęmina B Feminea L ‖ consenuit *in ed. pr. Flor. ita ex* G *correctum* co^{u}nsenuit ‖ cōnubia V1 74 nitimur LV1 nititur V nititur$^{vel\ mur}$ B 77 *Post* 'acutum' *incidi velle Rubenium, ut sit adverbii loco, testatur* H ‖ avitum *quod in marg. ed. Isingrinii praefert Burmannus* 79 omnisque G omisque VV1 omnes B ois^{que}, *in marg. m. II add.* vel oms L ‖ pudori H *coniecisse tradit Clercqius* 81 thoro VLV1 82 dana — ue^{e} (*sic* e *add. m. rec.*) V danaen B danė L danen V1 ‖ in GLV1 in *omisi* VB 83 Eliceret O (Elicerent V1) Illiceret *vel* Pelliceret *coniecit* H ‖ fi^{n}gebat B ‖ *Inter v. 83 et v. 84 in contextu ut versus Claudiani interiectus est:* Gutta cavat lapidem non vi sed sepe cadendo, *de quo vide quae dixi Quaest. critt. p. 11, adn. 1* 85 non G 86 reductae *maluisse* H *dicit Burmannus* 87 mandasse V mandare (are *in ras. m. pr.*) B mandare LV1 88 retecta *maluisse* H *testatur Burmannus*

Haud aliter iuvenum flammis Ephyreia Lais
Et gemino ditata mari, cum serta refudit
Canities, iam turba procax noctisque recedit
Ambitus et raro pulsatur ianua tactu
Seque reformidat speculo damnante senectus:
Stat tamen atque alias succingit lena ministras
Dilectumque diu quamvis longaeva lupanar
Circuit et retinent mores, quod perdidit aetas.
Hinc honor Entropio; cumque omnibus unica virtus
Esset in eunuchis thalamos servare pudicos,
Solus adulteriis crevit. Nec verbera tergo
Cessavere tamen, quotiens decepta libido
Irati caluisset eri, frustraque rogantem
Iactantemque suos tot iam per lustra labores,
Dotalem genero nutritoremque puellae
Tradidit. Eous rector consulque futurus
Pectebat dominae crines et saepe lavanti
Nudus in argento lympham gestabat alumnae,
Et cum se rapido fessam proiecerat aestu,
Patricius roseis pavonum ventilat alis.
Iamque aevo laxata cutis sulcisque genarum
Corruerat passa facies rugosior uva:
Flava minus presso finduntur vomere rura,

vel nais vel thais
90 Haut BLV1 ‖ ephireia lais *(sic)* V epyre ialais, *m. II corr. sic:* epyre talais B ephyrela lays L ephireia lais V1 91 Et GVB ‖ E gemino L 7egemino *(sic)* V1 ‖ ditata O dotata H *cum uno deter.*
vel ta
94 dampnante V dampnante L damnante V1 damnata B 96 diu
vel diu vel quos
BV1 semel V semel V 97 retinet L ‖ quod GVB q V1 quos L 99 Esset O Haec sit *coniecit* H2 Haec sit *vel* Exstet H3 ‖ eunichis
r t
(sic) B ‖ talamos V1 100 adulteriijs V1 ‖ cervit V1 102 caluisse,
h
V ‖ teri V heri BLV1 104 —que *(sic)* G 106 crines domine L ‖ et p sepe L ‖ lavanti (v *in ras. m. II pro* b ?) B 107 lymfam V limpham LV1 ‖ alunne V alunnae B alumpne L alumne V1 108 proiecerat G 109 Patricius (us *in ras. m. II*) B ‖ roseas pavonum alas *malit*
vel ventilat a
H ‖ vestit et V ventilet V1 110 lassata B 111 Corruerat O Marcuerat *coniecit* H2H3 Aruerat *Pricaeum coniecisse tradit* H2H3 Horruerat *male temptat* Burmannus 112 finduntur GVBL fundun-tur V1

Nec vento sic vela tremunt. Miserabile turpes
Exedere caput tineae, deserta patebant
Intervalla comae, qualis sitientibus arvis
Arida ieiunae seges interlucet aristae,
Vel qualis gelidis pluma labente pruinis
Arboris immoritur trunco brumalis hirundo.
Scilicet ut trabeis iniuria cresceret olim,
Has in fronte notas, hoc dedecus addidit oris
Ludibrio Fortuna suo; cum pallida nudis
Ossibus horrorem dominis praeberet imago,
Decolor et macies occursu laederet omnes,
Aut pueris latura metus aut taedia mensis
Aut crimen famulis aut procedentibus omen,
Et nihil exhausto caperent in stipite lucri, —
Sternere quippe toros vel caedere ligna culinae
Membra negant; aurum, vestes, arcana tueri
Mens infida vetat; quis enim committere vellet
Lenoni thalamum? — tandem ceu funus acerbum
Infaustamque suis trusere penatibus umbram:
Contemptu iam liber erat. Sic pastor obesum
Lacte canem ferro religat pascitque revinctum,
Dum validus servare gregem vigilique rapaces
Latratu terrere lupos; cum tardior idem

113 Non V1 ‖ vento ≡ L 114 capud L ‖ tiniae B ‖ petebant [a] V 116 Arida, *in marg. m. II* aride V1 ‖ gleba *pro* seges *hariolatur Burmannus* 117 pluma (pl *in ras. m. I*) L 118 hirudo [n] B harundo [i] L irundo V1 120 ori *mavult* H 121 Ludibrio fortuna suo *scripsi cum Schradero* Luxuriae fortuna suae O 122 preberet [+] *(sic)* G ‖ ymago L 123 macies G 125 omen ≡ *(in ras. erat s)* V1 126 nichil V V1 ‖ stipite G V B L cespite [vel stipite] V1 ‖ e stipite *legere vult* H 127—130 *in parenthesi cum Burmanno posui* 127 thoros LV1 ‖ vel] bene L 128 Menbra V B ‖ archana O arcamque *coniecit Burmannus* ‖ archana tueri Mens invida vetat M ‖ vetat] negat L 130 thalami [ū] V1 131 Infaustumque [a] L ‖ misere [tru] V1 ‖ unbram B 133 Vecte *pro* Lacte H *coniecisse tradit Clercqius* ‖ feroque [r] V1 ‖ ferro religat *scripsi* ferroque ligat O ‖ poscitque [r] B 135 terrere] texere V1

Iam scabie laceras deiecit sordidus aures,
Solvit et exuto lucratur vincula collo.
Est ubi despectus nimius iuvat. Undique pulso
Per cunctas licuit fraudes impune vagari
Et fastis aperire viam. Pro quisquis Olympi
Summa tenes, tantone libet mortalia risu
Vertere? Qui servi non est admissus in usum,
Suscipitur regnis et quem privata ministrum
Dedignata domus moderantem sustinet aula.
Ut primum vetulam texere palatia vulpem,
Quis non ingemuit? Quis non irrepere sacris
Obsequiis doluit totiens venale cadaver?
Ipsi quin etiam tali consorte fremebant
Regales famuli, quibus est illustrior ordo
Servitii, sociumque diu sprevere superbi.
Cernite, quem Latiis poscant annectere fastis,
Cuius et eunuchos puduit. Sed vilior ante
Obscurae latuit pars ignotissima turbae,
Donec Abundanti furiis, qui rebus eois
Exitio primoque sibi produxit, ab imis
Evectus stabulis summos invasit honores.
Quam bene dispositum terris, ut dignus iniqui
Fructus consilii primis auctoribus instet!

136 deiecit G ‖ sordibus *(sic)* B 139 qlicet (licuit *sup.*) V1 ‖ inpune VV1 140 fastis (fraudibus *sup.*) V fatis BLV1 p̧ (= *pro*) L pro, V pro (h *sup.*) V1 proh B ‖ olimpi BLV1 141 tanto libuit VL ‖ nisu, *corr. m. I in* risu V risu O nisu *etiam* H2H3 *coniecit, sed vide quae dicit Burmannus* 142 ad usum V1 143 ministris (um *sup.*) V 144 aula BV1 aulam V aula (l *ex corr. m. II pro* r?) L 145 texere (traxere *sup.*) V texere BLV1 traxere *deterr.* 146 ingenuit V1 ‖ inrepere GV irrepere BLV1 149 inlustrior V 150 Serviciis otiumque *(sic)* V ‖ diu G diu (sibi *sup.*) VL diu V1 sibi B 151 poscant latiis L ‖ adnectere O 152 Cuius G ‖ puduit *(sic)* L 153 lati *(sup.* i *rasura) corr. m. II in* latū L 154 habundantii V1 155 Exitio *scripsi* Exitium VBL Exicium V1 ‖ primŏque *(sic)* V1 primūque (o *sup.*) V primumque BL ‖ produxit G 156 stabulis *deterr.* thalamis VBL talamis V1 tabulis *coniecit* H ‖ ab imo Evectus thalami *voluit Paul l. c. p. 15* 157 dispositum (÷ *add. m. II,* = *est*) V1 ‖ iniquis VL 158 instet (vel obsit *sup.*) V1

Sic multos fluvio vates arente per annos,
Hospite qui caeso monuit placare Tonantem,
Inventas primus Busiridis imbuit aras,
Et cecidit saevi, quod dixerat, hostia sacri:
Sic opifex tauri tormentorumque repertor,
Qui funesta novo fabricaverat aera dolori,
Primus inexpertum Siculo cogente tyranno
Sensit opus docuitque suum mugire iuvencum.
Nullius Eutropius quam qui se protulit ante
Dereptas possedit opes nullumque priorem
Perculit exsilio solumque hoc rite peregit,
Auctorem damnare suum. Postquam obsitus aevo
Semivir excelsam rerum sublatus in arcem,
Quod nec vota pati nec fingere somnia possent,
Vidit sub pedibus leges subiectaque colla
Nobilium tantumque sibi permittere fata,
Qui nihil optasset plus libertate mereri,
Iam iam dissimulat dominos alteque tumescunt
Serviles animi. Procerum squalore repletus
Carcer et exsulibus Meroe campique gemiscunt
Aethiopum: poenis hominum plaga personat ardens.
Marmaricus claris violatur caedibus Hammon.
Asperius nihil est humili, cum surgat in altum:
Cuncta ferit, dum cuncta timet; desaevit in omnes,
Ut se posse putent. Nec belua taetrior ulla

161 primū LV1 162 sevi cecidit V1 ‖ quod struxerat *coniecit*
c
Burmannus 165 syculo L ‖ tiranno V1 166 iuventū V1 167 quās V ‖ protulit O pretulit G sibi profuit *voluit Delrius* 168 Direptas O Ereptas *scripsit Burmannus cum deteriore quodam* Dereptas *temptat idem quem secutus Koenigius et ego* 169 exilio O ‖ ire, *corr.*
r l
m. II in ,ite V 170 dampnare VL ‖ obitus L 172 Quod nec vota pati nec fingere somnia possst M ‖ non vota V1 ‖ somnia fingere B sompnia fingere L ‖ possent *cum uno Mediceo* H possunt O 173 reges H *olim maluisse tradit Burmannus* 175 nichil VV1 176 dissimulant L 177 sqalore B ‖ repletur V1 178 exulibus O ‖ gemescunt GB 179 arens *pro* ardens H *coniecisse testatur Clercqius*
i
180 claris] plagis B ‖ volatur V1 181 nichil VBV1 ‖ surgat GB
vel tet
surgit VLV1 183 putent L ‖ *post* 'ulla' *in cd. pr. Flor.* 'est', *quod legebatur in fine versus, ex* G *deletum.*

Quam servi rabies in libera terga furentis.
Agnoscit gemitus et poenae parcere nescit,
Quam subiit, dominique memor quem verberat odit.
Adde, quod eunuchus nulla pietate movetur
Nec generi natisve cavet. Clementia cunctis
In similes animosque ligant consortia damni.
Iste nec eunuchis placidus; sed pectus in aurum
Aestuat: hoc uno fruitur succisa libido.
 Quid nervos secuisse iuvat? Vis nulla cruentam
Castrat avaritiam: parvis exercita furtis
Quae vastare penum neglectaque sueverat arcae
Claustra remoliri, nunc uberiore rapina
Peccat in orbe manus. Quicquid se Tigris ab Haemo
Dividit, hoc certa proponit merce locandum
Institor imperii, caupo famosus honorum.
Hic Asiam villa pactus regit, ille redemit
Coniugis ornatu Syriam, dolet ille paterna
Bithynos mutasse domo: suffixa patenti
Vestibulo pretiis distinguit regula gentes.
Tot Galatae, tot Pontus eat, tot Lydia nummis.
Si Lyciam tenuisse velis, tot milia ponas;

184 terga VBV1 colla L 185 p[a]ęrcere V1 . 186 Quam G ‖ verbera[t], *(sic)* V li[,]bat *(sic)* V1 ‖ [vel odit] totis V 187 Adde quod eunuchus nulla pietate movetur M 188 generi; V ‖ Clementia — (v. 190) placidus *(incl.) Koenigius dubitat an spuria sint* ‖ natisve G ‖ [cl]ḍementia L 189 damṇi V1 dampni VL 190 pectus *coniecì* peius O pronus *pro* peius H *coniecisse testatur Burmannus et Clercqius; olim putavi ante* 'sed' *aliquid excidisse* 192 nervos G ‖ furentem *pro (?)* cruentam *coniecit Schraderus* 193 quae parvis excita furtis *Claverius ex libro suo (? ms.)* 194 neglectaque G ‖ suaeverat V1 ‖ arcae GB archę V [vel te] arche L arte V1 195 nunc G 196 Peccat L [vel parcat] ‖ quicquid O ‖ tygris L 198 Institor V [vel venditor] 199 villā *(sic)* V ‖ redemit, *m. II corr. ex* redimit V1 200 siriam V1 201 Bythinos VL Bithinos B bitinạs[o] V1 ‖ domo GVBL domoș V1 ‖ subfixa O 203 galathę VB galathe LV1 ‖ eat VBL ęat[r] V1 eant *voluit* H ‖ lidia V1 204 Si litiam L Si liciam V1 ‖ poneș[a] V1

Si Phrygas, adde, parum est. Propriae solacia sorti
Communes vult esse notas et venditus ipse
Vendere cuncta cupit. Certantum saepe duorum
Diversum suspendit onus: cum pondere iudex
Vergit et in geminas nutat provincia lances.
Non pudet heu superi populos venire sub hasta?
Vendentis certe pudeat. Quo iure sepultum
Mancipium tot regna tenet, tot distrahit urbes?
Pollentem solio Croesum victoria Cyri
Fregit, ut eunucho flueret Pactolus et Hermus?
Attalus heredem voluit te Roma relinqui,
Restitit Antiochus praescripto margine Tauri,
Indomitos curru Servilius egit Isauros,
Et Pharos Augusto iacuit vel Creta Metello,
Ne non Eutropio quaestus numerosior esset?
In mercem veniunt Cilices, Iudaea, Sophene,
Romanusque labor Pompeianique triumphi.
Quo struis hos auri cumulos? Quae pignora tantis
Succedent opibus? Nubas ducasve licebit:
Nunquam mater eris, nunquam pater. Hoc tibi ferrum,
Hoc natura negat. Te grandibus India gemmis,
Te foliis Arabes ditent, te vellere Seres:
Nullus inops adeo, nullum sic urget egestas,

205 frygas V frigas BV1 frigias L ‖ parum est V parum BLV1 ‖ Si phrygas, adde parum. *interpunxit* H ‖ proprię G ‖ solacia G ‖ sorti BV1 sortis VL 207 cupit VBV1 petit L ‖ certantum V 208 [h] onus V honus LV1 ‖ cum ponderis index *Scaligerum voluisse tradit Burmannus* 209 nutat GVLV1 nutat (n *in ras. m. II*) B 210 Num pudet *coniecit* H ‖ venire GBLV1 venire [vel venisse] V 211 q [od] iure V quo iure B quid LV1 ‖ repulsum *libenter legeret Burmannus* 212 distrahit [vel distruit] V distrait B 213 drusū [cresum] V ‖ ciri V1 214 heunucho V1 ‖ flueret VB fluerent LV1 ‖ pactholus V1 215 Athalus V1 216 magine [r] V1 217 ysauros V insauros [y] L hisauros V1 218 metallo [e] V1 219 Ne non VV1 Ne non [vel ut] L Ut nunc B ‖ questos [u] V 220 sofene [r] V sofene B sophone L 221 Romanosque [u] V 223 Sucedent L ‖ ducasve G 224 eris G 226 arabes, *corr. ex* arabis V ‖ et vellere V 227 inopsa dō *(sic)* V ‖ urget G

Ut velit Eutropii fortunam et membra pacisci.
Iamque oblita sui nec sobria divitiis mens
In miseras leges hominumque negotia ludit.
Iudicat eunuchus: quid iam de consule miror?
Prodigium est, quodcumque gerit. Quae pagina lites
Sic actas meminit? Quibus unquam saecula terris
Eunuchi videre forum? Sed ne qua vacaret
Pars ignominiae, neu quid restaret inausum,
Arma etiam violare parat portentaque monstris
Aggerat et secum petulans amentia certat.
Erubuit Mavors aversaque risit Enyo
Dedecus eoum, quotiens intenta sagittis
Et pharetra fulgens anus exercetur Amazon:
Arbiter aut quotiens belli pacisque recurrit
Alloquiturve Getas. Gaudet, cum viderit, hostis
Et sentit iam deesse viros. Incendia fumant,
Muris nulla fides, squalent populatibus agri
Et medio spes sola mari. Trans Phasin aguntur
Cappadocum matres stabulisque abducta paternis
Caucasias captiva bibunt armenta pruinas
Et Scythicis mutant Argaei pabula silvis.
Extra Cimmerias, Taurorum claustra, paludes

228 menbra VB 229 deliciis *coniecisse* H *tradit Burmannus* 230 negotia (o *in ras. m. II add.*) B ‖ ludit GO saevit *ex* 'venit' *quod in nonnullis deterr. coniecit* H3 231 iam *in ras. m. II add.* B ‖ mirer *praefert* H2H3 232 Prodigium est VBL Prodigium V1 233 Sic actas meminit (ac *in ras. m. II add.*) B Sic ętas (ac vel femineas) meminit V Femineas meminit LV1 Castrati meminit *coniecit Barthius* 235 ignominie GLV1 ignominię B ignominię (vel a) V ‖ neu GVB ne LV1 236 potentaque (r) V1 ‖ monstrum V 237 Aggerat G 238 mauros aut (mavors) versaque V1 ‖ aversaque g ‖ enio L en≡io V1 239 sagitis V1 240 faretra V1 ‖ exercetur G 242 Adloquitur G Alloquiturve V Alloquiturque BLV1 244 Muris BV1 Muręs (i) V Euris L ‖ scalent V1 ‖ populantibus L 245 In medio spes una mari *coniecit* H3 ‖ fasin VLV1 246 Capadocum V1 ‖ abducta (a *finale add. m. II*) L 247 Caucasias (e) V1 248 scithycis V scithicis L sciticis V1 ‖ argęi B argei V aggei (r) L aggei V1 argeia *voluit* H 249 cummerias L ci≡mias *(sic)* V1 cimerias B ‖ *Hunc versum expungere voluit Barthius*

Flos Syriae servit; spoliis nec sufficit atrox
Barbarus: in caedem vertunt fastidia praedae.
Ille tamen — quid enim servum mollemque pudebit,
Aut quid in hoc poterit vultu flagrare pudoris? —
Pro victore redit. Peditum vexilla secuntur
Et turmae similes eunuchorumque manipli,
Hellespontiacis legio dignissima signis.
Obvius ire cliens defensoremque reversum
Complecti. Placet ipse sibi laxasque laborat
Distendisse genas fictumque inflatus anhelat,
Pulvere respersus tineas et solibus ora
Pallidior verbisque sonat plorabile quiddam
Ultra nequitiam fractis et proelia narrat
Perque suam tremula testatur voce sororem
Defecisse vagas ad publica commoda vires:
Cedere livori nec sustentare procellas
Invidiae mergique fretis spumantibus orat.
Exoretque utinam! Dum talia fatur, ineptus
Deterget lacrimas atque inter singula dicta
Flebile suspirat: qualis venit arida socrus
Longinquam visura nurum; vix lassa resedit

250 Flos syriae servit *editt.* Assyrius fervet (vel flos asie servit) V Assyriis fervet B (vel flos syrie servit) Assiriis fervet L Flos sirie servit, *in marg. m. II add.* vel assiriis fuet V1 asiae *coniecit etiam Schraderus* 251 vertunt GBL vertunt (vel vertit) V vertit V1 252 mo(l)lemque V 253 poterit vultu VB vultu poterit L vultu potuit V1 ‖ pudoris, *corr. m. II in* ruboris V pudoris (vel r) V1 ruboris BL 254 peditum (vel tē cū) V peditum BLV1 unum Gg *unde, cum putem* 'peditum' *interpolatum esse conicio* 'anuum', *ut* 'redit' *ultima producta perfectum sit*, vanum *proponit Paul Quaest. Claud. p. 36* centum *vel* comitum *coniecit* H1, *cum unus deterior haberet* CC. truncum *praeterea coniecit* H2 H3 tumidum *temptat Koenigius* ‖ sequntur L sequuntur B 256 Hellespont(i)acis V1 257 Obui(u)js V1 258 Comple(c)ti V1 259 Con(dis)tendisse V 260 tinias B ‖ sordibus oras (?) Squallidior *coniecisse* H *testatur Clercqius* 262 fractis GO fictis (?) g ‖ Ultra nequitiam O *vix tamen sanum quocumque modo interpretes vexabant; poeta fortasse scripsit* 'Multa nequitia' 267 ineptus VB ineptas LV1 268 Deterget G Dete(t)reret V Detergit BLV1 (*in* B i *in ras. add. m. II*) ‖ lacrymas G ‖ dicta (a *add. m. II*) B

Et iam vina petit. Quid te turpissime bellis
Inseris aut saevis pertemptas Pallada campis?
Tu potes alterius studiis haerere Minervae
Et telas non tela pati, tu stamina nesse,
Tu segnes operum sollers urgere puellas
Et niveam dominae pensis involvere lanam.
Vel si sacra placent, habeas pro Marte Cybeben:
Rauca Celaenaeos ad tympana disce furores.
Cymbala ferre licet pectusque illidere pinu
Inguinis et reliquum Phrygiis abscindere cultris.
Arma relinque viris. Geminam quid dividis aulam
Conarisque pios odiis committere fratres?
Te magis ah demens, veterem si respicis artem,
Conciliare decet: gestis pro talibus annum
Flagitet Eutropius, ne quid non polluat unus,
Dux acies, iudex praetoria, tempora consul.
 Nil adeo foedum est, quod non exacta vetustas
Ediderit longique labor commiserit aevi.
Oedipodes matrem, natam duxisse Thyestes
Cantantur: peperit fratres Iocasta marito

271 turpissime VBV1 turpissime (vel ma) L 272 aut] et V1 ‖ seuis (i) (*sic*) V saevi B sevi LV1 ‖ pertentas G pertentas (p) V1 ‖ pall[a]da ([a] *in ras. m. II*) B ‖ campis V campi BLV1 274 Et GB Tu VLV1 ‖ nesse H *coniecit* nosse O 275 senes (g) L ‖ sollers G ‖ puellas (vel ministras) V 276 Atque unctam *coniecit* H1, *quod quidem reliquisse videtur* H2H3 tinctam *cum deterr. praeferens* ‖ niveam, *in marg. m. II* vel vinctã V vinctã, *in marg. m. II* niveam V1 niveam (vel tela) BL 277 si sacra V ‖ placeat V1 ‖ adeas *pro* habeas *coniecit Schraderus*, *in idem incidisse* H *testatur Clercqius* ‖ matre (r) V ‖ cybelē V cybelen BL cibelē V1 278 celenaeos G ‖ timpana V1 279 Cimbala V1 Cynbala L ‖ ferre] disce V ‖ pectusque G ‖ inlidere (l) V allidere g 280 frigiis O ‖ abscindere GVL absidere (c) (*sic*) B obscindere V1 283 ,a (h) V ah B ha L ‖ ah demens] odemens V1 ‖ arcem B 285 Flagitet G Flagitet (at) V Flagitat BLV1 ‖ unus] anus (n) B 286 acies G 287 fedum est VL foedum est B fedum V1 ‖ exacta (e *ex corr. m. II*) B 289 thiestes (i *corr. m. rec. in* y) V thiestes BV1 tiestes L 290 Cantantur GBV1 Cantatur VL

Et Pelopea sibi. Thebes ac funera Troiae
Tristis Erechthei deplorat scaena theatri;
In volucrem Tereus, Cadmus se vertit in anguem;
Scylla novas mirata canes; hunc arbore figit,
Elevat hunc pluma, squamis hunc fabula vestit,
Hunc solvit fluvio: nunquam spado consul in orbe
Nec iudex ductorve fuit. Quodcumque virorum
Est decus, eunuchi scelus est. Exempla creantur,
Quae socci superent risus luctusque coturni.
Quam pulchre conspectus erat, cum tenderet artus
Exsangues onerante toga cinctuque gravatus
Indutoque senex obscenior iret in auro!
Humani qualis simulator simius oris,
Quem puer arridens pretioso stamine Serum
Velavit nudasque nates ac terga reliquit,
Ludibrium mensis: erecto pectore dives
Ambulat et claro sese deformat amictu.
Candida pollutos comitatur curia fasces,
Forsitan et domini. Praebet miracula lictor
Consule nobilior, libertatemque daturus,
Quam necdum meruit, scandit sublime tribunal;

291 thebes *coniecisse* H *tradit Clercqius* thebas (vel labes) V thebas B thebas (vel tedas) L labes V1 ‖ trorie V1 292 erecthei V erechtei B erictei LV1 ‖ sena (c) V ‖ teatri L 293 trereus V1 ‖ cathmus L 294 Scilla VBL Scilla (S *add. m. II*) V1 ‖ mirata (imitata) V ‖ hanc L 295 Flebat (u) V ‖ hunc VB hanc LV1 ‖ hunc BLV1 hanc V 296 Hunc VBL Hanc V1 ‖ nunquam O nusquam *deterr.* 297 quodcunque G quičq; (đ) V1 298 eunuchi O eunuchis *deterr.* 299 coturni VBL chorturnũ, *in marg. m. II* cotni V1 300 pulcher V1 ‖ artus (*corr. m. II ex* arcus) L arctus V1 301 Exangues O ‖ onerante G onerare (h vel ante) V onerare B ornante (r) L ornare V1 ‖ cinctuque O cinctumque H *cum Iuniano quodam libro* ‖ gravatus O gravatos *coniecit* H 302 Inductoque L 303 symius V 304 adridens B 305 ad (ac) V1 308 ꝯmitatur (co) *(sic)* V1 309 domini *scripsi cum* H dominis g dominus O 311 Quam necdum G ‖ ñdum V1

Atque inter proprias laudes Aegyptia iactat
Somnia prostratosque canit se vate tyrannos.
Scilicet in dubio vindex Bellona pependit,
Dum spado Tiresias enervatusque Melampus
Reptat ab extremo referens oracula Nilo,
Obstrepuere avium voces, exhorruit annus
Nomen et insanum gemino proclamat ab ore
Eunuchumque vetat fastis accedere Ianus.
Sumeret illicitos etenim si femina fasces,
Esset turpe minus. Medis levibusque Sabaeis
Imperat hic sexus reginarumque sub armis
Barbariae pars magna iacet. Gens nulla probatur,
Eunuchi quae sceptra ferat. Tritonia, Phoebe,
Terra, Ceres, Cybele, Iuno, Latona coluntur.
Eunuchis quae templa deis? quas vidimus aras?
Inde sacerdotes, haec intrat pectora Phoebus,
Inde canunt Delphi. Troianam sola Minervam
Virginitas Vestalis adit flammasque tuetur.
Hi nullas meriti vittas semperque profani.
Nascitur ad fructum mulier prolemque futuram.
Hoc genus inventum est, ut serviat. Herculis arcu
Concidit Hippolyte, Danai fugere bipennem
Pethesilea tuam, claras Carthaginis arces
Creditur et centum portis Babylona superbam

312 aegiptia VB egyptia L egiptia V1 313 Sompnia L Som[p]nia V1 ‖ pros[r]tatosque (r *sup. lin. add. m. I*) B ‖ tirannos VV1 315 tyresias B tirresias V1 ‖ melānpus *(lineolam sup.* a *add. m. II)* V 316 nylo L 317 Obstrepuere GLV1 Obstrepuere [vel obstu] V 318 orbe VL 319 acedere L ‖ genus [ia] V1 320 inlicitos [l] V 321 mediis L 323 probatur O notatur *coniecit non male Schraderus* 324 phoebę B 325 Terra V Terra [vel vesta] BL Vesta V1 ‖ cibele VV1 cibelę B 326 Eunuchi▒ (*in ras. erat* s) V1 Eunuchis *restitui* Eunuchi VBL ‖ dei▒ (*in ras. erat* s) V1 deis *restitui* dei VBL 327 haec intrat G 329 vestalis G ‖ flamm[a]s, [a] *in ras. m. II add.* B 330 Hii O ‖ vitas V 333 Condidit [ci] V Condidit [c] L Concidit V1 ‖ ypolite BLV1 hipolite V 334 Penthesilea GVB Pentesilea LV1 ‖ chartaginis B kartaginis LV1 335 babilona O

Femineus struxisse labor. Quid nobile gessit
Eunuchus? quae bella tulit? quas condidit urbes?
Illas praeterea rerum natura creavit;
Hos fecere manus. Seu prima Semiramis astu
Assyriis mentita virum, ne vocis acutae
Mollities levesve genae se prodere possent,
Hos sibi coniunxit similes, seu Parthica ferro
Luxuries vetuit nasci lanuginis umbram
Servatoque diu puerili flore coegit
Arte retardatam Veneri servire iuventam.
Fama prius falso similis vanoque videri
Ficta ioco. Levior volitare per oppida rumor
Riderique nefas, veluti nigrantibus alis
Audiretur olor, corvus candore ligustri.
Atque aliquis gravior morum: Si talibus, inquit,
Creditur et nimiis turgent mendacia monstris:
Iam testudo volat, profert iam cornua vultur,
Prona petunt retro fluvii iuga, Gadibus ortum
Armenii texere diem, iam frugibus aptum
Aequor et assuetum silvis delphina videbo,
Iam cocleis homines iunctos et quidquid inane

336 Fęmineas L ‖ noie [vel nobile] L 337 urbes GVL arces V1 339 Hoc [s] V ‖ samiramis B 340 Assiriis BLV1 ‖ nec V 341 levesque L 342 Has sibi H *scripsisse tradit Clercqius* ‖ sibi G ‖ partica GL parthica VBV1 343 unbram L 345 servire G 346 falso O falsae *coniecit* H 347 opida V1 348 veluti GVBL sicut V1 *unde* H *coniecit* 'ut si' 349 corvus candore ligustri *ex coniectura scripsi* corvo estante [certan] *(sic)* ligustris V corvo certante ligustris BLV1 350 Si talibus inquit Creditur et nimiis turgent mendacia monstris. Iam testudo volat profert iam cornua vultur. Prona petunt retro fluvii [iuga . fru]gibus aptum Ęquor et assuetum silvis delphina videbo. Iam cocleis homines iunctos M *(quae in uncis inclusa in litura leguntur)* 353 fluvii retro V1 ‖ iuga GB iuga [vel uada] V iuga [uada] V1 uada L 354 Armeniis V Armenii LV1 Germani G Carmenij B Carmani *voluit* H 355 assuetum gVBL advectum V1 ‖ silvis [vel fluviis] V ‖ delfina V1 356 Iam cocleis homines iunctos M ‖ cocleis O ‖ hominis *corr. m. II in* homines V ‖ vinctos *coniecit Burmannus* ‖ quicquid O 356 *et* 357 *delere voluit Koenigius*

Nutrit Iudaicis quod pingitur India velis.
Subicit et mixtis salibus lascivior alter:
Miraris? Nihil est, quod non in pectore magnum
Concipit Eutropius. Semper nova, grandia semper
Diligit et celeri degustat singula sensu.
Nil timet a tergo; vigilantibus undique curis
Nocte dieque patet; lenis facilisque moveri
Supplicibus mediaque tamen mollissimus ira
Nil negat et sese vel non poscentibus offert.
Quidlibet ingenio subigit traditque fruendum;
Quidquid amas dabit illa manus; communiter omni
Fungitur officio, gaudetque potentia flecti.
Hoc quoque consiliis peperit meritoque laborum,
Accipit et trabeas argutae praemia dextrae.
  Postquam vera fides facinus vulgavit eoum
Gentibus et Romae iam certius impulit aures:
Eutropiumne etiam nostra dignabimur ira?
Hic quoque Romani meruit pars esse doloris?
Sic effata rapit caeli per inania cursum
Diva potens unoque Padum translapsa volatu
Castra sui rectoris adit. Tum forte decorus

357 iudaicis O *ante* 'iudaicis' *rasura unius litterae in* V lydiacis *coniecit Hugo Grotius, ut testatur* H niliacis *iam olim temptavit ipse* H in attalicis *proposuit praeterea* H3 ‖ quod *scripsi, ut coniungendum esset* 'quidquid inane India nutrit, quod pingitur Iudaicis velis', *quae structura paulo liberior nec tamen ea inaudita* quae O ‖ telis *pro* velis *temptavit etiam* H2H3 359 Mirari nihil est *proponit* H3 ‖ nichil VV1 360 gaudia [vel grandia] V gaudia [ram] L 361 Diligit [vel r] V ‖ celeri (*pro* sceleri) V1 ‖ degusat [t] V 362 Nihil G Nil O ‖ vigilacibus *coniecit Burmannus* 364 Suplicibus V 366 Quodlibet [i] B ‖ ingenio [vel ingenuo] V ‖ subigit BV1 subicit VL ‖ ingenuos subirit *Paul l. c. p. 33* ‖ traditque fruendum GV tarditque [r vel tra] fruendum L truditque [a] nocendum (*in marg. m. II* fruendum) V1 367 Quicquid O ‖ ille *pro* illa *Gronovium coniecisse laudat* H2H3 369 Hic B ‖ conciliis *cum deter. coniecisse Rubenium testatur* H ‖ meritumque *voluit* H2H3 370 turbeas [ra] V1 372 nuntius *pro* certius *proponit* H3 374 Hoc B 375 celi [vel cetem] (*quod sup. lin.* = celerem) V 377 fronte [vel forte] L

Cum Stilichone gener pacem implorantibus ultro
Germanis responsa dabat legesque Caucis
Arduus et flavis signabat iura Suevis:
His tribuit reges, his obside foedera sancit
Indicto, bellorum alios transcribit in usus,
Militet ut nostris detonsa Sigambria signis.
Laeta subit Romam pietas et gaudia paene
Moverunt lacrimas tantoque exsultat alumno.
Sic armenta suo iam defensante iuvenco
Celsius assurgunt erectae cornua matri:
Sic iam terribilem stabulis dominumque ferarum
Crescere miratur genetrix Massyla leonem.
Dimovit nebulam iuvenique apparuit ingens.
Tum sic orsa loqui: Quantum te principe possim,
Non longinqua docent, domito quod Saxone Tethys
Mitior aut fracto secura Britannia Picto.
Ante pedes humili Franco tristique Suevo
Perfruor et nostrum video Germanice Rhenum.
Sed quid agam? Discors oriens felicibus actis
Invidet atque alio Phoebi de cardine surgunt
Crimina, ne toto conspiret corpore regnum.
Gildonis taceo magna cum laude retectam
Perfidiam et fretos eoo robore Mauros.

378 stilicone LV1 ‖ inplorantibus V 379 legemque V1 379 caucis Gg chai≡chis (*pro* chauchis) V caducis B caychis L caicis V1 cheruscis *coniecisse Scaligerum testatur* H 381 Hiis V1 ‖ reges GVBL leges V1 ‖ hiis V1 ‖ sãccit V1 382 transcribit B 383 Militet ut nostris detonsa sicambria signis M ‖ detunsa L ‖ sicambria (c *in ras. pro* g) V sycambria B Sicambria LV1 385 exultat O alunno B alumpno L 386 defensante GVLV1 defensate (n *add. sup. lin. m. I*) B 389 genetrix G genitrix O ‖ massylla V massila VLV1 391 Tum GVLV1 Tunc B ‖ possim B possem L possem V possum V1 392 Non O Nos g Num H *coniecisse testatur Clercqius et Burmannus* ‖ thetis (i *corr. m. rec. in* y) V thetis BV1 tetis L 393 picto G 394 Ante pedes humili franco tristique suevo M vel fracto franco V 395 renum V1 399 retectam *ego scripsi, quod idem coniecisse* H *testatur Burmannus* repressam *praeterea* H *temptasse idem tradit* reiectam *ego olim* recept≡ū *(sic)* V receptam BLV1 400 fractos B ‖ mauros G

Quae suscepta fames, quantum discriminis urbi,
Ni tua vel soceri nunquam non provida virtus
Australem Arctois pensasset frugibus annum.
Invectae Rhodani Tiberina per ostia classes
Cinyphiisque ferax Araris successit aristis.
Teutonicus vomer Pyrenaeique iuvenci
Sudavere mihi, segetes mirantur Hiberas
Horrea, nec Libyae senserunt damna rebellis
Iam transalpina contenti messe Quirites.
Ille quidem solvit meritas, scit Tabraca, poenas,
Ut pereat quicumque tuis conflixerit armis.
  Ecce recens isdem clades a partibus exit
Terrorisque minus, sed plus habitura pudoris,
Eutropius consul. Pridem tolerare fatemur
Hoc genus, Arsacio postquam se regia fastu
Sustulit et nostros corrupit Parthia mores.
Praefecti sed adhuc gemmis vestique dabantur
Custodes sacroque adhibere silentia somno.
Militia eunuchi nunquam transgressa cubile
Non vita spondente fidem; sed inertia tutum

401 Quę gB Que V Quam LV1 ‖ suscepta, *in marg. m. II* vel suspecta V $\overset{\text{pecta}}{\text{suscepta}}$ L suspecta BV1 funesta *coniecit Schraderus* ‖ urbi VLV1 urbis B 402 Ni] Ne B 403 archtois L arthois V1 ‖ frugibus (gi *in ras. m. II*) B 404 rhodani G rodani BV1 rodano V $\overset{\text{i}}{\text{rhodano}}$ L ‖ tyberina L ‖ hostia BLV1 405 Cinufeisque (e *corr. ex* i) V Cenypheisque B Cinifeisque L Cinifiisque V1 406 Teutonicus vomer pirineique iuvenci M ‖ Lingonicus *pro* Teutonicus *coniecit Schraderus* ‖ pyrineique V pireneique B pirineique L firēneique V1 407 michi VV1 ‖ hiberas VBV1 $\overset{\text{a}}{\text{hyberis}}$ L 408 lybie V lybię B libie L libiae V1 ‖ dampna VLV1 ‖ $\overset{\text{i}}{\text{rebelles}}$ V 409 quirites (es *ex* is *corr.*) V 410 scit LV1 $\overset{\text{scit}}{\text{sit}}$ V se B ‖ thabraca BL 411 Et pereat H *coniecisse dicit Clercqius* 412 recens LV1 repens GgVB ‖ hisdem clades a partibus VB isdem clades a partibus V1 isdem clades ac partibus L 414 $\overset{\text{ss}}{\text{tolerare}}$ V 416 partia L $\overset{\text{h}}{\text{pthi}}$=a V1 417 vestique (i *in ras. m. II*) B 418 sompno L 419 $\overset{\text{u}}{\text{eunchi}}$ L ‖ transgressa *deterr.* progressa O 420 spondente G ‖ tutum] tantum V1

Mentis pignus erat. Secreta monilia servent,
Ornatus curent Tyrios: a fronte recedant
Imperii; tenero tractari pectore nescit
Publica maiestas. Nunquam vel in aequore puppem
Vidimus eunuchi clavo parere magistri.
Nos adeo sperni faciles orbisque carina
Vilior? Auroram sane, quae talia ferre
Gaudet, et assuetas sceptris muliebribus urbes
Possideant. Quid belliferam communibus urunt
Italiam maculis nocituraque probra severis
Admiscent populis? Peregrina piacula forti
Pellantur longe Latio nec transeat Alpes
Dedecus; in solis, quibus exstitit, haereat arvis.
Scribat Halys, scribat famae contemptor Orontes;
Per te perque tuos obtestor Roma triumphos,
Nesciat hoc Thybris nunquam poscentibus olim
Qui dare Dentatis annos Fabiisque solebat.
Martius eunuchi repetat suffragia campus?
Aemilios inter servatoresque Camillos

421 secreta [s;at] (*sic sup. lin.* = sedata ?) V1 ‖ monilia [cubilia] V1 422 tirios V1 424 magestas B ‖ nūq̧ [.t. ī / a] i eqre [o] (*sup. lin.* = vel in) V1 ‖ puppem VLV1 puppim B 425 magistro [i] V 427 auroram G ‖ sane [+] quae (*sic*) G [vel saltem] sane quae V sane quae BLV1 428 septris V1 429 Possideant [en] V1 430 Ytaliam V1 ‖ proba B 431 Ammiscent G ‖ piacula [vel pericula] V picula [vel pia] V1 piacula BL 432 nec] ne V 433 extitit O exiit *malit* H1 ‖ ereat [h] [vel maneat] L 434 halis V alis LV1 ‖ scribat fame VL scribat famę B fame scribat V1 ‖ contemtor L ‖ orantes (· *sup. m. II add.*) L 436 thibris V tybris B tibris LV1 437 Quid G Qui O ‖ dentatis GVBV1 demptatis (*in marg. m. II add.* vel de tantis) L ‖ fabiique [s] L 438 repetat VL repetit [a] V1 repetit B repetet *deterr.* referet *coniecit Schraderus* 439 *In editione princ. Florent. in qua v. 443—445 ante v. 439—442 leguntur, perversus versuum ordo* a *et* b *litteris praepositis correctus est ex* G 439 Hemilios B ‖ bellatoresque *pro* servatoresque *coniecit* H3 ‖ quam illos [camillos] V1

Eutropius? Iam Chrysogonis tua Brute potestas,
Narcissisque datur! Natos hoc dedere poenae
Profuit et misero civem praeponere patri?
Hoc mihi Ianiculo positis Etruria castris
Quaesiit et tantum fluvio Porsenna remotus?
Hoc meruit vel ponte Cocles vel Mucius igne?
Visceribus frustra castum Lucretia ferrum
Mersit et attonitum tranavit Cloelia Thybrim?
Eutropio fasces asservabantur adempti
Tarquiniis? Quemcumque meae vexere curules,
Laxato veniat socii spectator Averno.
Impensi sacris Decii prorumpite bustis
Torquatique truces animosaque pauperis umbra
Fabricii tuque o si forte inferna piorum
Iugera et Elysias scindis Serrane novales.
Poeno Scipiadae; Poeno praeclare Lutati,
Sicania Marcelle ferox, gens Claudia surgat,
Et Curii series, et qui sub iure negasti
Vivere Caesareo parvo procede sepulcro
Eutropium passure Cato. Remeate tenebris
Agmina Brutorum Corvinorumque catervae.

440 chrisogonis V crisogonis LV1 (*in* V1 *sic* c[i]sogonis) 441 Narcisisque V1 ‖ quo *pro* hoc *proponit* H ‖ natos L natos[vel tis], *in marg.* vel natis V1 ‖ penę[vel nis] L 442 patri G 443 michi V ‖ ętruria V 445 mucius G 446 lucrescia V1 447 Mensit V1 ‖ Merserit ? attonitum tranarit *coniecit* H ‖ attonitum (u *in ras. m. I*) B ‖ tranavit GVLV1 transnavit B ‖ cloelia GB chloetia (t *corr. m. rec. in* 1) V cocle L coclya V1 ‖ tybrī V thybrim B tybrin L tibrim V1 448 adservabantur G adservabantur[vel untur] V adservabuntur B observabuntur L conservabuntur V1 449 quemcunque G ‖ meis[e] V 450 Lassato L ‖ socium aversatus[vel socii spectator] V socii spectator BLV1 (spectantor V1) socci spectator *Scaligerum coniecisse tradit* H 451 Inpensi GVV1 ‖ Inpensi patriae *frustra mutare vult Burmannus* 452 *ad h. v. qui excerpta ex* G *fecit hoc signum addidit* ⁜ ‖ umbram L ‖ priorum (r *prius quasi erasum*) B 454 et *sup. lin. add. m. II in* V ‖ elisias VV1 455 luctati L 456 marcelle G 457 series BV1 veteres VL ‖ qs ub[i] (*sic!* = qui sub, *in ras. erat* i ?) V 458 cesario[e] V1 ‖ sepuchro BV1 459 remea,[te] V 460 brutrorum *(sic)* V

Eunuchi vestros habitus, insignia sumunt
Ambigui Romana mares, rapuere tremendas
Hannibali Pyrrhoque togas, flabella perosi
Aspirant trabeis; iam non umbracula gestant
Virginibus Latias ausi vibrare secures.
Linquite femineas infelix turba latebras,
Alter quos pepulit sexus nec suscipit alter;
Exsecti Veneris stimulis et vulnere casti;
Mixta duplex aetas; inter puerumque senemque
Nil medium. Falsi complete sedilia patres,
Ite novi proceres infecundoque senatu
Eutropium stipate ducem, celebrate tribunal
Pro thalamis, verso iam discite more curules,
Non matrum pilenta sequi. Ne prisca revolvam
Neu numerem, quantis iniuria mille per annos
Sit retro ducibus, quanti foedabitur aevi
Canities, unam subeant quot saecula culpam.
Inter Arinthei fastos et nomen erile
Servus erit dominoque suos aequalis honores
Inseret. Heu semper Ptolomaei noxia mundo
Mancipia! En alio laedor graviore Pothino

462 t[e]rm[s]da′ *(sic)* V1 tremendas (tremend *in ras. m. I*) L 463 pyrroque VB pirroque V1 puroque, *m. II corr. in* pirroque L 464 Adspirant B ‖ unbracula L ‖ tollunt [vel gestant] V1 465 vibra[r]te L 466 femineus *corr. m. II in* femineas V fęmineas B 468 Erecti [vel eiecti] V Execti L ‖ stimulis, *in marg. m. II* stimulos V stimul[o]is L stimulis B stimulos V1 ‖ nu[l]ne *(sic)* V1 ‖ Experti Veneris stimulos, sed vulnere casti *temptavit frustra Burmannus* 469 ıuuenēq; [pūm] V1 470 comple—te V ‖ sedilia, d *corr. m. II ex* n B ‖ patr[e]is V 471 infęcundo B 473 talamis V1 ‖ *Post* 'verso' *compendium in* V1 *sequitur quod* 'et' *significat, nunc expunctum* 474 Nec L ‖ ne VB nec L n[c] V1 475 Neu VB Nec V1 Heu L 476 Sit O Fit H *coniecisse tradit Clercqius* ‖ divitibus [ducibus] L 477—491 *(incl.) in marg. leguntur manu prima exarati* V 477 quod G qđ B 478 arinthei fastos GB eristhei fastos, *in marg.* arinthei V aristei fastos LV1 ‖ erile G herile VL herile, *corr. m. I ex* herele B her[i]ęle V1 480 ptholomei VV1 ptolomei BL 481 pothino G fotino VV1 photino L

Et patior maius Phario scelus. Ille cruorem
Consulis unius Pellaeis ensibus hausit;
Inquinat hic omnes. Si nil privata movebunt,
At tu principibus, vestrae tu prospice causae
Regalesque averte notas. Hunc aspicit unum
Aula magistratum. Vobis patribusque recurrit
Hic alternus honos. In crimen euntibus annis
Parce quater consul. Contagia fascibus oro
Defendas ignava tuis neu tradita libris
Nomina vestitusque meos, quibus omne, quod ambit
Oceanus, domui, tanta caligine mergi
Calcarique sinas. Nam quae iam bella geramus
Mollibus auspiciis? Quae iam conubia prolem
Vel frugem latura seges? Quid fertile terris,
Quid plenum sterili possit sub consule nasci?
Eunuchi si iura dabunt legesque tenebunt,
Ducant pensa viri mutatoque ordine rerum
Vivat Amazonio confusa licentia sistro.
  Quid trahor ulterius? Stilicho quid vincere differs,
Dum certare pudet? Nescis quod turpior hostis
Laetitia maiore cadit? Piratica Magnum
Erigit, illustrat servilis laurea Crassum.
Annuis: agnosco fremitum, quo palluit Hebrus

482 En *add. in marg. m. II ante v. 482 in* V1 ‖ fario V 484 omnis B ‖ nihil G nil O ‖ movebunt G 485 At nunc [tu] V1 ‖ vestrae G ‖ ur̄ae B nostre VLV1 ‖ prospice VBL conspice V1 486 adverte V ‖ aspicit V1 accipit BLV1 488 honos GB honor VLV1 489 quater G ‖ fa[s]cibus (s *m. I add.*) B 490 Deffendas V 491 Nomina *deterr.* Omina GB Oia (= omina), *in marg. m. II add.* vel omina mea V Omina [omīa] L Omina [vel nōa] V1 492 Occeanus VLV1 493 geramus GVBV1 f̣eramus [g] L 494 que iam V aut quae BLV1 495 Vel GVBV1 Aut L ‖ latura seges [vel laturus ager] V laturus ager BLV1 498 Ducant pensa viri M 499 confisa *malit Burmannus* ‖ sistro Gg ritu O 500 stilico LV1 ‖ dif[+]fers *(sic)* G differs VBV1 differs *corr. m. II in* differt L 501 Dum [vel nū] V ‖ fugis [vel pudet] V pudet BLV1 502 cadit GO ‖ pyratica BL 503 se[r]vilis (r *add. m. I*) B 504 Annuis GBLV1 A[n]dnuis V ‖ quem palluit H *coniecisse testatur Clercqius* ‖ hebrus *cum deter. optime voluit Gesnerus et Paul Quaest. Claud. p. 26*

Quo Mauri Gildoque ruit. Quid Martia signa
Sollicitas? Non est hastis iaculisve petendus:
Conscia succumbent audito verbere terga.
Ut Scytha post multos rediens exercitus annos,
Cum sibi servilis pro finibus obvia pubes
Iret et arceret dominos tellure reversos,
Armatam ostensis aciem fudere flagellis.
Notus ab inceptis ignobile reppulit horror
Vulgus et afflictus sub verbere torpuit ensis.

CL. CLAUDIANI

IN LIBRUM II

IN EUTROPIUM

PRAEFATIO*. (XIX.)

Qui modo sublimes rerum flectebat habenas
  Patricius, rursum verbera nota timet
Et solitos tardae passurus compedis orbes
  In dominos vanas luget abisse minas.
Culmine deiectum vitae fortuna priori

eurus O eunus *frustra Burmannus* 505 Q ° || V 506 hastis iaculisve VV1 iaculis hastisve BL 507 succunbent B || verbera, *corr. m. II* a *in* ae L 508 scita L scitha V1 509 pubes *quod in* O *pro coniectura protulit Schraderus* 511 Armatās L || aciem G 512 ab G || ignobile G || horor V1 513 afflictus *scripsi*
vel adductus u
addictis V addictus L adductus BL eductus *coniecit Delrius* || verbere VBL verbera g (?) V1 || ensis G || CLAVDIANI IN EVTROPIVM LIBER PRIMVS EXPLICIT · INCIPIT LIBER SECVNDVS FELICITER PREFATIO (EXPLICIT *add. alia manus atramento*) B

Lib. II. G *Titulus in edit. pr. Flor. ab illo qui excerpsit ex* G *deletus est* || IN EVNDE͞ EVTROPIVM LIBER SE͞VS V || *De inscriptione in* B *cf. finem carminis antecedentis* Liber decimus . De mutatione fortune et statu Gildonis L || *M II in marg. add. in* V1 Insultatio in eutropium || * *Quod de hoc carmine iudicandum esse puto dixi in praefatione huius editionis* || 1 sublimis B sublimes (b *corr. m. II ex* l) V1 2 rursum G 3 solidos (t) V1

Reddidit insano iam satiata ioco.
Scindere nunc alia meditatur ligna securi,
Fascibus et tandem vapulat ipse suis:
Illatas consul poenas se consule solvit;
Annus qui trabeas, hic dedit exsilium.
Infaustum populis in se quoque vertitur omen;
Saevit in auctorem prodigiosus honos.
Ablato penitus respirant nomine fasti
Maturamque luem sanior aula vomit.
Dissimulant socii coniuratique recedunt:
Procumbit pariter cum duce tota cohors,
Non acie victi, non seditione coacti,
Nec pereunt ritu, quo periere viri.
Concidit exiguae dementia vulnere chartae;
Confecit saevum littera Martis opus.
Mollis feminea detruditur arce tyrannus
Et thalamo pulsus perdidit imperium.
Sic iuvenis mutante fide veterique reducta
Paelice defletam linquit amica domum.
Canitiem raram largo iam pulvere turpat
Et lacrimis rugas implet anile gemens
Suppliciterque pias humilis prostratus ad aras
Mitigat iratas voce tremente nurus.
Innumeri glomerantur eri, sibi quisque petentes

8 ipse GVBV1 ille L 9 Illatas *deterr.* Inlicitas [l] V Illicitas BLV1 Illicitus *coniecit Barthius* Sancitas H *coniecisse tradit Clercqius, forte* 'Incestus' *legendum quod saepe commutatur cum* 'Inlicitus' 9 exilium O 11 Infaustus V1 12 actorem V1 ‖ honos GVBL honor V1 13 abluto G 16 Procumbit O Procumbunt *nonnulli deterr.* ‖ in [cū] V ‖ toto *corr. m. II in* tota V 17 acie G ‖ seditione O (sedicione V) obsidione *deterr.* ‖ coacti O subacti *deterior quidam* 18 Nec V Ne BLV1 ‖ pereunt V pereant BLV1 19 carte VLV1 chartę B 20 Perfecit V1 ‖ litera V1 21 arce [vel arte] V arte BL areę [c] V1 ‖ tirannus VV1 22 Et thalamo VLV1 E thalamo B Ut thalamo *malit Barthius* 23 fide *sup. lin. m. II, nam deerat* V1 24 Pelice O 25 raram largo VBL largo raram V1 ‖ iam gB tam [vel de] V se [d] L de V1 tum H *olim legisse tradit Burmannus et Clercqius* 26 lacrymis G ‖ anile G 27 Supliciterque V Suplicitusq; *(sic)* V1 ‖ substratus B 28 *Forte* manus *pro* nurus 29 eri [h] V heri BLV1 ‖ potentes [e] V

Mancipium solis utile suppliciis.
Quamvis foedus enim mentemque obscenior ore,
  Ira dabit pretium; poena meretur emi.
Quas spado nunc terras aut quem transibis in axem?
  Cingeris hinc odiis, inde recessit amor.
Utraque te gemino sub sidere regia damnat;
  Hesperius nunquam, iam nec eous eris.
Miror cur, aliis qui pandere fata solebas,
  Ad propriam cladem caeca Sibylla taces?
Iam tibi nulla videt fallax insomnia Nilus;
  Pervigilant vates iam miserande tui.
Quid soror? Audebit tecum conscendere puppem
  Et veniet longum per mare fida comes?
An fortasse toros eunuchi pauperis odit
  Et te nunc inopem dives amare negat?
Eunuchi iugulum primus secuisse fateris,
  Sed tamen exemplo non feriere tuo.
Vive pudor fatis! En quem tremuere tot urbes!
  En cuius populi sustinuere iugum!
Direptas quid plangis opes, quas natus habebit?
  Non aliter poteras principis esse pater.
Improbe, quid pulsas muliebribus astra querelis,
  Quod tibi sub Cypri litore parta quies?
Omnia barbarico per te concussa tumultu;

31 obscenior (vel obscurior) V 32 dabit GV1 dabat VB dabit (a) L addit *coniecit* H3 ‖ pęna G ‖ hemi L =emi V1 33 ad (aut) V1 35 te *sup. lin. m. II add. nam deerat* L ‖ te regio gemino V1 ‖ sydere B ‖ regia *sup. lin. m. II add., nam h. l. deerat* V1 ‖ dampnat VL 36 Hesperiu[s], [s] *in ras. m. II add. pro* m V ‖ nc (e) L nunc (c) V1 38 sybilla B sibilla LV1 39 insompnia LV1 ‖ nylus L 40 iã (vel nec) V iam BL non V1 nec *deter. quidam* ‖ tibi G tui VBL tui= (*in ras. erat* s) V1 41 puppem VV1 puppim BL 43 thoros VLV1 45 Eunuchi iugulum O *quare interpretes ex mea sententia male cogitant de historia aliunde nobis non tradita*, Eunuchus iugulos *conieci* (Cf. *grammat. sub heteroclitis et Lucan. X, 387*). *Sic sententia bene currit neque obscuritatis quidquam restat* 46 meo (tu) *(sic)* V 47 fastis *coniecit Paul Quaest. Claud. p. 18* 48 En cuius GO Et cuius *cum uno deteriore editt. nonnullae recent.* ‖ iungum V1 51 querellis G 52 Quid V ‖ chypri V cipri LV1 ‖ littore L

Crede mihi, terra tutius aequor erat.
Iam non Armenios iaculis terrebis et arcu,
Per campos volucrem non agitabis equum.
[Dilecto caruit Byzantius ore senatus,
Curia consiliis aestuat orba tuis.]
Emeritum suspende sagum, suspende pharetram;
Ad Veneris partes ingeniumque redi.
Non bene Gradivo lenonia dextera servit,
Suscipiet famulum te Cytherea libens
Insula laeta choris, blandorum mater amorum.
Nulla pudicitiae cura placere potest.
Prospectant Paphiae celsa de rupe puellae
Sollicitae, salvam dum ferat unda ratem.
Sed vereor, ne te teneant Tritones in alto
Lascivas doctum fallere Nereidas
Aut idem cupiant pelago te mergere venti,.
Gildonis nuper qui tenuere fugam.
Inclita captivo memoratur Tabraca Mauro;
Naufragio Cyprus sit memoranda tuo.
Vecturum moriens frustra delphina vocabis;
Ad terram solos devehit ille viros.
Quisquis adhuc similes eunuchus tendit in actus,
Respiciens Cyprum desinat esse ferox.

54 terra V terris BLV1 55 terrebis G 56 volucm (e *add. m. I*) L 57 *et* 58 *interpolatos esse ex v. 61 satis patet, qui docet supra nihil nisi de ridicula eunuchi disciplina militari actum. Ansam huius interpolationis librario praebebat v. 59 initio corruptus; cf. infra. Praeterea offendit in v. 57* perfectum 'caruit' 57 Dilectoque caret *malit* H1H2 ‖ bizantius BLV1 59 Emeritum suspende sagum *restitui* Emeritam suspende togam O ‖ faretram V 61 gravidō, *in marg. m. II* grandivo (*sic* gdño) L ‖ dextera G 62 suscipiet *quod est in ed. pr. sic ex* G *corr.* Suscipiet (? = *susciperet*) Suscipiet VBL Suscipiat V1 ‖ citherea V1 63 foeta *pro* laeta H *olim coniecisse testatur Burmannus* 64 pudicitiae G 65 pafye V paphyę B paphie LV1 67 ne te teneant *nonnulli deterr.* teneant ne te O (teneant *in ras. m. I add. in* L) 68 doctū (ū *corr. m II ex* i) V ‖ fallere G 69 idem O iidem *editt.* 70 Gildoni nuper qui renuere *temptavit* H 71 thabraca BLV1 72 ciprus V1 73 Vecturum GVBL Venturum V1 ‖ delfina V 75 similes *corr. m. II ex* similis B ‖ eunuchus GV1 eunuchus (vel chis) V eunuchus *corr. m. II ex* eunuchi B eunuch// (i) L ‖ in G 76 ciprum V1

CL. CLAUDIANI
IN EUTROPIUM
LIBER II. (XX.)

Mygdonii cineres, et si quid restat eoi,
Quod pereat, regni, certae non augure falso
Prodigii patuere minae frustraque peracto
Vulnere monstriferi praesagia discitis anni.
Cautior ante tamen violentum navita Caurum
Prospicit et tumidae subducit vela procellae.
Quid iuvat errorem mersa iam puppe fateri?
Quid lacrimae delicta levant? Stant omina vestri
Consulis: immotis haesere piacula fatis.
[Tunc decuit sentire nefas, tunc ire recentes
Detersum maculas. Veteri post obruta morbo
Corpora Paeonias nequiquam admoveris herbas.
Ulcera possessis alte suffusa medullis
Non leviore manu, ferro sanantur et igni,
Ne noceat frustra mox eruptura cicatrix.

Titulus in edit. pr. Flor. ab illo qui fecit excerpta ex G *deletus est* ‖ INCIPIT LIB̄ III. IN EVTROPIVM V ‖ INCIPIT LIBER SCD̄S B ‖ *Titulus deest in* L ‖ Liber de depositione eutropii *m. II add. in* V1, *ibidem m. recens.* Cl. Claudiani liber in Eutropium eunuchum 1 Migdonii BLV1 ‖ restat] pręstat B 2 pereant B 4 discitis] ducitis G 5 Cauti[or], L ‖ caurum *restitui* chorum O 6 t[u]imide V1 7 errores BV1 8 lacrymae G ‖ Quid lacrimae [vel cum luant] V ‖ delicta (e *corr. ex* i, i *in ras.*) B ‖ omina VB omnia LV1 ‖ vestri GVBV1 veri [omina vestri] L 10—23 *interpolatos esse credo, de quo vide quae dixi in praefatione huius editionis* 10 Quum decuit cet. *pessime Koenigius temptavit* 12 ne — *(sic)* G ‖ nequiquam B nequicquam VV1 neqq [i a] L 13 Viscera L ‖ subfixa *pro* subfusa H *olim coniecisse tradit Burmannus* 15 noceat O coeat *Barthius* ‖ *forte* moveat crustam ‖ mox irruptura *Barthius coniecit* ‖ mox se ruptura *temptat Burmannus* ‖ ne noceat ducta et mox *coniecit Koenigius* ‖ *in marg. in* V *m. II add.* vel deinde erumpenda

Ad vivum penetrant flammae, quo funditus umor
Defluat et vacuis corrupto sanguine venis
Exundet fons ipse mali. Truncantur et artus,
Ut liceat reliquis securum degere membris.
At vos egregie purgatam creditis aulam,
Eutropium si Cypros habet vindictaque mundi
Semivir exsul erit. Quis vos lustrare valebit
Oceanus? tantum facinus quae diluet aetas?]
Induerat necdum trabeas: mugitus ab axe
Redditus inferno, rabies arcana cavernas
Vibrat et alterno confligunt culmina lapsu.
Bacchatus per operta tremor Chalcedona movit,
Pronus et in geminas nutavit Bosphorus urbes.
Concurrere freti fauces; radice revulsa
Vitant instabilem rursum Symplegada nautae.
Scilicet haec Stygiae praemittunt signa sorores
Et sibi iam tradi populos hoc consule gaudent.
Mox oritur diversa lues: hinc Mulciber ignes

16 penetrent *malit Paul Quaest. Claud. p. 9* ‖ *qui fecit excerpta ex* G *sup.* 'quis' *quod est in edit. pr.; hoc signum* † *addidit* (*sic:* quis [+]) quo B [vel quis .i. quibus] quo V [·|·quibus] quis L quis V1 (*in marg.* quo vel quibus *m. II*) ‖ [h] umor V humor BLV1 17 Defluịt [a] V1 18 Exundet [vel arescat] V Exundet [aret] (*sic*) L Arescat BV1 Exsudet *proponit* H ‖ ipse B ille VLV1 ‖ truncātur (*lineola sup.* a *add. m. II*) V truncantur BLV1 truncentur *temptat Paul Quaest. Claud. p. 9* 19 liquidis [reliquis] V1 ‖ securum GVBV1 securum [vel e] L securo *malit* H ‖ degere V vivere BLV1 ‖ menbris VB 21 cypros GB cyprus VL ciprus V1 ‖ si victima mundi *temptat Burmannus* 22 Semifer B ‖ exul O ‖ qui B ‖ vos G 23 Occeanus VLV1 24 Induerat *corr. m. II in* Induerit (*sup.* a *erat ras. pro* ā) L ‖ nondum V1 ‖ axe GO alto g (?) *editt. post* H 25 inferno BLV1 (*cf. Gesnerum*) infernas V ‖ archana VBV1 archarna (*sic*) L ‖ cavernas G 26 *in marg. m. II add. in* V1, *nam deerat* 27 Bachatus VLV1 ‖ ṭimor [e] V1 ‖ calcedona VLV1 calchedona B 28 nutabịt [v] V nuttavit V1 *ante* nutavit *rasura unius lineolae* (*est igitur pro* mutavit) L ‖ bosforus V1 29 concurrere G 30 rursus BV1 ‖ simplegada GO ‖ nau=tạ [e] V (*in ras. erat una littera*) 31 Scilicet hec VL Scilicet et BV1 ‖ stigie VLV1 32 iam G 33 mulcifer G

Sparserat, hinc victa proruperat obice Nereus;
Haec flagrant, haec tecta natant. Quam numina poenam
Servatis sceleri, cuius tot cladibus omen
Constitit? Incumbas utinam Neptune tridenti
Pollutumque solum toto cum crimine mergas!
Unam pro mundo Furiis concedimus urbem.
  Utque semel patuit monstris iter, omnia tempus
Nacta suum properant: nasci tum decolor imber
Infantumque novi vultus et dissona partu
Semina, tum lapidum fletus armentaque vulgo
Ausa loqui mediisque ferae se credere muris.
Tum vates sine more rapi lymphataque passim
Pectora terrifici stimulis ignescere Phoebi.
Fac nullos cecinisse deos: adeone retusi
Quisquam cordis erit, dubitet qui partibus illis
Affore fatalem castrati consulis annum?
  Sed quam caecus inest vitiis amor! Omne futurum
Despicitur suadentque brevem praesentia fructum
Et ruit in vetitum damni secura libido,
Dum mora supplicii lucrum serumque quod instat
Creditur. Haud equidem contra tot signa Camillo
Detulerim fasces, nedum — pro sexus! — inerti
Mancipio, cui cuncta licet responsa iuberent
Hortantesque licet sponderent prospera divi,
Turpe fuit cessisse viros. Exquirite retro

34 victa V vincta G victo [vel victo] L vita B rupto V1 rapta g (?) ‖ prorumperat L 35 Hec G ‖ fraglant, l *corr. m. II in* r V ‖ hec G 36 sceleris V ‖ cuius G ‖ cuius tot] c' tot *(sic)* V1 37 Constitit G ‖ incumbas G 39 Vnā (V *add. m. II*) V ‖ concedidimus V1 40 oma tempus Nacta suum properant nasci M ‖ omnia O (*in marg.* V1 *m. II* omina) 41 nesci [a] V1 45 sine G ‖ limphataque LV1 46 Pector [a] V1 ‖ terrifici G ‖ ignoscere *corr. m. II in* ignescere B ignoscere [e] L 47 retrusi L 48 qubitet *corr. m. I (?) in* dubitet L 51 spadentque B ‖ praesagia [vel p̄soncia] V 52 dampni VL 53 supliciiq; V suplitii L ‖ lucrum *scripsi* lucro O ‖ instant B 54 haut BLV1 55 nedum G ‖ pro [h] V proh V1 56 cui G ‖ faverent *pro* iuberent *coniecit Burmannus* ‖ certa *pro* cuncta H *coniecisse testatur Clercqius, idem voluit Paul l. c. p. 16* 57 simul *pro* licet *proponit* H2H3 58 deos viros *(sic)* V

Crimina continui lectis annalibus aevi,
Prisca recensitis evolvite saecula fastis.
Quid senis infandi Capreae, quid scaena Neronis
Tale ferunt? Spado Romuleo succinctus amictu
Sedit in Augustis laribus. Vulgata patebat
Aula salutantum studiis; huc plebe senatus
Permixta trepidique duces omnisque potestas
Confluit. Advolvi genibus, contingere dextram
Ambitus et votum deformibus oscula rugis
Figere. Praesidium legum genitorque vocatur
Principis et famulum dignatur regia patrem.
  Posteritas, admitte fidem. Monumenta petuntur
Dedecoris multisque gemunt incudibus aera
Formatura nefas: haec iudicis, illa togati,
Haec nitet armati species; numerosus ubique
Fulget eques; praefert eunuchi curia vultus.
Ac veluti caveant, ne quo consistere virtus
Possit pura loco, cunctas hoc ore laborant
Incestare vias. Maneant immota precamur
Certaque perpetui sint argumenta pudoris!
Subter adulantes tituli nimiaeque leguntur
Vel maribus laudes: claro quod nobilis ortu, —
Cum vivant domini, — quod maxima proelia solus
Impleat, — et patitur miles, — quod tertius urbis

59 lętis B ‖ aevi] anni L 60 recensętis (revolutis i) *(sic)* V recensetis B recensitis LV1 ‖ secula G 62 ferat B ‖ succintus V 64 salutandum L ‖ hac V huic B huc (e) LV1 65 tụrpidique (i) V1 70 monụmenta V monumenta *una lineola litterae* u *erasa corr. in* monimenta V1 ‖ parantur *pro* petuntur H *coniecisse dicit Clercqius, idem temptat Burmannus* 71 Dedechoris V1 72 hec G ‖ *forte* 'sagati', *cum inter togatus sit* 73 Hęc, *in marg. m. II add.* h (i) V Haec BLV1 Hic *editt.* His H *coniecisse tradit Clercqius* 74 perfert H *legisse tradit Clercqius* 76 hoc ore GVBL hoc ẹrẹ (ore) V1 77 Incestare vias M ‖ Instaurare (vel incestare) V (*quare* H2H3 *temptant* 'cunctis haec ora laborant Instaurare viis') Incestare BLV1 78 sint] s̄ L (= *sunt)* ‖ doloris (vel pudoris) L 81 Cum vivant GVLV1 Convivant B 82 patitur GVBL *(cf. infra v. 223 et a. h. l. interpretes)* patrū (sit) *(sic,* sit *add. m. II)* V1 ‖ haec patitur *malit Burmannus* ‖ tertius G

Conditor, — hoc Byzas Constantinusque videbunt?
Inter quae tumidus leno producere cenas
In lucem, foetere mero, dispergere plausum
Empturas in vulgus opes totosque theatris
Indulgere dies, alieni prodigus auri.
At soror et si quid portentis creditur uxor
Mulcebat matres epulis et more pudicae
Coniugis eunuchi celebrabat vota mariti.
Hanc amat, hanc summa de re vel pace vel armis
Consulit, huic curas et clausa palatia mandat
Ceu stabulum vacuamque domum. Sic magna tueri
Regna nihil patiensque iugi deluditur orbis?
Mitior alternum Zephyri iam bruma teporem
Senserat et primi laxabant germina flores.
Iamque iter in gremio pacis sollemne parabant
Ad muros Ancyra tuos auctore repertum
Eutropio: pelagi ne taedia longa subirent,
Sed vaga lascivis flueret discursibus aestas:
Unde tamen tanta sublimes mole redibant,
Ceu vinctos traherent Medos Indumque bibissent.
Ecce autem flavis Gradivus ab usque Gelonis
Arva cruentato repetebat Thracia curru:
Subsidunt Pangaea rotis altaeque sonoro

83 bizas LV1 bizus *corr. m. rec. in* byzas V ‖ hoc constantine videbis *coniecit* Hs 84 que L ‖ tumidas (vel quos) *proponit* Hs 85 fetere GVLV1 fętere B ‖ dispargere B ‖ plausum GVBL plausu▒ (*in ras. erat* m) V1 86 Ituras *corr. m. II in* Ęturas (mp) V 88 Ad, *in marg. hoc signum add. qui excerpsit* ⁜ G 91 Hac̄ (a *add m. II*) L ‖ hc (a) L 92 curas (vel ceras) V 93 vacuamque VB vacuumque (a) L viduamque V1 94 nihil GL nichil VBV1 95 zephiri *corr. m. rec. in* zephyri V zephiri L zefiri V1 96 germina G 97 e gremio V ‖ paucis sollenne G pacis solemne VV1 pacis solempne BL ‖ Iamque iter ingressi paucis sollemne *temptat* Hs Iamque iter, ut Genio pacis sollemne *proponit Burmannus* 98 ancyra GV ancya *(sic)* B amphira LV1 ‖ actore V1 99 subiret *malit Burmannus* 100 de cursibus ęstas L ‖ ęstas (vel etas) V 101 sublimis (e) V sublimes BLV1 ‖ mole GVBV1 laude L 102 vinctos G ‖ indumque G ‖ bibant, *in marg. m. II* bibissent V1 104 repetebant (a) V ‖ tracia L tchia (a) V1 ‖ cursu (r) V 105 plangea V1 ‖ alte (que) sonoro (o *finale in ras. pro* u) V

Stridunt axe nives. Ut vertice constitit Haemi
Femineasque togas pressis conspexit habenis,
Subrisit crudele pater cristisque micantem
Quassabat galeam. Tunc implacabile numen
Bellonam alloquitur, quae sanguine sordida vestem
Illyricis pingues pectebat stragibus hydros:
Necdum mollitiae, necdum, germana, mederi
Possumus eoae? Nunquam corrupta rigescent
Saecula? Cappadocum tepidis Argaeus acervis
Aestuat, infelix etiamnum pallet Orontes.
Dum pereunt, meminere mali. Si corda parumper
Respirare sinas, nullo tot funera sensu
Praetereunt tantique levis iactura cruoris.
Aspicis obscenum facinus? Quid crinibus ora
Protegis? En quales sese diffundit in actus
Parva quies! Quantum nocuerunt otia ferri!
Qui caruit bellis, eunucho traditur annus.
Actum de trabeis esset, si partibus una
Mens foret Hesperiis: rueret derisa vetustas
Nullaque calcati starent vestigia iuris,
Ni memor imperii Stilicho morumque priorum,
Turpe relegasset defenso Thybride nomen

106 ut GBV1 ut (vel et) V et (vel qi) L (*sup. lin.* q^i = *qui*) 107 Fęmineasque B 109 Quassabat VL Quassavit B Cassabat V1 ‖ inplacabile V V1 110 Bellonem L ‖ alloquitur (vel placabat) O adloquitur G 111 Illiricis BLV1 ‖ spectabat (e) V pectebat BLV1 ‖ stragibus G ‖ idros LV1 112 Necdum VBL Nondum V1 113 eoạe (*sic*) V eoo B eoe LV1 ‖ *forte* virescent *latet in* rigescent 114 Sęcula G ‖ Capadocum BLV1 ‖ Argaeus B Argeus VLV1 ‖ acervis] ancũís (*sic*) V1 115 etiamnum VV1 etiamnunc BL (*in* L *sic:* ꝛ̄ ñc) ‖ squallet *malit* H2H3 118 antiqua, *in marg. m. II add.* vel tantaque V 119 Aspicis (vel re) V 120 en qualis (e) V en qualis B en quales V1 he[u] quales ([u] *add. m. II*) L ‖ diffundit VL diffudit B diffundat V1 121 otia (vel secta) V ‖ ferro H *coniecisse testatur Clercqius* 122 paribus (t) V 124 reuet, *in marg. m. II add.* rueret V1 125 fastigia *temptat* H (*cf. cons. Olybr. v. 6*) 126 stilico L ‖ morumque V morumve BLV1 127 defenso a thibride V defenso tibride (*sic* = thibride) B defenso tibride L defenso tybride V1

Intactamque novo servasset crimine Romam.
Ille dedit portum, quo se pulsata referret
Maiestas Latii deformataeque secures.
Ille dedit fastos, ad quos oriente relicto
Confugeret sparsum maculis servilibus aevum.
Quam similes haec aula viros! Ad moenia visus
Dirige Num saltem tacita formidine mussant?
Num damnant animo? Plaudentem cerne senatum
Et Byzantinos proceres Graiosque Quirites.
O patribus plebes, o digni consule patres!
Quid quod et armati cessant et nulla viriles
Inter tot gladios sexum reminiscitur ira?
Huccine nostrorum cinctus abiere nepotum?
Sic Bruti despectus honos? Ignosce parenti
Romule, quod serus temeratis fascibus ultor
Advenio: iam iam largis haec gaudia faxo
Compensent lacrimis. Quid dudum inflare moraris
Tartaream Bellóna tubam? quid stringere falcem,
Qua populos a stirpe metis? Molire tumultus,
Excute delicias. Thracum Macetumque ruinae
Taedet et in gentes iterum saevire repulsas.
Damna minus consueta movent. Trans aequora saevas
Verte faces; aliis exordia sume rapinis.
Non tibi Riphaeis hostis quaerendus ab oris,
Non per Caucasias accito turbine valles

vel ces
131 fastos L 132 ęuum VB euum L eum V1 *quod m. rec. ita corr.* eūn[illegible] 133 similis B ‖ habet aula *coniecit Barthius* ‖ viros (o *in ras. m. II add.*) B 134 Derige G Dirige O ‖ num GVBV1 ŭ (= *non*) L ‖ mussant GMO 135 Num G ‖ Num dampnant VBL Non dapnāt .(*sic*) V1 136 bizantinos (*m. rec. corr. in* byzantinos) V bizantinos LV1 137 O patribus plebes o digni consule patres M 138 Quid
vel is
quod G ‖ viriles V virilis BLV1 142 temeratis G 144 Compescent B ‖ lacrymis G ‖ quam dudum *coniecit Paul Quaest. Claud. p. 22*
tis a
146 metis VB meos L metis V1 metas *deterr. nonnulli*
macedūq;
147 tracum L ‖ macetumque GVB macedumque L macmcteque (*sic*) V1
vel sepultas sepultas
148 repulsas V sepultas BV1 ~~tumultus~~ (*sic*) L 149
vel primordia
Dampna VL damna V1 150 exordia V ‖ sume G 151 rifeis V ripheis BLV1 ‖ hostis G ‖ horis VLV1 152 caucaseas V1 ‖ excito *temptat* H2H3

Est opus: Ostrogothis colitur mixtisque Gruthungis
Phryx ager. Hos parvae poterunt impellere causae
In scelus; ad mores facilis natura reverti.
Sic eat, in nostro quando iam milite robur
Torpuit et molli didicit parere magistro:
Vindicet Arctous violatas advena leges;
Barbara Romano succurrant arma pudori.
Sic fatus clipeo, quantum vix ipse deorum
Arbiter infesto cum percutit aethera nimbo,
Intonuit: responsat Athos Haemusque remugit;
Ingeminat raucum Rhodope concussa fragorem.
Cornua cana gelu mirantibus extulit undis
Hebrus et exsanguem glacie timor alligat Histrum.
Tunc adamante gravem nodisque rigentibus hastam,
Telum ingens nullique deo iaculabile, torsit:
Fit late ruptis via nubibus. Illa per auras
Tot freta, tot montes, uno contenta volatu
Transilit et Phrygiae mediis affigitur arvis.
Sensit humus: gemuit Nysaeo palmite felix
Hermus et aurata Pactolus inhorruit urna
Totaque submissis tremuerunt Dindyma silvis.
Nec dea praemissae stridorem segnius hastae
Consequitur centumque vias meditata nocendi,
Tandem Tarbigilum — Geticae dux improbus alae

153 ostrogothis V osdrogothis B ostrogotis L osthrogocis V1 ‖ gruthungis GB gruthunnis V gruthunnis, *m II corr. in* grothunnis L gruthūnis V1 154 Phryx B Frix VL Phrix V1 ‖ hos *add. m. II sup. lin., nam deerat* V1 155 Ẹn[I] scelus V In[vel ad] scelus L In scelus BV1 156 *ad h. v. additum est hoc signum* ※ *ab eo qui hausit ex* G ‖ Ḥọc[Sic] eat V Sic eat BLV1 ‖ quando] qṁ (= *quantum*) V1 157 Ṣ[T]orpuit V ‖ parere *m. II add. in ras. in* B ‖ ministro *coniecit Schraderus* 158 Vendicet L ‖ archtous L arcthous V1 160 clypeo B ‖ deọrum L 161 ethera LV1 aegida[vel ethera] GgB egida V 163 raucum G ‖ rodopę V rodope LV1 164 extulit] eẋit *(sic)* L 165 exanguem VLV1 ‖ hystrum B 167 iaculabile G

170 phrygię B frigię V phrigie V1 frigie L ‖ affigitur VB ̣affligitur LV1 ‖ arvis GVB horis LV1 171 nyseo V niseo BLV1 172 in[h]orruit V1 ‖ unda *coniecit Schraderus* 173 summissis B ‖ dindima LV1

174 Non V1 ‖ segnib;[us] L 176 tarbigilum V tharbigilum BL targibilum, *in marg. m. II add.* tarbigilū V1 trigibilum *Graecos magis imitans proponit* H ‖ gethice L ‖ alae *restituit Rubenius, quod probatur*

Hic erat — aggreditur. Viso tum forte redibat
Eutropio vacuus donis feritasque dolore
Creverat et teneris etiam quae crimina suadet
Ingeniis, Scythicum pectus flammabat egestas.
Huic sese vultu simulatae coniugis offert
Mentitoque ferox incedit barbara gressu
Carbaseos induta sinus: post terga reductas
Uberibus propior mordebat fibula vestes
Inque orbem tereti mitra redimita capillum
Strinxerat et virides flavescere iusserat angues.
Advolat ac niveis reducem complectitur ulnis
Infunditque animo furiale per oscula virus.
Principe cum largo veniat, quas inde reportet
Divitias, astu rabiem motura requirit.
Ille iter ingratum, vanos deflere labores,
Quos super eunuchi fastus, quae probra tulisset.
Continuo secat ungue genas et tempore pandit
Arrepto gemitus: Iam nunc devotus aratris
Scinde solum positoque tuos mucrone sodales
Ad rastros sudare doce. Bene rura Gruthungus
Excolet et certo disponet fidere vites.
Felices aliae, quas debellata maritis
Oppida, quas magnis quaesitae viribus ornant
Exuviae, quibus Argivae pulchraeque ministrant

a Zosimo (*V, 13, 5*) ἦρχε δὲ οὐ Ῥωμαικῶν ἰλῶν, ἀλλὰ βαρβάρων aulę V aulae B aule LV1 177 aggreditur (vel alloquitur) V 179 quę G 180 scithicum V scyticum (= *scythicum*) B sciticum L sciticū (h) V1 181 simulatę GB simulate (vel mentite) V simulate LV1 182 incedit VLV1 incendit L incedens Gg 183 inducta L ‖ redu ctas V 184 proprior B 185 redimita *scripsi, cf. Mus. Rhen. XXIX, p. 77 seq.* redeunte GO redimente g (?) radiante *in mentem venit Burmanno* 186 Strinxerat O Struxerat *nonnulli deterr.* 187 ac G 188 Infunditque BLV1 Infuditque V Diffunditque *malebat* Hs 189 reportæt *(sic)* V1 191 deflere O defletque G 193—194 fenore pandit Erepto *temptat Paul Quaest. Claud. p. 12* 194 iam (vel i) V i BLV1 196 gruthungus GB gruthunnus *ex corr. m. II pro* gruthungus V gruthongus (o) L gthong' V1 197 sydere B ‖ vittes V 198 meritis (t *in ras. add. m. II*) B 199 quis (a) V1 200 pulchreque V pulchraeque B pulcq; (e) L pulcreque V1

Thessalides, famulas et quae meruere Lacaenas!
Me nimium timido, nimium iunxere remisso
Fata viro, totum qui degener exuit Histrum,
Qui refugit patriae ritus, quem detinet aequi
Gloria concessoque cupit vixisse colonus,
Quam dominus rapto. Quid pulchra vocabula pigris
Praetendis vitiis? Probitatis inertia nomen,
Iustitiae formido subit. Tolerabis iniquam
Pauperiem, cum tela geras, et flebis inultus,
Cum pateant tantae nullis custodibus urbes?
Quippe metus poenae? Pridem mos ille vigebat,
Ut meritos colerent impacatisque rebelles
Urgerent odiis. At nunc qui foedera rumpit
Ditatur; qui servat eget. Vastator Achivae
Gentis et Epirum nuper populatus inultam
Praesidet Illyrico. Iam, quos obsedit, amicus
Ingreditur muros, illis responsa daturus,
Quorum coniugibus potitur natosque peremit.
Sic hostes punire solent; haec praemia solvunt
Excidiis. Cunctaris adhuc numerumque tuorum
Respicis exiguąmque manum? Tu rumpe quietem:
Bella dabunt socios. Nec te tam prona monerem,
Si contra paterere viros. Nunc alter in armis

202 Me nụmium V1 ‖ $\overset{remisso}{ministro}$ L *Initia v. 203* Fa[ta], *v. 204* Qui, *v. 205* Gl[oria] *in ras. add. m. II in* V 203 hystrum BL 204 Qui VBV1 Hc̄ (= *Hunc*) L Quem *coniecit* Hs ‖ $\overset{cupit}{tulit}$ L 206 quid] $\overset{i}{q}$ L 207 Praetendis g Praetentas O 208 tolerabis (s *in ras.*) V ‖ uquam *corr. m. rec. in* ū̆quam V1 ‖ pa$\overset{u}{,}$priem V1 209 cum G 210 Cum G 211 metus O metu *coniecit Barthius* ‖ vigebat G ‖ Pridem mos ille vigebat Ut meritos colerent inpacatisque rebelles Urgerent odiis at nunc qui foedera rumpit Ditatur qui servat eget M 212 inplacandisque H *olim maluisse testatur Burmannus* ‖ rebell$\overset{e}{ị}$s V 213 Urgerent G ‖ rumpit G 214 serv$\overset{a}{ẹ}$t V 215 epyrum VBL ephirum V1 ‖ inultam O *quod fortasse aberratione tantum ad finem v. 209 exortum ex* 'inermem', *Burmannus incidit in* 'adulter', *Koenigius coniecit* 'indulto' 216 Presidet G Possidet V1 ‖ illyrico B illirycos V illiric$\overset{i}{ọ}$s L illiricos V1 ‖ o$\overset{s}{b}$edit V ‖ amicus VV1 amicos B amịctus L 222 moverem L 223 paterere B $\overset{vel\ rapere}{paterere}$

Sexus et eunuchis se defensoribus orbis
Credidit; hos aquilae Romanaque signa secuntur.
Incipe barbaricae tandem te reddere vitae;
Te quoque iam timeant admirenturque nocentem,
Quem sprevere pium. Spoliis praedaque repletus,
Cum libeat, Romanus eris. Sic fata repente
In diram se vertit avem rostroque recurvo
Turpis et infernis tenebris obscurior alas
Auspicium veteri sedit ferale sepulcro.
Ille, pavor postquam resoluto corde quievit
Et rigidae sedere comae, non distulit atrox
Iussa deae: sociis quae viderat ordine pandit
Irritatque sequi. Coniurat barbara pubes
Nacta ducem Latiisque palam descivit ab armis.
  Pars Phrygiae, Scythicis quaecumque Trionibus alget
Proxima, Bithynos; solem quae condit, Ionas;
Quae levat, attingit Galatas; utrimque propinqui
Finibus obliquis Lycii Pisidaeque feroces
Continuant australe latus: gens una fuere
Tot quondam populi, priscum cognomen et unum,
Appellata Phryges: sed quid non longa valebit

V peterere G pa^te^rere L paterere, *in marg. II add.* raperere V1 ‖ nonne *pro* nunc H *coniecisse testatur Clercqius* ‖ inermis ^vel armis^ L 225 sequuntur VBV1 227 ãmirenturque V1 228 sp[re]vere ([re] *in ras. m. II add.*) B ‖ repleti ^vel tus vel tũ^ V repletus BLV1 229 eri^s^t V 230 dım̃, *in marg. m. II add.* dirà V1 ‖ rostu^o^sq; V1 231 infern^i^as L infernis V1 infernas VB 232 sepulchro O 235 viderat VB viderit LV1 236 Irritatque GB Irrita^t^queq; V Invitatque LV1 238 frygie V phrygię B phrigie L frigie V1 phrygiam *coniecit Scaliger* ‖ scyticis *(sic = scythicis)* B scithicis L cythicis V1 239 bithin^o^as L bithinos V1 bityno V bithyno B ‖ yonas V 240 leua^t^ V leua L leua B leuat V1 ‖ galathas VBL 241 lycii pisidaeque *scripsi ex coniectura* lidy ip^i^sideque V lydii pysidęque B lidi pisideque L lidi[i] (i *m. II add.*) pisideque (*corr. m. II ex* pisidique) V1 242 fueræ *(sic)* V1 244 phryges B friges (*corr. m. rec. in* fry^h^ges) V friges LV1 ‖ qui^d^ B

Permutare dies? dicti post Maeona regem
Maeones, Aegaeos insedit Graecia portus,
Thyni Thraces arant quae nunc Bithynia fertur.
Nuper ab Oceano Gallorum exercitus ingens
Illis ante vagus tandem regionibus haesit
Gaesaque deposuit iam Graio mitis amictu
Pro Rheno poturus Halyn. Dat cuncta vetustas
Principium Phrygibus, nec rex Aegyptius ultra
Restitit, humani postquam puer uberis expers
In Phrygiam primum laxavit murmura vocem;
Hic cecidit Lydis iactata paludibus olim
Tibia, foedatam cum reddidit unda Minervam.
Hic et Apollinea victus testudine pastor
Suspensa memores illustrat pelle Celaenas.
Quattuor hinc magnis procedunt fontibus amnes
Auriferi: nec miror aquas radiare metallo,
Quae totiens lavere Midam. Diversus ad Austrum
Cursus et Arctoum fluviis mare: Dindyma fundunt

245 menia (o *supra*) L 247 Thini (*corr. m. rec. in* Thyny) V Thini BV1 Thyni L ‖ traces BL (*in hoc codice sic* Thynitraces) V1 ‖ arant V erant BLV1 ‖ bythinia V bithinia BLV1 248 Hospes *pro* Nuper *frustra temptavit Paul Quaest. p. 8* ‖ occeano VLV1 250 Gessaque G Gesaque O ‖ disposuit L ‖ graio iam V1 ‖ mitis] mittis V1 251 Pro (*pro* Proh) V ‖ teno (r *supra*) V1 ‖ halyn B halym V alī L alim V1 252 phrygibus B frigibus VV1 phrigibus L ‖ egiptius VV1 253 *Ad* 'uberis' *ex* G *notatum est* 'vel isidis' 254 phrigiam L frigiam V1 *Initia v. 255* Hic, *v. 256* Tibia, *v. 257* Hic *add. m. II in lacuna in* V 255 Hic (huc *supra*) V1 ‖ cecidit V cecidit (venit *supra*) V1 cecidit (vel nit *supra*) L cecinit B ‖ lydis *scripsi, cf. Prop. ed. Mueller III, 28, (30) 17* '(tibia), Quae non iure vado Maeandri iacta natasti'; 'olim' *pertinet ad* 'cecidit', *non ad* 'iactata'. lyciis *vetus Claverii Codex* lybicis VB libicis LV1 256 Tybia L ‖ redidit (d *supra*) V1 ‖ unda *conieci*, (*cf. Ovid. Fast. VI, 699* 'faciem liquidis referentibus undis Vidi virgineas intumuisse genas') umbra VBV1 unbra L ‖ minervā (a *ex corr. m. II pro ?*) V 257 appollinea L 258 Suspensa — B 259 hinc GVB h (i *supra*) LV1 (= *hic*) huic (?) H *coniecisse testatur Clerçqius* 261 labere B ‖ midā V midan B midam V1 nudam, *m. II corr.* mjdam L ‖ austrum GVBL hauster V1 262 arctoum (h *supra*) V arctoum B archtoum L arthoum V1 ‖ dindima, *corr. m. rec. in* dindyma V

Sangarium, vitrei puro qui gurgite Galli
Auctus Amazonii defertur ad ostia Ponti.
Icarium pelagum Mycalaeaque litora iuncti
Marsya Maeanderque petunt: sed Marsya velox,
Dum suus est, flexuque carens, iam flumine mixtus
Mollitur Maeandre tuo contraria passus
Quam Rhodano stimulatus Arar. Quos inter aprica
Planities Cererique favet densisque ligatur
Vitibus et glaucos fructus attollit olivae,
Dives equis, felix pecori pretiosaque picto
Marmore, purpureis caedunt quod Synnada venis.
  Talem cum Phrygiam Geticis populatibus uri
Permisere dei, securas barbarus urbis
Irrupit facilisque capi. Spes nulla salutis,
Nulla fugae. Putribus iam propugnacula saxis
Longo corruerant aevo pacisque senecta.
  Interea gelidae secretis rupibus Idae
Dum sedet et thiasos spectat de more Cybebe

263 *et* 264 *deerant*, *sed in marg. add. m. II in* V1 263 puro qui VBL qui puro V1 264 ostia G h,ostia V hostia *(sic)* B hostia LV1 265 Ycarium L Hicarium V1 ‖ micaleaque VL mycaleque B michaleaque V1 266 Marsya B Marsia VLV1 ‖ mę...anderque B meanderęque V1 ‖ marsya B marsia VLV1 267 flexusque V fluxuque L 268 mę...andre B meande V1 269 Quam VBL Que V1 ‖ rodano V1 271 Vittibus V ‖ glaucos O glaucae *deterr. nonnulli* ‖ fluctus B ‖ attollit G ‖ olivę (iv *in ras. m. I ?*) B 272 equis O equi *deter.* ‖ pecori VL pecoris B pecorum V1 273 cui G ‖ purpureis caedunt quod *scripsi ex Burmanni et Schraderi coniectura* purpureis cedit cui V purpureisque cedit c L purpureis cędit quę B purpureis sedit, *in marg. add. m. II* cedit V1 purpureis cui cedant *coniecit* H ‖ synnada GB sinnada VL sinuada V1 274 cum G tū... V tum BLV1 ‖ phrygiam B frigiam VV1 phrigiam L ‖ gethicis L ‖ populatibus GBLV1 populantibus V 275 urbis G urbes O 276 Inrupit V Irrupit BLV1 Irrumpit *deter. quidam* ‖ facilisque G facilesque O 277 patribus V prutribus V1 279 securis L ‖ rupibus GgVBL partibus V1 280 thyasos L ‖ cybebe G cybele VLV1 cybelę B Cybelle *deter. et editt.*

Curetumque alacres ad tympana suscitat enses,
Aurea sanctarum decus immortale comarum
Defluxit capiti turris summoque volutus
Vertice crinalis violatur pulvere murus.
Obstipuere truces omen Corybantes et uno
Fixa metu tacitas presserunt orgia buxos.
Indoluit genetrix. Tum sic commota profatur:
  Hoc mihi iam pridem Lachesis grandaeva canebat
Augurium: Phrygiae casus venisse supremos
Delapsus testatur apex. Heu, sanguine qualis
Ibit Sangarius quantasque cadavera lento
Maeandro factura moras! Immobilis haeret
Terminus. Haec dudum nato placuere Tonanti.
Par et finitimis luctus frustraque Lyaei
Non defensuros implorat Lydia thyrsos.
Iamque vale Phrygiae tellus perituraque flammis
Moenia, conspicuas quae nunc attollitis arces,
Mox campi nudumque solum. Dilecta valete
Flumina; nec vestris ultra bacchabor in antris,
Nec iuga sulcabit noster Berecyntia currus.
  Dixit et ad tristes convertit tympana planctus.
Labentem patriam sacris ululatibus Attis
Personat et lacrimis torvi maduere leones.

281 timpana VV1 283 capti[i] V1 285 Obstipuere B Obstupuere VLV1 ‖ corybantes VB coribanthes L choribantes V1 ‖ imo, *corr. m. II ex* uno V uno B uno L imo V1 [vel imo] 286 tacitas (s *add. m. II*) L 287 genetrix G genitrix O ‖ tū VL tunc BV1 ‖ commota VBL irata V1 288 michi V ‖ grandeva VL grandęva B longeva V1 289 frigie LV1 ‖ suppremos L sumpmos V1 290 Dilapsus V1 ‖ sanguine quali *voluit* H_3 291—292 cadavera lento Maeandro factura *scripsi* cadavera lenti Maeandri (Meandri VLV1) passura O cadavere lentus Maeander passure *coniecit olim* H_2H_3 294 Par et B Paret [vel apparet] VLV1 Par it *coniecit Burmannus* ‖ finitimus, *quod est in ed. pr. Flor. ex* G *ita correctum:* finitimus[t is] ‖ finitimis VB finitimū L finitimis[u] V1 ‖ lyei V lyaei B liei LV1 295 lidia LV1 ‖ tirsos V thirsos B tyrsos LV1 296 phrygiae B frigie VV1 phrigię L 299 nec GV1 non VBL ‖ bacchabor B bachabor VLV1 300 berechintia V berecinthia BLV1 301 timpana VV1 302 attis V actis, *in marg. m. I add.* athis B antris, *in marg. m. II add.* vel atis L athis V1 303 lacrymis G ‖ torvi[b] lacrimis[a] *(sic)* B

Eutropius, quamvis nequeat metuenda taceri
Clades et trepidus vulgaverit omnia rumor,
Ignorare tamen fingit regnique ruinas
Dissimulat. Parvam latronum errare catervam:
Ad sontes tormenta magis quam tela parari
Nec duce frangendas iactat, sed iudice vires.
Vasta velut Libyae venantum vocibus ales
Cum premitur, calidas cursu transmittit harenas
Inque modum veli sinuatis flamine pennis
Pulverulenta volat; si iam vestigia retro
Clara sonent, oblita fugae stat lumine clauso
Ridendum revoluta caput creditque latere,
Quem non ipsa videt. Furtim tamen ardua mittit
Cum donis promissa novis, si forte rogatus
Desinat. Ille semel nota dulcedine praedae
Se famulo servire negat, nec grata timentum
Munera. Militiam nullam nec prima superbus
Cingula dignari: nam quis non consule tali
Vilis honos? Postquam precibus mitescere nullis,
Non auro cessisse videt creberque recurrit
Nuntius in cassum nec spes iam foederis exstat:
Tandem consilium belli confessus agendi

304 Eut[ropius], v. 305 Cla[des], v. 306 Ign[orare], v. 307 Di[ssimulat], *manus II add. in* V 304 quamvis nequeat *nonnulli deterr. et editt. post* H nequeat quamvis VLV1 nequeat (N) *(sic)* quamvis B 306 ruinas G 307 latronum G 308 Ad sontes GO *(in* V *in marg. m. rec. add.* In) 309 iudice V (vel vin) iudice BLV1 310 velud V1 ‖ lybie V lybię B libię L libie V1 ‖ vallibus (vel vocibus) L ‖ imal (ales) *(sic)* V (a *in* p *corr. post* l *signum quod* = et, *nunc vix oculis cognoscendum; ergo corrector videtur legisse* 'implet' 311 callidas L 312 sinuantes (i) V ‖ fla≡mine B ‖ pinnis G pennis VBV1 pinnis (e) L 314 Sclara V ‖ fugā (e) V1 315 Ridend' V1 ‖ revoluta VBL velata (revoluta) V1 ‖ capit (u) L 316 aurea mittit *coniecit Burmannus* 318 Ille (a) V1 ‖ nota O notae *deterr.* motus *coniecit Burmannus* 319 Se famulo VLV1 Sed mulo [*sic*] (d *in ras. m. II pro* fa) B ‖ timendum, *in marg. m. II* vel tum (= timentum) L 322 prescibus V1 323 cessisse VLV1 gessisse B 324 extat O 325 Tanem (d) V ‖ consilium O (*in* V1 consilium (c)) concilium *deterr. nonnulli*

Ad sua tecta vocat. Iuvenes venere protervi
Lascivique senes, quibus est insignis edendi
Gloria corruptasque dapes variasse decorum,
Qui ventrem invitant pretio traduntque palato
Sidereas Iunonis aves et, si qua loquendi
Gnara coloratis viridis defertur ab Indis,
Quaesitos trans regna cibos: quorumque profundam
Ingluviem non Aegaeus, non alta Propontis,
Non freta longinquis Maeotia piscibus explent.
Vestis odoratae studium, laus maxima risum
Per vanos movisse sales minimeque viriles
Munditiae, compti vultus, onerique vel ipsa
Serica. Si Chunus feriat, si Sarmata portas,
Solliciti scaenae, Romam contemnere sueti
Mirarique suas, quas Bosphorus obstruit, aedes,
Saltandi dociles aurigarumque periti.
Pars humili de plebe duces, pars compede suras

327 Lascivique] Basconesque *(sic)* L 328 conditasque H *coniecisse dicit Clercqius* correptasque H *maluisse tradit Burmannus* ‖ dechorum V1 329 invitant] mutant *(sic)* L irritant *malit* H 330 Sydereas B 332 Quesitos V Quęsitos B Quesitus LV1 ‖ stagna *coniecit Schraderus* ‖ q[—]ūq; (or) *loco huius signi* ([—] *aliquid est quod nunc cognosci nequit*) L 334 męotia B męotia (c) V meotica V1 meothida L ‖ explent O aequent *cum deteriore quodam* H *et editt. post* H 335 odorate VLV1 odoratę B adornatae *nonnulli deterr.* adornandae *Paul l. c. p. 10* ‖ risum VB ~~rex~~ risū *(sic)* L risus V1 336 vanos (ri) V vanos gB varios LV1 ‖ alas (s e) V ‖ minimęque B ‖ virilis (e) V 337 vultus onerique B oneri (h) vultusque (//) V vultus ~~hominque~~ (honeri) L vultus onerique (h) V1 cultus onerique *malebat* H3 338 sin (+) *(sic) pro priore* si G ‖ si chunus *scripsi cum editt. (cf. de cons. Stil. I, v. 110)* sic hunus V sic hunus B si hunnus L si, (h) unus V1 ‖ sin sarmata V1 ‖ porcas B ‖ *Post hunc versum aliquid excidisse suspicatur Paul. prog. Gross-Glogav. 1857, p. 6* 339 Sollicitis cęnae B Solliciti[illegible] *(in ras. erat* s ?) cene V Solliciti (s) cene L Solliciti (s) cene V ‖ coenae g ‖ contempnere O ‖ suesti, *in marg. m. I add.* sueti B 340 Mirarique G ‖ bosphorus GVL bofforus B bosforus V1 ‖ obstruit *deterr.* horruit V obruit BV1 obruit (vel tangit vel lavat) L 341 aurigarumque O aurigandique *deter. quidam Heinsii et Claverii codex, quem secutus* H 342 ducis (e) V

Cruraque signati nigro liventia ferro
Iura regunt, facies quamvis inscripta repugnet
Seque suo prodat titulo. Sed prima potestas
Eutropium praefert Hosio subnixa secundo.
Dulcior hic sane cunctis prudensque movendi
Iuris et admoto qui temperet omnia fumo,
Fervidus, accensam sed qui bene decoquat iram.
Considunt apices gemini dicionis eoae,
Hic coquus, hic leno, defossi verbere terga,
Servitio, non arte pares. Hic saepius emptus,
Alter ad Hispanos nutritus verna penates.
Ergo ubi collecti proceres, qui rebus in artis
Consulerent tantisque darent solacia morbis;
Obliti subito Phrygiae bellisque relictis
Ad solitos coepere iocos et iurgia circi
Tendere. Nequiquam magna confligitur ira,
Quis melius vibrata puer vertigine molli
Membra rotet, verrat quis marmora crine supino,
Quis magis enodes laterum detorqueat artus,
Quis voci digitos, oculos quis moribus aptet.
Hi tragicos meminere modos, his fabula Tereus,
His necdum commissa choro cantatur Agaue.

343 liventia] lucentia L 345 reprob^{e}at V1 346 hos^{+}io G hosio B ^{osio}otio V osio V1 ‖ fecund^{o}a V1 347 ^{d}amoto L 348 temperet G ‖ qui temperet VB qui temperat L tēp^{i}et q *(sic)* V1 ‖ omia $^{vel\ naso}$ fumo L 348—349 fumo Fervidus; *interpunxit* H *quem secuti multi.* 349 ^{sed}si L ‖ quis L ‖ deq^{o}quat *(sic)* L decocat V1 350 geminę B 351 hinc — hinc *coniecit* H cocus VBV1 ‖ defossi, *corr. m. II ex* defessi V defossi BLV1 perfossi *coniecit* H2H3 354 in ar^{c}tis V 355 tantisque BLV1 tanteque V ‖ morbis BVL1 mortis V 356 Obliti, v. 357 Ad *m. II add. in lacuna in* V 356 phrygię B frigię V phrigię L phrigie V1 ‖ bellisque relictis VBL belloque relicto V1 358 nequiq̄ G nequicquam VV1 nequiquam B neq^{ia}q L 360 Membra VB ‖ v̇tat (= *vertat*), *corr. m. II in* u^{r}tat (= *verrat*) L 361 Qui VB ‖ enodes G ‖ detorq̄at V1 ‖ artus VBL arcus V1 362 moribus O motibus *Raphelengius* 363 Hii (*corr. m. II ex* His) LV1 ‖ hiis V1 ‖ thereus V1 364 Hiis V1 ‖ nec] non V1

Increpat Eutropius: Non haec spectacula tempus
Poscere; nunc alias armorum incumbere curas.
Se satis Armenio fessum pro limite cingi,
Nec tantis unum subsistere posse periclis:
Ignoscant senio; iuvenes ad proelia mittant;
Qualis pauperibus nutrix invisa puellis
Assidet et tela communem quaerere victum
Rauca monet: festis illae lusisse diebus
Orant et positis aequaevas visere pensis
Irataeque operi iam lasso pollice fila
Turbant et teneros detergent stamine fletus.
Emicat extemplo cunctis trepidantibus audax
Crassa mole Leo, quem vix Cyclopia solum
Aequatura fames, quem non ieiuna Celaeno
Vinceret. Hinc nomen fertur meruisse Leonis.
Acer in absentes linguae iactator, abundans
Corporis exiguusque animi, doctissimus artis
Quondam lanificae, moderator pectinis unci.
Non alius lanam purgatis sordibus aeque
Praebuerit calathis, similis nec pinguia quisquam
Vellera per tenues ferri producere rimas.
Tunc Aiax erat Eutropii lateque fremebat
Non septem vasto quatiens umbone iuvencos,

366 altas — curas *olim se legisse dicit* H2H3 . 368 tantis O tamen his *forte legendum*, *compendio sic scriptum* 'tn̄ his' *unde facile* 'tantis' *exsistere potuit* ‖ procellis *pro* periclis *coniecisse* H *testatur Clercqius* 370 monitrix *pro* nutrix legit *Paul Quaest. Claud. p. 19* 371 telam (?) H *coniecisse tradit Clercqius* 372 lussise V1 373 de positis V ‖ e eq paruisse repensis, *m. II ita corr.* eq evas uisere ~~paruisse~~ repensis vel tem (*sic*) L 375 detergent VB detergunt LV1 ‖ fletus G 376 exemplo B 377 cyclopia, *corr. m. II ex* ciclopia V cyclopea B ciclopia L ciçoplea l V1 378 ieiuna G ‖ celeno (no *ex corr. m. II*) V 379 hinc] h i (= *hic*) L 380 Acer in absentes linguae iactator abundans M ‖ *virgulam post* 'linguae' *delevi cum Koenigio* ‖ abundās h V habundans vel o L 381 animi V1 382 lanificae *quod est in edit. pr. Flor. ita correctum ex* G: lanificae ‖ lanifico, *corr. m. II ex* lanifice V lanificę B lanifice LV1 ‖ unci O uncti G 383 alius illi L ‖ purgatis a V1 384 Prebuerit GVV1 Prębuerit B Praebuerat L ‖ calatis V1 387 vasto, *corr. m. II ex* vesto V1 ‖ unbone L

Sed quam perpetuis dapibus pigroque sedili
Inter anus interque colos oneraverat alvum.
Assurgit tandem vocemque expromit anhelam:
Quis novus hic torpor, socii? Quonam usque sedemus
Femineis clausi thalamis patimurque periclum
Gliscere desidia? Graviorum turba malorum
Texitur, ignavis trahimus dum tempora votis.
Me petit hic sudor. Nunquam mea dextera segnis
Ad ferrum. Faveat tantum Tritonia coeptis,
Inceptum peragetur opus. Iam cuncta furore
Qui gravat, efficiam leviorem pondere lanae
Tarbigilum tumidum desertoresque Gruthungos
Ut miseras populabor oves et pace relata
Pristina restituam Phrygias ad stamina matres.
His dictis iterum sedit. Fit plausus et ingens
Concilii clamor; qualis resonantibus olim
Exoritur caveis, quotiens crinitus ephebus
Aut rigidam Nioben aut flentem Troada fingit.
Protinus excitis iter irremeabile signis
Arripit infaustoque iubet bubone moveri
Agmina Mygdonias mox impletura volucres.
Pulcher et urbanae cupiens exercitus umbrae,

i vel cubili h
388 dapbus V1 ‖ sedili V 389 oneraverat VV1 390 Assurgit BL Adsurgit VV1 Exsurgit *pauci deterr.* ‖ exponit L ‖ anhellam G
h vel stupor
anhelam VB hanelam L anelam V1 391 torpor V 392 Fęmineis
vel ve
B ‖ patimurque V 393 turbo *coniecit Schraderus* 394 ignavis, v *in ras. add. m. II* (*pro* r ?) B 395 petat *malebat* Hs 397 furorem GB furore VLV1 pavore H *legisse testatur Clercqius* 398 efficatiam L ‖ leviorem G ‖ glomere *coniecit Paul l. c. 7* 399 Tharbi-
u
gilum GB Tarbigilum VL Tarbigilium V1 Targibilum *deterr.* ‖ timi-
r q;
dum V timidum B tumidum LV1 ‖ desetores V1 ‖ gruthungos GgB gruthunnos, *corr. m. II in* gruthungos V gruthonnos L grutongos V1
o a
400 ovis G oves VBL aves V1 ‖ relicta L 401 phrygias B frigias
us
V phrigias LV1 402 Hiis V1 ‖ plaus V1 403 Concilii GVBV1 Consilii L 404 caueis (uei *in ras. m. I ?*) V 405 fi=git B 406 Pro[tinus], v. 407 Arri[pit] *add. m. II in lacuna in* V ‖
+
exitus *(sic)* G exitis O 407 infaustoque GgVB infestoque LV1 408 migdonias O 409 unbre L

Assiduus ludis, avidus splendere lavacris
Nec soles imbresve pati multumque priori
Dispár, sub clipeo Thracum qui ferre pruinas,
Dum Stilicho regeret, nudoque hiemare sub axe
Sueverat et duris haurire bipennibus Hebrum;
Cum duce mutatae vires. Byzantia robur
Fregit luxuries Ancyranique triumphi.
Non peditem praecedit eques, non commoda castris
Eligitur regio, vicibus custodia nullis
Advigilat vallo, non explorantur eundae
Vitandaeque viae, nullo se cornua flectunt
Ordine. Confusi passim per opaca vagantur
Lustra, per ignotas angusto tramite valles.
Sic vacui rectoris equi, sic orba magistro
Fertur in abruptum casu non sidere puppis,
Sic ruit in rupes amisso pisce sodali
Belua, sulcandas qui praevius edocet undas:
[Immensumque pecus parvae moderamine caudae
Temperat et tanto coniungit foedera monstro.]
Illa natat rationis inops et caeca profundi
Iam brevibus deprensa vadis ignara reverti
Palpitat et vanos scopulis illidit hiatus.
  Tarbigilus simulare fugam flatusque Leonis
Spe nutrire leves improvisusque repente,

410 Adsiduus G Assiduus O 412 clipeo *corr. m. rec. in* clypeo V 413 stilico L ‖ hiemare *corr. m. rec. in* hyemare V 414 ebrum L 415 bizantia O 416 ancyranique GB anciranyque V anciranique L amphiranique V1 418 regio (vel legio) V 419 Advigilat G 420 eundae (paca) V 421 operta V 422 ignotos *corr. m. II in* ignotas V ignotas *praeter* s *exaravit in rasura m. I (?) in* B ‖ ignotos — calles *temptavit* H 424 sydere BL 425 rupes (p) V1 426 qui GVB cui LV1 427 moderaminæ *(sic)* L 427—428 *interpolatos esse puto* 428 coniungit VLV1 coniungi B (vel coniungi monstrat) ‖ monstrum V monstro LV1 monstrat B ‖ *Forte in* B *verum latet*, *ut legendum sit* 'et tuto coniungi foedere monstrat' ‖ et tantum coniungit foedere monstrum *coniecit* H 430 dephensa V defensa B deprensa LV1 ‖ reverti BLV1 natandi (vel reverti) V 432 Tharbigilus GVB Trabigilus L Targibilus V1 ‖ leoni≡ (*in rasura erat* s) B 433 uelis (levis) L levis V1

Dum gravibus marcent epulis hostique catenas
Inter vina crepant, largo sopita Lyaeo
Castra subit. Pereunt alii, dum membra cubili
Tarda levant; alii leto iunxere soporem,
Ast alios vicina palus sine more ruentes
Excipit et cumulis immanibus aggerat undas.
Ipse Leo damma cervoque fugacior ibat
Sudanti tremebundus equo, qui pondere postquam
Decidit implicitus limo, cunctantia pronus
Per vada reptabat caeno subnixa tenaci.
Mergitur et pingui suspirat corpore moles
More suis, dapibus quae iam devota futuris
Turpe gemit, quotiens Hosius mucrone corusco
Armatur cingitque sinus secumque volutat,
Quas figat verubus partes, quae frusta calenti
Mandet aquae quantoque cutem distendat echino.
[Flagrat opus: crebro pulsatus perstrepit ictu.
Contexit varius penetrans Chalcedona nidor.]
Ecce levis frondes a tergo concutit aura;

434 cathenas L 435 lięo V lyeo B lieo LV1 436 menbra BL 437 lęto VB 438 Ast/alios L ‖ more BV1 morte V more (vel morte) L 439 inmanibus VV1 440 damma GO 442 implicitis (u) L 443 caeno B cęno V ceno LV1 ‖ *Ad v. 443* H *notat aliquid deesse videri* 443—444 Per vada rëptabat. Caeno subnixa tenaci Mergitur *distinguendum esse cum Scaligero putat Burmannus* 444 pingui (s) V ‖ suspirant (e) V ‖ corpora (e) V ‖ molis (s) V 445 sui (s) V 446 hosius GBV1 ho(sius) V osius L ‖ coruscho L chorusco V1 447 Armetur *corr. m. II in* Armatur V1 448 verubus (u) V veribus B veribus (u) L moribus (verubus) V1 449 quācūque (to) V 450 *et* 451 *cum Koenigio interpolatos esse puto* 450 Flagrat (vel fervet) V Fervet, *in marg. m. I add.* vel Flagrat B Flagrat LV1 ‖ pestrepit (r) V pstrepit (= *prostrepit*) L ‖ crebro pulsu cos perstrepit *coniecit Barthius* 451 Contexit verubus *legit Barthius* ‖ Pontus; it ad ipsam penetrans *coniecit Schraderus* ‖ calchedona GVB calcedona LV1 452—517 *(incl.) desunt in* B *uno folio rescisso* 452 Ecce, v. 453 Credit, v. 454 Imp[levit], v. 455 Inte[ger], v. 456 Quis, v. 457 Quis, v. 458 Qu[am] *add. m. II in lacuna in* V 452 levęs (i) V levi(s) L

Credit tela Leo: valuit pro vulnere terror
Implevitque vicem iaculi vitamque nocentem
Integer et sola formidine saucius efflat.
Quis tibi tractandos pro pectine degener enses,
Quis solio campum praeponere suasit avito?
Quam bene texentum laudabas carmina tutus
Et matutinis pellebas frigora mensis!
Hic miserande iaces, hic, dum tua vellera vitas,
Tandem fila tibi neverunt ultima Parcae.
Iam vaga pallentem densis terroribus aulam
Fama quatit: stratas acies, deleta canebat
Agmina, Maeonios foedari caedibus agros,
Pamphylos Pisidasque rapi: metuendus ab omni
Tarbigilus regione tonat. Modo tendere cursus
In Galatas, modo Bithynis incumbere fertur.
Sunt qui per Cilicas rupto descendere Tauro,
Sunt qui correptis ratibus terraque marique
Adventare ferant. Geminantur vera pavoris
Ingenio. Longe spectari e puppibus urbes
Accensas, lucere fretum ventoque citatas
Omnibus in pelago velis haerere favillas.
Hos inter strepitus funestior advolat alter
Nuntius, armatam rursus Babylona minari
Rege novo: resides Parthos ignava perosos
Otia Romanae finem iam quaerere paci.
Rarus apud Medos regum cruor unaque cuncto

455 Integit V1 456 ensis (e *supra*) V 457 solio G ‖ cāp̄ *(sic)* L 458 Quam (i *supra*) V1 ‖ laudabas stamina *temptat* H2H3 459 mensis VLV1 pensis *coniecit Rubenius* ‖ Et matutinis pellebas frigora mensis M 460 vellera (vel flamina *supra*) V 461 parche L 465 Pamphylios V Pamphilios LV1 ‖ ab omni G 466 *In ed. pr. Flor. ex* G Targibilus *tantum h. l. sic correctum est:* Targibilus (h *supra*) ‖ Tarbigilus VV1 Tharbigilus L ‖ tonat GVV1 sonat (vel tonat *supra*) L ‖ cursus V cursum LV1 cursu H *coniecisse dicit Clercqius* 467 galathas VV1 ‖ bithinis VLV1 468 cylicas V1 471 spectauit (r *supra*) puppibus (e *deest*) L ‖ e rupibus *coniecit* H 475 babilona VLV1 (*in* V *corr. m. rec. in* babylona) 477 finem iam VLV1 iam finem *cum deteriore quodam nonnullae editt.* 478 aput *corr. m. rec. in* apud V ‖ cuncto V cunctos LV1

Poena manet generi, quamvis crudelibus aeque
Paretur dominis. Sed quid non audeat annus
Entropii? Socium nobis fidumque saporem
Perculit et Persas in regia vulnera movit
Rupturusque fidem, leto pars ne qua vacaret,
Eumenidum taedas trans flumina Tigridis egit.
Tum vero cecidere animi tantisque procellis
Deficiunt; saepti latrantibus undique bellis
Infensos tandem superos et consulis omen
Agnovere sui nec iam revocabile damnum;
Eventu stolidum rerum didicere magistrum.
Namque ferunt geminos uno de semine fratres
Iapetionidas generis primordia nostri
Dissimili finxisse manu: quoscumque Prometheus
Excoluit multoque innexuit aethera limo,
Hi longe ventura notant dubiisque parati
Casibus occurrunt fabro meliore politi.
Deteriore luto pravus quos edidit auctor,
Quem merito Graii perhibent Epimethea vates,
Et nihil aetherii sparsit per membra vigoris,

479 generi V generis LV1 ‖ usque *pro* aeque *non male coniecit* *Paul Quaest. Claud. p. 4* 481 saporem Gg sa[o]porem [vel sodalem] V sodalem LV1 482 pa[e]rsas V1 483 Rupturusque G Ruptur[a]usque V Rupturasque LV1 Fracturasque H *coniecisse tradit Clercqius* ‖ lecto V 484 tedas V tedas LV1 ‖ tygridis L 485 Tum G 486 septi GVLV1 487 Infensos G ‖ consulis [vel obsidis] V consulis L consulos *corr. m. II in* consulis V1 488 dampnum VLV1 ‖ *post* 'sui' *puncto deleto graviorem interpunctionem post* 'damnum' *posui, ut altera versus particula cum antecedentibus coniungeretur* 489 stolidum rerum didicere magistrum *scripsi*, stolidum rerum magistrum *Eutropium esse putans*, stolido rerum didicere magistro VLV1 stolidi r. d. magistri *voluit Barthius* stolidi r. d. magistro *scripsit Gesnerus* ‖ *Hoc loco* 'stolidis' H *coniecisse testatur Clercqius, vide etiam Burmannum.* 490 — 500 *(incl.) interpolatos putabat Koenigius* 491 Iapetionidas G Iapetioni[a]das V Iapicionidas L Iapecionidas V1 493 multaque *restitui cum* H mult[ũ]oque V multumque LV1 ‖ in[n]texuit V innexuit LV1 immiscuit *malebat olim* H2H3 494 Hii VLV1 495 Cassibus L 496 quot condidit *Burmannus proponit* ‖ edidit V [con]edidit V1 condidit BL 497 epimetha V1 498 nichil VLV1 ‖ aetherii G etherei VLV1

Hi pecudum ritu non impendentia vitant
Nec res ante vident; accepta clade queruntur
Et seri transacta gemunt. Iam sola renidet
In Stilichone salus, et cuius semper acerbum
Ingratumque sibi factorum conscius horror
Credidit adventum, quem si procedere tantum
Alpibus audissent, mortem poenasque tremebant,
Iam cuncti venisse volunt scelerumque priorum
Poenitet; hoc tantis bellorum sidus in undis
Sperant, hoc pariter iusti sontesque precantur,
Ceu pueri, quibus alta pater trans aequora merces
Devehit, intenti ludo studiisque soluti
Laetius amoto passim custode vagantur;
Si gravis auxilio vacuas invaserit aedes
Vicinus laribusque suis proturbet inultos,
Tum demum patrem implorant et nomen inani
Voce cient frustraque oculos ad litora tendunt.
Omnis supplicio dignos letoque fatentur,
Qui se tradiderint famulis Stilichone relicto.
Mutati stupuere diu sensuque reducto
Paulatim proprii mirantur monstra furoris
Avertuntque oculos. Prostratis fascibus horret
Lictor et infames labuntur sponte secures,
Quales Aonio Thebas de monte reversae
Maenades infectis Pentheo sanguine thyrsis,
Cum patuit venatus atrox matrique rotatum
Conspexere caput, gressus caligine figunt

499 Hii VLV1 500 Non V1 501 seri GLV1 seriẹ V ‖ renidẹnt L 502 Ẹt [in] V In LV1 ‖ stilicone L ‖ cuius G ‖ acerũ [b] V 503 Ingr[atumque], v. 504 Credi[dit], v. 505 Alpibus, v. 506 Iam c[uncti], 507 Pe[nitet], v. 508 Spe[rant] *in lac. restituit manus II in* V 507 hoc VLV1 hunc *nonnulli deterr.* 508 hoc VLV1 hunc *nonnulli deterr.* 509 Heu [c] V 511 Latius *coniecit Schraderus* 513 Vicinus G 514 patrem GVV1 patremque L ‖ et *deest in* L 516 Omnis G Omnes VLV1 ‖ lẹtoque V 517 famulis GV famulis [vel lo] L famulo V1 ‖ stilicone L 518 *Hinc denuo incipit codex* B ‖ Mutatiṣ [u] V ‖ stịpuere V1 520 prostratis [vel proiectis] V proiectis BLV1 522 thebịs [a] V 523 penteo V1 ‖ thirsis B tirsis V1 524 venator [vel venatus] V 525 Conspeṛṣere [x] V ‖ fingunt B fịngunt V1

Et rabiem desisse dolent. Quin protinus ipsa
Tendit ad Italiam supplex Aurora potentem,
Non radiis redimita comam, non flammea vultum,
Non croceum vestita diem: stat livida luctu,
Qualis erat, Phrygio tegeret cum Memnona busto.
Quam simul agnovit Stilicho nec causa latebat,
Restitit. Illa manum victricem amplexa moratur
Altaque vix lacrimans inter suspiria fatur:
  Tantane te nostri ceperunt taedia mundi?
Sic me ludibrium famulis risumque relinquis,
Dux quondam rectorque meus solamque tueris
Hesperiam? domiti nec te post bella tyranni
Cernere iam licuit. Sic te victoria nobis
Eripuit Gallisque dedit? Rufinus origo
Prima mali; geminas inter discordia partes
Hoc auctore fuit. Sed iam maiora moventi
Occurrit iusta rediens exercitus ira,
Fortis adhuc ferrique memor. Brevis inde reluxit
Falsaque libertas. Rursum Stilichonis habenis
Sperabam me posse regi. Pro caeca futuri
Gaudia! Fraterno coniungi coeperat orbis
Imperio, — quis enim tanto terrore recentis
Exempli paribus sese committeret ausis? —

c
526 desisse V desisse gB † descesse *(sic)* G descisse LV1 *(in marg. in* V1 'vel discesse') 527 Tentit *corr. m. II in* Tendit V ‖ ythaliam L ‖ suplex VV1 528 rædimita *(sic)* B ‖ non G ‖ vultum G ‖
vel luce corusca
nec flammea vultum V flammeatus (non *et* vultum *desunt*) B non flammea vultu (*in marg. m. II add.* lumine sueto) L ñ flamea ī. vultu
e
V1 529 Non LV1 ‖ crocium V1 ‖ livida] lurida V1 530 phrygio B frigio V phrigio LV1 ‖ mennona VB menona V1 531 stilico
o
VL ‖ nę V non L ‖ latebat BLV1 patebat V 534 caeperunt V
que
cęperunt B ceperunt LV1 536 rector ·meus L 537 domiti *(sup. alterum* i *rasura)* L ‖ tiranni, *corr. m. rec. in* tyranni V tiranni V1
538 sic te BL te sic V sic *deest in* V1, *sed m. I in fine versus addidit.* 539 ruffinus V1 541 autore V1 ‖ fluit *malit* H 542
vel aula ferri h
ira V 543 frique L ‖ reluxit G 544 stiliconis L 545 pro V
vel ausis
proh BLV1 546 coniungi G 548 armis L

Cum subito — monstrosa mihi turpisque relatu
Fabula — Rufini castratus prosilit heres,
Et similes iterum luctus fortuna reduxit,
Ut solum domini sexum mutasse viderer.
Hic primum thalami claustris delicta tegebat
Clam timideque iubens. Erat invidiosa potestas,
Sed tamen eunuchi, necdum sibi publica iura
Sumere, nec totas audebat vertere leges.
Sed postquam pulsisque bonis et faece retenta
Peiores legit socios dignusque satelles
Hinc Hosius stetit, inde Leo, fiducia crevit
Regnandique palam flagravit aperta libido;
Patricius consul maculat quos vendit honores,
Plus maculat, quos ipse gerit. Iam signa tubaeque
Mollescunt. Ipsos ignavia fluxit in enses.
Exsultant merito gentes, facilisque volenti
Praeda sumus. Iam Bistoniis Haemoque nivali
Vastior expulsis oriens squalebit aratris.
Hei mihi, quas urbes et quanto tempore Martis
Ignaras uno rapuerunt proelia cursu!
Nuper ab extremo veniens equitatus Araxe
Terruit Antiochi muros ipsumque decorae

549 mi[c]hi V mihi BLV1 lues *deterior quidam* 551 Et, v. 552 Ut, v. 553 Hic, v. 554 Clam, v. 555 Sed ta[men], v. 556 Sum[ere], v. 557 Set, v. 558 Pei[ores] *add. m. II in lacuna in* V 551 simi-l[i]s ([i] *in ras. m. II add.*) B ‖ fluctus *vel* lusus *olim* H *maluisse testatur Burmannus* 552 mutasse G 553 del[i]ecta V 554 timidique *corr. m. II in* timideque V timideque BLV1 timidumque H *coniecisse tradit Clercqius* 555 nondum V1 ‖ puplica V1 556 Sumere G ‖ totas GgB totas, *in marg. m. II add.* vel tantas V tantas LV1 ‖ vertere GVB sumere L summe, *in marg. m. II add.* vertere V1 557 Set V Sed B S; LV1 At H *et editt. post* H 559 osius VL ‖ ce[r]vit V1 561 Patriciis H *coniecisse testatur Clercqius* 563 Molliscunt V ‖ [vel fluxit] crevit V 564 Exsultant V Exultant [vel in] BLV1 Insultant *deterr.* ‖ volenti O volentum *pauci deterr.* volentis *temptat Burmannus* 566 squalevit V squalebat B ‖ evulsis — aristis *coniecit Schraderus* 567 Ei VBL Heu V1 569 extmo, *corr. m. II in* ext[e]mo L ‖ equitatus V [vel comitatus] equitatus L ‖ oraxe V1 570 decorem L

Paene caput Syriae flammis hostilibus arsit.
Utque gravis spoliis nulloque obstante profunda
Laetus caede redit, sequitur mucrone secundo
Continuum vulnus. Nec iam mihi Caucasus hostes
Nec mittit gelidus Phasis: nascuntur in ipso
Bella sinu. Legio pridem Romana Gruthungi,
Iura quibus victis dedimus, quibus arva domusque
Praebuimus, Lydos Asiaeque uberrima vastant,
Ignibus et si quid tempestas prima reliquit;
Nec vi nec numero saevi; sed inertia nutrit
Proditioque ducum, quorum per crimina miles
Captivis dat terga suis, quos teste subegit
Danubio, partemque timet qui reppulit omnis.
  Aula choris epulisque vacat nec perdita curat,
Dum superest aliquid. Ne quid tamen orbe reciso
Venditor amittat, provincia quaeque superstes
Dividitur geminumque duplex passura tribunal
Cogitur alterius pretium sarcire peremptae.
Sic mihi restituunt populos. Hac arte reperta
Rectorum numerum terris pereuntibus augent.
In te iam spes una mihi. Pro fronde Minervae
Has tibi protendo lacrimas: succurre ruenti.
Eripe me tandem servilibus, eripe regnis.
Neve adeo cunctos paucorum crimine damnes,

571 syrię VBL sirie V1 573 cruento (vel secundo) L 575 fasis V ĩ falsis L ‖ ab ipso L 576 pridem (p *corr. m. I ex* q) L ‖ gruthungi GB ghrutungi V gruthonni L grothongi V1 577 domusque GL domosque VBV1 578 lidos LV1 ‖ asyę B ‖ *punctum delevi in fine huius versus et virgulam posui.* 579 *In fine huius versus graviorem interpunctionem posui.* 580 Nec vi nec numero sevi *(sic)* G Nec vi nec (vel nec duce) numero freti V Nec vi nec numero freti B Nec duce nec numero freti LV1 ‖ inaętia (r) *(sic)* V 581 Proditioque VB Prodigiumque LV1 582 Captivus B ‖ subegi V 583 repulit B repulit (p) V1 ‖ omnis G ois L omnes BVV1 584 coris L ‖ curant V curat B curant LV1 588 sarcire G ‖ peremte LV1 redemptae *vel* diremptae *coniecit* H_2H_3 591 michi V ‖ pro fonde (r) V 592 praetendo *coniecisse olim* H *tradit Burmannus* ‖ lacrymas G ‖ succurre ruenti V succurre m (i) ruenti V1 594 Neve, *in marg. m. II add.* vel nonne V ‖ dampnes O

Nec nova tot meritis offensa prioribus obstet;
Iam iam flecte animum. Suprema pericula semper
Dant veniam culpae. Quamvis iratus et exsul
Pro patriae flammis non distulit arma Camillus.
Non te subtrahimus Latio; defensor utrique
Sufficis. Armorum liceat splendore tuorum
In commune frui: clipeus nos protegat idem,
Unaque pro gemino desudet cardine virtus.

CL. CLAUDIANI
DE
CONSVLATV STILICHONIS
LIBER I. (XXI.)

Continuant superi pleno Romana favore
Gaudia successusque novis successibus augent.
Conubii necdum festivos regia cantus
Sopierat, cecinit fuso Gildone triumphos
Et calidis thalami successit laurea sertis,
Sumeret ut pariter princeps nomenque mariti

595 tot VBL tam V1 ‖ obstet VLV1 obstent B 597 exul O 598 In (pro) V1 599 Nec te B ‖ ubique (vel utrique) V utrique BL utrisque V1 601 In c[ommune] *add. m. II in lac. in* V ‖ protegat] contegat V1 602 desudet (laboret) V ‖ *Vir doctus apud Claverium suspicatus est in fine quaedam desiderari, de quo vide praefationem huius editionis.* ‖ IN EVTROPIUM LIB̄ · III · EXPLICIT. INCIPIT EPYTHALAM̄ LAVRENTII. V ‖ CLAVDIANI IN EVTROPIVM LIBER SCDS EXPLICIT . INCIPIT DE BELLO GOTHICO . PRAEFATIO. B

Incp̄ de consulatu Stiliconis G ‖ *de inscriptione in* V *vide finem carminis de bello Gildonico.* ‖ *Titulus deest in* L ‖ Liber . I'. de laudibus Stiliconis *add. m. II in* V1 2 augent O urgent *cum nonnullis deterr.* H 3 Conubii G Coniugii O ‖ festivos G ‖ regia GVL gaudia (regia) V1 4 gyldone L ‖ triumphus (o) V1 5 talami V1 6 princeps *add. sup. lin. m. II, nam deerat* L

Victorisque decus. Libyae post proelia crimen
Concidit eoum rursusque oriente subacto
Consule defensae surgunt Stilichone secures.
Ordine vota meant. Equidem si carmen in unum
Tantarum sperem cumulos advolvere rerum,
Promptius imponam glaciali Pelion Ossae.
Si partem tacuisse velim, quodcumque relinquam
Maius erit. Veteres actus primamque iuventam
Prosequar? ad sese mentem praesentia ducunt.
Narrem iustitiam? resplendet gloria Martis.
Armati referam vires? plus egit inermis:
Quod floret Latium, Latio quod reddita servit
Africa, vicinum quod nescit Hiberia Maurum,
Tuta quod imbellem miratur Gallia Rhenum.
An gelidam Thracen decertatosque labores
Hebro teste canam? magnum mihi panditur aequor
Ipsaque Pierios lassant proclivia currus
Laudibus innumeris. Etenim mortalibus ex quo
Tellus coepta coli, nunquam sincera bonorum
Sors ulli concessa viro: quem vultus honestat,
Dedecorant mores; animus quem pulchrior ornat,
Corpus destituit; bellis insignior ille,
Sed pacem foedat vitiis; hic publica felix,
Sed privata minus: sortitur singula quisque.
[Nobilitant: hunc forma decens, hunc robur in armis,

7 libię V libye L libie V1 ‖ cinem (i) *(sic)* L 8 rursusque O rursumque *cum deterr.* H 9 detersae fulgent *coniecit Schraderus* ‖ stilicone L 10 carmīę *(sic)* L ‖ uno V uño L 12 Promtius LV1 ‖ oisse L 13 tenuisse (ac) L 18 acium (l) V1 19 Affrica O ‖ vitinum (c) V1 ‖ hyberia L 20 gla (gallia) V ‖ reñ (h) *(sic)* L renum V1 21 An O aut G ‖ tracen O (tracē L) ‖ decertatosque GVL decretatos V1 23 pyerios L ‖ lassent *coniecit Schraderus* ‖ cursus g cursus (r) *(sic)* L 25 Cepta tellus (b, a) V 26 ulli O uni *coniecit Barthius et* H ‖ quem G 27 Dedecorant G ‖ pulcrior V1 plurimus L 29 huc publica V1 in publica V ī publica L 30 Set V1 ‖ minus G ‖ sortitur — quisque *conieci* partitu — quemque V partitum — quemque LV1 31—33 *ex librariorum interpretamentis ut non raro apud Claudianum conflatos esse nemo non videt.*

Hunc rigor, hunc pietas, illum sollertia iuris,
Hunc suboles castique tori: sparguntur in omnes.]
In te mixta fluunt, et quae diversa beatos
Efficiunt collecta tenes. Quid facta revolvam
Militiamque patris? cuius producere famam,
Si nihil egisset clarum nec fida Valenti
Dextera duxisset rutilantes crinibus alas,
Sufficeret natus Stilicho. Mens ardua semper
A puero tenerisque etiam fulgebat in annis
Fortunae maioris honos. Erectus et acer
Nil breve moliri, nullis haerere potentum
Liminibus factisque loqui iam digna futuris.
Iam tum conspicuus, iam tum venerabilis ibas
Spondebatque ducem celsi nitor igneus oris
Membrorumque modus, qualem nec carmina fingunt
Semideis. Quacumque alte gradereris in urbe,
Cedentes spatiis assurgentesque videbas,
Quamvis miles adhuc. Taciti suffragia vulgi
Iam tibi detulerant quidquid mox dedidit aula.
  Vix primaevus eras, pacis cum mitteris auctor
Assyriae. Tanta foedus cum gente ferire
Commissum iuveni. Tigrin transgressus et altum

33 thori O 34 diversa V divsa L divisa V1 35 collata[vel ec] V1 coniecta *Scaligerum coniecisse* H *notasse dicit Burmannus* ‖ revolvāt L ‖ quid O ne G 36 cuius producere G ‖ procudere *pro* producere *temptavit* H_2H_3 37 nichil V V1 ‖ Valenti, *quod legitur in edit. princ., in exemplari Florent. ex* G *ita correctum est:* Valenti[o +] 38 Duxisset[b] dextera[a] V 39 stilico LV1 40 annis V armis L armis[annis] V1 42 Nil leve moliri *temptat* H_3 43 factisque *scripsi* fatisque GgV fastisque LV1 44 tum GVV1 tu L ‖ tum GVV1 tu L ‖ ibat, *in marg. m. II add.* s 45 Spondebatque, *in marg. m. II add.* s V1 46 Menbrorumque V ‖ carmina *m. II corr. ex* carmine L 48 videres H *maluisse tradit Burmannus* 50 quidquid G quicquid VV1 qq[i i] L ‖ dedidit *scripsi* debuit Gg reddidit VV1 reddit[di] L detulit *vel* praebuit *vel* credidit proposuit H_2 credidit H_3 51 pacis LV1 paucis V ‖ cum mitteris] committeris L ‖ auctor GO ictor H *coniecisse tradit Clercqius* 52 Assirie LV1 53 tigrī V tigrin L tigrim V1

Euphraten Babylona petis. Stupuere severi
Persarum proceres et plebs pharetrata videndi
Flagravit studio defixaeque hospite pulchro
Persides arcanum suspiravere calorem.
Turis odoratae cumulis et messe Sabaea
Pacem conciliant arae. Penetralibus ignem
Sacratum rapuere adytis rituque iuvencos
Chaldaeo stravere magi. Rex ipse micantem
Inclinat dextra pateram secretaque Beli
Et vaga testatur volventem sidera Mithram.
Si quando sociis tecum venatibus ibant,
Quis Stilichone prior ferro penetrare leones
Cominus aut longe virgatas figere tigres?
Flectenti faciles cessit tibi Medus habenas;
Torquebas refugum Parthis mirantibus arcum.
  Nubilis interea maturae virginis aetas
Urgebat patrias suspenso principe curas.
Quem simul imperioque ducem nataeque maritum
Prospiceret, dubius toto quaerebat ab axe.
[Dignum coniugio generum thalamisque Serenae.]
Iudicium virtutis erat. Per castra, per urbes,

54 Eufraten VL Eufratē V1 ‖ babilona O ‖ stupuere O, *ex* G *edit. princ. Flor. ita correcta est:* st[i]upuere 55 Persarum VL Partorum V1 56 Flagrabat V1 ‖ pulcro LV1 57 ar[at]çum V archanum LV1 58 T[r]huris *(sic)* V Thuris LV1 ‖ odorate V odorati [vel e] LV1 ‖ *post* et *rasura unius litterae in* V ‖ [b] sabea [a] messe V 60 Sacratum V1 Sacrorum VL ‖ aditis O 61 *restituit manus recentior in* V ‖ Caldęo V Caldeo LV1 62 [Incli]nat — belli *restituit recentior manus in* V ‖ beli *coniecit Scaliger* belli GVL [celi] belli V1 63 [testatu]r — mytram *restituit manus recentior in* V ‖ mytram V mitram LV1 64 quando] qn̄ *(plerumque = quantum)* L ‖ sotii V1 ‖ venatibus ibant *restituit manus recentior in* V ‖ [ti] venab; L 65 stilicone LV1 ‖ [pene]trare leones *restituit manus recentior in* V 66 virgatas figere G virga [tas] transfigere V virga transfigere LV1 ‖ tigres *restituit manus recentior in* V tygres L 67 cessit tibi medus VL medus tibi cessit V1 68 partis V 70 Urebat *pro* Urgebat *coniecisse* H *tradit Clercqius* 73 *Hunc versum interpolatum esse iure contendit Paul Quaest. Claud. p. 23* ‖ talamisque V1

Per populos, animi cunctantis libra cucurrit.
Tu legeris tantosque viros, quos obtulit orbis,
Intra consilium vincis sensumque legentis
Et gener Augustis, olim socer ipse futurus
Accedis. Radiis auri Tyriaque superbit
Maiestate torus; comitata parentibus exit
Purpureis virgo: stabat pater inde trophaeis
Inclitus, inde pium matris regina regebat
Obsequium gravibus subnectens flammea gemmis.
  Tunc et Solis equos, tunc exsultasse choreis
Astra ferunt mellisque lacus et flumina lactis
Erupisse solo, cum floribus aequora vernis
Bosphorus indueret roseisque evincta coronis
Certantes Asiae taedas Europa levaret.
  Felix arbitrii princeps, qui congrua mundo
Iudicat et primus censet quod cernimus omnes.
Talem quippe virum natis adiunxit et aulae,
Cui neque luxuries bello nec blanda periclis
Otia nec lucis fructus pretiosior unquam
Laude fuit. Quis enim Moesos in plaustra feroces
Reppulit aut saeva Promoti caede tumentes
Bastarnas una potuit delere ruina?
Pallantis iugulum Turno moriente piavit
Aeneas tractusque rotis ultricibus Hector
Irato vindicta fuit vel quaestus Achilli.

77 consilium L V1 concilium V 78 augusti V1 ‖ ipse V V1 ille L 79 Accidis *corr. m. II in* Accedis V ‖ radiisq; *(sic)* L ‖ tiriaque [q;] *(sic)* V1 80 thorus O 81 tropheis O tropaeis G 82 inde *deerat, sup. lin. add. m. II* ‖ regine [a] V1 ‖ regebat G g L gerebat V V1 84 exultasse O ‖ coreis V1 85 mellisque G 87 Bosphorus V Bophorus L Bosforus V1 ‖ evincta V L inducta V1 88 asye L ‖ tedas O ‖ laevaret V1 90 Iudicat *corr. m. II in* Indicat L ‖ *post* 'primus' *rasura unius litterae spatio in* V ‖ sensit [censet] V1 ‖ quod V V1 q [e] L ‖ et primus sancit, quod sensimus omnes *temptavit* H3 91 natis adiunxit O nataeque adiunxit *editt. post* H *cum Ambrosiano quodam* 94 moesos *scripsi* mysos *editt. cum deterr.* uisos G V V1 nisos L 95 Repulit V1 ‖ prouicti *pro* promoti G 96 Vasternos V Vasternos [a] L Basternas V1 98 rotis V V1 totis L ‖ eqctor [h] L

Tu neque vesano raptas venalia curru
Funera, nec vanam corpus meditaris in unum
Saevitiam: turmas equitum peditumque catervas
Hostilesque globos tumulo prosternis amici.
Inferiis gens tota datur. Nec Mulciber auctor
Mendacis clipei fabricataque vatibus arma
Conatus iuvere tuos. Tot barbara solus
Milia iam pridem miseram vastantia Thracen
Finibus exiguae vallis conclusa tenebas.
Non te terrisonus stridor venientis Alani
Nec vaga Chunorum feritas nec falce Gelonus,
Non arcu pepulere Getae, non Sarmata conto,
Exstinctique forent penitus, ni more maligno
Falleret Augustas occultus proditor aures
Obstrueretque moras strictumque retunderet ensem,
Solveret obsessos, praeberet foedera captis.
Assiduus castris aderat, rarissimus urbi,
Si quando trepida princeps pietate vocaret,
Vixque salutatis Laribus, vix coniuge visa
Deterso necdum repetebat sanguine campum,
Nec stetit, Eucherii dum carperet oscula saltem
Per galeam. Patris stimulos ignisque mariti

101 *post* vanam *rasura duarum litterarum spatio in* V ‖ meditaris O meditatus *nonnullae editt. cum paucis deterr.* 102 equitum GVV1 ęquitum L 103 tumulo — amico H *legisse testatur Clercqius* 104 actor V1 105—107 *restituit in* V *manus recentior* 105 clypei V ‖ vatibus GVV1 vastibus L 107 miseram G ‖ tracen V trachem L tracem V1 108 *usque ad* ten[ebas] *restituit manus recentior in* V ‖ exiguę V exigue V1 exiguis L ‖ exigui collis *coniecit Schraderus* ‖ conclusa VV1 commissa L 109 Non — v[enientis] *restituit manus recentior in* V ‖ Non GVV1 Nec L ‖ ferrisonus *coniecit* H 110 Nec — f[eritas] *restituit manus recentior in* V ‖ chunorum Gg huorum V hunorum L hunnorum V1 ‖ vasta Hunnorum *temptat Burmannus* ‖ feritas nec G feritas non O 111 Non arcu pe[pulere] *restituit in* V *manus recentior* ‖ getę V gethe L gete V1 112 Exti[nctique] *restituit manus recentior in* V ‖ Extinctique VV1 Extincti// (q; *superscr.*) L 114 mores (a *superscr.*) L mora H *coniecisse dicit Clercqius* ‖ retunderet G retunderet (c *superscr.*) V recon- deret LV1 ‖ ensen L 119 repetebas L 121 Per galeam patris stimulos ignisque mariti *sic ex* G *totus versus in edit. pr. Flor. exaratus est, cum deesset in hac editione* ‖ ignesque O ‖ patrios stimulos ignemque maritum *frustra mutare conatur* H

Vincit cura ducis. Quotiens sub pellibus egit
Edonas hiemes et tardi flabra Bootae
Sub divo Riphaea tulit! Cumque igne propinquo
Frigora vix ferrent alii, tunc iste rigentem
Danubium calcabat eques nivibusque profundum
Scandebat cristatus Athon lateque corusco
Curvatas glacie silvas umbone ruebat;
Nunc prope Cimmerii tendebat litora Ponti,
Nunc dabat hibernum Rhodope nimbosa cubile.
Vos Haemi gelidae valles, quas saepe cruentis
Stragibus aequavit Stilicho, vos Thracia testor
Flumina, quae largo mutastis sanguine fluctus.
Dicite Bisaltae vel qui Pangaea iuvencis
Scinditis, offenso quantae sub vomere putres
Dissiliant glaebis galeae vel qualia rastris
Ossa peremptorum resonent immania regum.
  Singula complecti cuperem; sed densior instat
Gestorum series laudumque sequentibus undis
Obruimur. Genitor caesi post bella tyranni
Iam tibi commissis conscenderat aethera terris.
Ancipites rerum ruituro culmine lapsus
Aequali cervice subis. Sic Hercule quondam
Sustentante polum melius librata pependit
Machina, nec dubiis titubavit Signifer astris
Perpetuaque senex subductus mole parumper
Obstipuit proprii spectator ponderis Atlas.
  Nulli barbariae motus, nil turbida rupto

122 Vincit VL Vicit V1 123 Edonas (i *add. m. II*) V Hedonyas L ‖ hyemes V ‖ boote VL boetae *(sic)* G boete V1 124 divo O dio *nonnulli deterr. et editt. post* H ‖ riphea VL rhipea V1 125 iste O triste *cum uno deter. et Claverio* H *et editt. post* H ‖ isteriagentem *(sic)* V 128 Curvatas G ‖ glatię L 129 cinnii L cimerii V1 ‖ littora VL 130 rodope LV1 132 stilico LV1 ‖ tracia V1 ‖ vel *sup. lin. manus I add. nam deerat hoc vocabulum* V1 135 offenso quante G ‖ vel effosso offenso V ‖ quantis *malit* H 141 tiranni V 142 Praecipites rerum H *coniecisse dicit Clercqius* ‖ ethera GO 142 herule V 145 n (= *non*) L 146 mole G 147 Obstipuit G Obstupuit O

Ordine temptavit novitas tantoque remoto
Principe mutatas orbis non sensit habenas.
Nil inter geminas acies ceu libera frenis
Ausa manus certans, nec tantis dissona linguis
Turba nec armorum cultu diversior unquam
Confluxit populus. Totam pater undique secum
Moverat auroram: mixtis hic Colchus Hiberis,
Hic mitra velatus Arabs, hic crine decorus
Armenius, hic picta Saces fucataque Medus,
Hic gemmata niger tentoria fixerat Indus;
Hic Rhodani procera cohors, hic miles alumnus
Oceani. Ductor Stilicho tot gentibus unus,
Quot vel progrediens vel conspicit occiduus Sol.
In quo tam vario vocum generumque tumultu
Tanta quies iurisque metus servator honesti
Te moderante fuit, nullis ut vinea furtis
Vel seges erepta fraudaret messe colonum:
Ut nihil aut saevum rabies aut turpe libido
Suaderet, placidi servirent legibus enses.
Scilicet in vulgus manant exempla regentum,
Utque ducum lituos, sic mores castra secuntur.
Denique felices aquilas quocumque moveres,
Arebant tantis epoti milibus amnes:
Illyricum peteres, campi montesque latebant;
Vexillum navale dares, sub puppibus ibat
Ionium. Nullis succincta Ceraunia nimbis,
Nec iuga Leucatae feriens spumantia fluctu
Deterrebat hiems. Tu si glaciale iuberes
Vestigare fretum, securo milite ducti

149 temtavit G temptavit[turbavit] L 150 obis[r] V1 151 rabies *pro* acies *coniecit Paul Quaest. Claud. p. 13* ‖ ceu G ‖ freni *coniecit* H 152 certans *scripsi* certe O per te *male Paul Quaest. Claud. p. 13* 155 colcus L 156 decorus O decoro *editt.* 157 sages V1 ‖ fugataque[c] V fucataque, *corr. m. II in* fuscataque L fuscataque V1 159 rodani LV1 ‖ alumnus[vel alūnus] V1 alunnus[a] V alumpnus L 160 Occeani O ‖ stilico LV1 161 Quod[as] V Quos LV1 163 rigidique metus *voluit Paul l. c. p. 32* 165 erepta O exsecta *cum deterr.* H *et editt. post* H 165 fraudarit *cum deter.* H *et editt. post* H 166 nichil VL nil V1 167 Suaderet V Suaderent LV1 169 sequuntur O 170 felices O victrices H *cum deterr.* 171 ānes L 172 Illiricum O 175 leucathe L 176 hiemps V hyems L

Stagna reluctantes quaterent Saturnia remi;
Si deserta Noti, fontem si quaerere Nili,
Aethiopum medios penetrassent vela vapores.
Te memor Eurotas, te rustica musa Lycaei,
Te pastorali modulantur Maenala cantu
Partheniumque nemus, quod te pugnante resurgens
Aegra caput mediis erexit Graecia flammis.
Plurima Parrhasius tunc inter corpora Ladon
Haesit et Alpheus Geticis angustus acervis
Tardior ad Siculos etiamtum pergit amores.
Miramur rabidis hostem succumbere bellis,
Cum solo terrore ruant? Non classica Francis
Intulimus: iacuere tamen. Num Marte Suevos
Contudimus, quis iura damus? Quis credere possit?
Ante tubam nobis audax Germania servit.
Cedant Druse tui, cedant Traiane labores.
Vestra manus dubio quidquid discrimine gessit,
Transcurrens egit Stilicho totidemque diebus
Edomuit Rhenum, quot vos potuistis in annis.
Quem ferro, alloquiis, quem vos cum milite, solus
Impiger a primo descendens fluminis ortu
Ad bifidos tractus et iuncta paludibus ora,
Flumineum perstrinxit iter. Ducis impetus undas
Vincebat celeres et pax a fonte profecta
Cum Rheni crescebat aquis. Ingentia quondam
Nomina, crinigero flaventes vertice reges,

178 Stanna, *corr. manus II in* Stagna V 179 nothi O 180 penetrarent V1 181 eurothas L ‖ liçei V licei LV1 183 Partheniumque G ‖ quod VL $\overset{io}{q}$ V1 quo *cum deter. praefert* H 184 flammis G 185 parrasius V 186 et alpheus GLV1 et alfeus V ‖ gethicis L ‖ augustus L 187 $\overset{or}{\text{Tarduis}}$ V1 ‖ etiamtum *scripsi* $\overset{nc}{\text{etiam}}$ V etiam nunc LV1 188 rapidis V 189 Cum G ‖ non GV1 num VL ‖ ruat *malit* H2H3 190 num VL non V1 191 quis V1 $\overset{i}{\overset{qs}{\text{qd}}}$ V $\overset{i}{q}$, *corr. m. II in* $\overset{i}{\text{qs}}$ L 192 tubas V1 194 quicquid VV1 $\overset{i\,i}{\text{qq}}$ L 195 stilico LV1 196 renum V1 ‖ $\overset{t}{\text{quod}}$ V ‖ $\overset{domuistis}{\text{potuistis}}$ V 197 alloquiis G 200 Flumineum L $\overset{vel\ Ful}{\text{Flumineum}}$ V1 Fulmineum V ‖ perstrinxit O praestrinxit *deterr. quod defendit* H *et alii* 203 *post* vertice *rasura unius litterae spatio* V

Qui nec principibus donis precibusque vocati
Paruerant, iussi properant segnique verentur
Offendisse mora. Transvecti lintribus amnem
Occursant ubicumque velis. Nec fama fefellit
Iustitiae: videre pium, videre fidelem;
Quem veniens timuit, rediens Germanus amavit.
Illi terribiles, quibus otia vendere semper
Mos erat et foeda requiem mercede pacisci,
Natis obsidibus pacem tam supplice vultu
Captivoque rogant, quam si post terga revincti
Tarpeias pressis subeant cervicibus arces.
Omne, quod Oceanum fontesque interiacet Histri,
Unius incursu tremuit. Sine caede subactus
Servitio Boreas exarmatique Triones.
Tempore tam parvo tot proelia sanguine nullo
Perficis et luna nuper nascente profectus
Ante redis, quam plena fuit, Rhenumque minacem
Cornibus infractis adeo mitescere cogis,
Ut Suevus iam rura colat flexosque Sigambri
In falcem curvent gladios geminasque viator
Cum videat ripas, quae sit Romana requirat:
Ut iam trans fluvium non indignante Cauco
Pascat Belga pecus mediumque ingressa per Albim
Gallica Francorum montes armenta pererrent:
Ut procul Hercyniae per vasta silentia silvae

204 supplicibus donis H *olim coniecisse testatur Burmannus* ‖ precibusque O precibusve *cum deter.* H 205 Paruerant GVL Paruerant (ar *add. m. II*), *in marg. manus II ascr.* paruerant V1 Paruerunt *malit* H 206 lintribus [navibus] V ‖ ānē L 207 velis V1 *(cf. v. 170)* velit V velint [s] L 210 otia G 214 Tarpeas V1 ‖ subeant pressis V1 ‖ arces V artes V1 ~~axes~~ *(sic), in marg. man. II add.* aures L 215 occeanum O 216 tremuit VV1 timuit L ‖ coactus [sub] L 220 plena G tota O ‖ renumque V1 222 suevus [+] *(sic)* G suevus VV1 sęvus [u] L salius *cum nonnullis deterr.* H *et alii* ‖ iura [r] L ‖ flexosque V1 flexoque [s] L flexusque V ‖ sigambri G sicambri V1 sycambrus V sycanb' L 223 curvent V1 curvet VL cudant *vel* lunent *coniecit* H_2H_3 224 que [vel an] V 225 caucho V caycho L caico V1 228 hercynię V hicinię L hercinie V1

Venari tuto liceat lucosque vetusta
Religione truces et robora numinis instar
Barbarici nostrae feriant impune bipennes.
Ultro quin etiam devota mente tuentur
Victorique favent. Quotiens sociare catervas
Oravit iungique tuis Alamannia signis!
Nec doluit contempta tamen spretoque recessit
Auxilio laudata fides. Provincia missos
Expellet citius fasces, quam Francia reges,
Quos dederis: acie, nec iam pulsare rebelles,
Sed vinclis punire licet; sub iudice nostro
Regia Romanus disquirit crimina carcer.
Marcomares Sunnoque docent: quorum alter Etruscum
Pertulit exsilium; cum se promitteret alter
Exsulis ultorem, iacuit mucrone suorum:
Res avidi concire novas odioque furentes
Pacis et ingenio scelerumque cupidine fratres.
  Post domitas Arctos alio prorupit ab axe
Tempestas et ne qua tuis intacta trophaeis
Pars foret, australis sonuit tuba. Moverat omnis
Maurorum Gildo populos, quibus imminet Atlas

230 Religione V1 Relligione L In regione V ‖ robora V1 robur [vel robora] V robur L 231 pferiunt *(sic)* L 232 quin G 233 catevas [r] V 234 iungitque V ‖ alamannia GV alemānia LV1 237 *et* 238 *restituit manus recentior in* V 237 Expellat H *coniecisse tradit Clercqius* ‖ fasces GVL fasces, *in marg. m. II add.* vel fallax q[a] francia reges quos dederis servet V1 238 dederis LV1 dederit V ‖ acie L *quod recepit* H *et editt. post* H, *in marg. in* L *m. II add.* feriat *quod* vel servat, servat VV1 *in editt. vet.* feriat 239 [vincl]is — nostro *restituit manus recentior in* V 240 disquirit — carcer *restituit manus recentior in* V 241 Marcomares G Marcomanes (?) g Marcomeres V Marcomes L Marcomenes V1 ‖ sunnoque G sonnoque V sompnoque L sōnoque V1 ‖ *finis versus inde a* 'quorum' *restituit manus recentior in* V ‖ hetruscus V 242 [promi]tteret alter *restituit in* V *manus recentior* ‖ exilium O 243 Exulis O ‖ [suoru]m *restituit manus recentior in* V 244 concire V1 conscire VL ‖ odio [que] V1 245 scelerumque G 246 arcthos LV1 ‖ prorupit VL prorumpit V1 247 tropaeis G ‖ omnis G ōnis V ōs (= *omnes*) LV1 amens *deterr.* 249 gyldo L ‖ athlas VL

Et quos interior nimio plaga sole relegat:
Quos vagus umectat Cinyps et proximus hortis
Hesperidum Triton et Gir notissimus amnis
Aethiopum, simili mentitus gurgite Nilum.
Venerat et parvis redimitus Nuba sagittis,
Et velox Garamas, nec quamvis tristibus Hammon
Responsis alacrem potuit Nasamona morari.
Stipantur Numidae campi, stant pulvere Syrtes
Gaetulae, Poenus iaculis obtexitur aer.
Hi virga moderantur equos, his fulva leones
Velamenta dabant ignotarumque ferarum
Exuviae, vastis Meroe quas nutrit harenis.
Serpentum patulos gestant pro casside rictus.
Pendent viperea squamosa pelle pharetrae.
Non sic intremuit Simois, cum montibus Idae
Nigra coloratus produceret agmina Memnon,
Non Ganges, cum tela procul vibrantibus Indis
Immanis medium vectaret belua Porum.
Porus Alexandro, Memnon prostratus Achilli;
Gildo nempe tibi. Nec solum fervidus Austrum,
Sed partis etiam Mavors agitabat eoas,
Quamvis obstreperet pietas. His ille regendae
Transtulerat nomen Libyae scelerique profano
Fallax legitimam regni praetenderat umbram.

251 Q[o] *(sic)* L ‖ humectat O ‖ gi[c]nyps V gynips L ginips V1 ‖ ortis L 252 gir G ‖ amnis G ‖ nigrisque novissimus *coniecit Delrius* 254 uíua *(sic)*, *in marg. m. II* vel nuba V ‖ salutis, *in marg. m. II* sagitis L 255 garamãs *(sic)* L 256 nasamon,[a] L 257 sirtes V1 258 p[l]enus V peni, *add. m. II* vel plenus L penus, *in marg. m. II* vel plenus V1 259 Hii LV1 ‖ hiis V1 262 patulos gestant GO gestant patulos *editt.* 263 Pendent GV [vel Splen] Pendent L Splendent V1 ‖ viperie G ‖ pharetre G 264 symois L 265 mennon VV1 mẽnon L 266 cum [tela] procul *(sic)* V1 267 tumidum *seu simile quid pro* medium *voluit Burmannus* 268 Porus G ‖ mennon V m̄non L mennõ V1 ‖ memnon prostratus G 269 Gyldo L ‖ perfidus *malit* H ‖ a[u]strum V1 270 partis G partes O 271 hiis V1 272 libye V libie LV1 273 ꝑtenderat, *ex corr. pro* p̄tenderat (= *praetenderat*) L ‖ unbram L

Surgebat geminum varia formidine bellum.
Hoc armis, hoc triste dolis; hoc Africa saevis
Cinxerat auxiliis, hoc coniuratus alebat
Insidiis oriens. Illinc edicta meabant
Corruptura duces; hinc frugibus atra negatis
Urgebat trepidamque fames obsederat urbem.
Exitiale palam Libycum; civile pudoris
Obtentu tacitum. Tales utrimque procellae
Cum fremerent lacerumque alternis ictibus anceps
Imperium pulsaret hiems, nil fessa remisit
Officii virtus contraque minantia fata
Pervigil eventusque sibi latura secundos
Maior in adversis micuit. Velut arbiter alni,
Nubilus Aegaeo quam turbine vexat Orion,
Exiguo clavi flexu declinat aquarum
Verbera, nunc recta, nunc obliquante carina
Callidus et pelagi caelique obnititur irae.
  Quid primum, Stilicho, mirer? quod cautus ad omnis
Restiteris fraudes, ut te nec noxia furto
Littera nec pretio manus inflammata lateret?
Quod nihil in tanto rerum terrore locutus
Indignum Latio? responsa quod ardua semper
Eois dederis, quae mox effecta probasti?
Securus, quamvis et opes et rura tenerent

274 geminum varia GVL varia geminum V1 275 affrica O 275—276 hinc africa — hinc H *coniecisse dicit Clercqius* 280 Exitiale G Exiciale Q ‖ lybicum VL libicum V1 281 *et* 282 *restituit manus recentior in* V 281 Optentu L ‖ utrinque V1 282 fremerent, *m. II corr. in* premerent L premerent H *coniecisse dicit Clercqius* ‖ lacerumque G lacm̄que (lacium) V laterumque *(sic)* L laterumque V1 283 *usque ad* fessa *(incl.) restituit manus recentior in* V 283 hyemps L 284 Officii — mina[ntia] *restituit manus recentior in* V ‖ facta L 285 Pervigil — sibi *(incl.) restituit manus recentior in* V 286 Maior in adversis *restituit manus recentior in* V ‖ velud L 287 Nubilus G ‖ vexat GL ve≡at (x) V versat V1 *idem coniecit Burmannus* 288 Exigu[o] *restituit manus recentior in* V ‖ fexu (l) L 290 obnititur G 291 stilicho mirer V mirer stilico L mirer stilicho V1 ‖ omnis G omnes O 292 pretio G ‖ lateret GO laterent *nonnullae editt.* 294 nichil VL nil V1 ‖ rerum V1 circum (rerum) V ccū (rerum, i) *(sic)* L ‖ loqu≡t' V loqutus V1

Insignesque domos: levis haec iactura, nec unquam
Publica privatae cesserunt commoda causae.
Dividis ingentes curas teque omnibus unum
Obicis inveniens animo quae mente gerenda,
Efficiens patranda manu, dictare paratus,
Quae scriptis peragenda forent. Non bracchia centum,
Non Briareus aliis numero crescente lacertis
Tot simul obiectis possent confligere rebus:
Evitare dolos, veteres firmare cohortes,
Explorare novas, duplices disponere classes,
Quae fruges aut bella ferant, aulaeque tumultum
Et Romae lenire famen. Quot nube soporis
Immunes oculi per tot discurrere partes,
Tot loca sufficerent et tam longinqua tueri?
Argum fama canit centeno lumine cinctum
Corporis excubiis unam servasse iuvencam.
Unde tot allatae segetes? Quae silva carinas
Texuit? Unde rudis tanto tirone iuventus
Enituit senioque iterum vernante resumpsit
Gallia bis fractas Alpino vulnere vires?
Non ego delectu, Tyrii sed vomere Cadmi
Tam subitas acies conceptas dente draconis

300 ingentes *(sic)* V in gentes *etiam Burmannus coniecit* 301 ināvenies V 302 Efficies V 303 peraranda *temptat Burmannus* || non Gg quae O || brachia O 304 *In margine editionis pr. Florentinae ab eo, qui codicem* G *excerpsit, ascriptum est:* 'In antiquo nō ē', *qua re Clercqius adductus esse videtur, ut v. 304 in antiquissimo codice defuisse adnotaret; at cum videam ex prima Heinsii recensione Gyraldum in illo codice* G *pro* 'Quis Briareus' *legisse* 'Non Briareus', *non dubito, quin hoc glossula ista nobis velit indicare.* Quis O || humero crescente *malit* H || Briareus alius numero *temptat Burmannus* 305 possent G posset V poss; (= *posset*) LV1 308 aut GO vel *editt.* || ferant G 309 lenire G || qd (qt, o superscr.) *(sic)* q (o superscr.), *corr. m. II in* q (ot superscr.) L || soporis G || nube sopora *voluit* H 311 tam G tot VLV1 312 cinctum O centum H *cum deterr.* 314 allatae G 315 tyrone L 316 Enituit VL Emicuit V1 Exsiluit H *coniecisse dicit Clercqius* 317 fractas G 318 dilectu, *corr. m. II in* delectu V || deiecto Tyrii sub vomere Cadmi *Scaligerum voluisse* H *notasse dicit Burmannus* 318 tirii V1 319 conceptas VV1 concepto, *corr. m. II in* conceptas L concepto *cum deterr. editt.*

Exsiluisse reor: Dircaeis qualis in arvis
Messis cum proprio mox bellatura colono
Cognatos strinxit gladios, cum semine iacto
Terrigenae galea matrem nascente ferirent,
Armiger et viridi floreret milite sulcus.
Hoc quoque non parva fas est cum laude relinqui,
Quod non ante fretis exercitus astitit ultor,
Ordine quam prisco censeret bella senatus.
Neglectum Stilicho per tot iam saecula morem
Rettulit, ut ducibus mandarent proelia patres
Decretoque togae felix legionibus iret
Tessera. Romuleae leges rediere, fatemur,
Cum procerum iussis famulantia cernimus arma.
  Tyrrhenum poteras iunctis transmittere signis
Et ratibus Syrtes, Libyam complere maniplis.
Consilio stetit ira minor, ne territus ille
Te duce suspecto Martis graviore paratu
Aut in harenosos aestus zonamque rubentem
Tenderet aut solis fugiens transiret in ortus
Missurusve sibi certae solatia mortis
Oppida dirueret flammis. Res mira relatu:
Ne timeare, times et quem vindicta manebat
Desperare vetas. Quantum fiducia nobis
Profuit hostilis! Salvae Carthaginis arces,
Illaesis Tyrii gaudent cultoribus agri,

320 Exiluisse O ‖ Exiluisse ≡ r(e)or *(sic)* V ‖ arvis V arm(u)is L au(r)ceis *(sic)* V1 321 *forte* 'propria — cohorte', *ut fabula restituatur (Cf. Koenigium a. h. l.)* 322 strin(x)git V 324 Armifer V Armiger LV1 325 Hęc V Hoc LV1 326 fretis *corr. m. II in* fretus L ‖ astitit VV1 extitit L 328 stilico LV1 ‖ iam tot per L 329 Retulit L 330 velox *voluit pro* felix *Burmannus* 331 Tess(a)ęra, *in marg. add. m. rec.* Tessera V Thess(a)ęra L Tessara V1 ‖ romuleę leges rediere Gg romuleas leges rediisse O ‖ *pro* 'rediisse' *ex uno deter.* H *recepit* 'remeasse' 333 Tirrhenum V tirrenum V1 tyrrenum L ‖ iunctis H *cum deter.* cunctis O 334 sirtes VV1 ‖ libiam V1 335 ira minor LV1 ira ruens V 337 a(h)renosos V1 339 Missurusque V Missurusve LV1 ‖ solacia G 340 Opida V1 343 kartaginis VL cartaginis V1 344 tirii V1

Quos potuit vastare fuga. Spe captus inani
Nec se subripuit poenae nostrisque pepercit
Demens, qui numero tantum, non robore mensus
Romanos rapidis ibat ceu protinus omnis
Calcaturus equis et quod iactare solebat,
Solibus effeto mersurus pulvere Gallos.
Sed didicit non Aethiopum geminata venenis
Vulnera, non fusum crebris hastilibus imbrem,
Non equitum nimbos Latiis obsistere pilis.
Sternitur ignavus Nasamon, nec spicula supplex
Iam torquet Garamas, repetunt deserta fugaces
Autololes, pavidus proiectat missile Mazax.
Cornipedem Maurus nequiquam hortatur anhelum.
Praedonem lembo profugum ventisque repulsum
Suscepit merito fatalis Tabraca portu:
Expertum, quod nulla tuis elementa paterent
Hostibus, et laetae passurum iurgia plebis
Fracturumque reos humili sub iudice vultus.
  Nil tribuat fortuna sibi, si prospera semper
Illa quidem. Sed non uni certamina pugnae
Credidimus, solis nec constitit alea castris
Nutatura semel. Si quid licuisset iniquis
Casibus, instabant aliae post terga biremes.
Venturus dux maior erat. Victoria nulla

346 subripuit V 347 robore[virib;] V 348 omnis G omnes O 349 quod G ‖ iactaret V1 349 *et* 350 *finibus perversis sic in* L *leguntur:* Calcaturus equis mersurus pulvere gallos Solibus effetos et quod iactare solebat 350 effetos VL efetos[f] V1 ‖ pulvere G 351 ethyopum L 352 ymbrem L 353 equitum nimbos latiis V latiis nimbos equitum L nimbos equitum latiis V1 354 nasomon LV1 ‖ suplex V1 355 Iam torquet VV1 Ī torquet *(sic)* L 356 Autololes V Autolopes GgLV1 ‖ proiecit V1 ‖ mazax GVV1 mazas L 357 nequicquam V ‖ [h]anelum L hanelum V1 358 lembo G 359 thabraca L 362 Fracturumque, *in marg. add. m. II* pfractum V1 Frangendumque *coniecit* H ‖ iudice VV1 vindice L 363 tribuit[a] L ‖ sibi si *scripsi* sibi sit VL sibi fut *(sic)* V1 sibi sic *legit* H 364 Illaę V1 365 solis *conieci (cf. Quaest. critt. p. 40)* totis O 367 alie VV1 alte L 368 Ventures[u] V1

Clarior aut hominum votis optatior unquam
Contigit. An quisquam Tigraneu armaque Ponti
Vel Pyrrhum Antiochique fugam vel vincla Iugurthae
Conferat aut Perseu debellatumque Philippum?
Hi propagandi ruerant pro limite regni;
Hic stabat Romana salus. Ibi tempora tuto
Traxerunt dilata moras; hic vincere tarde
Vinci paene fuit. Discrimine Roma supremo
Inter supplicium populi deforme pependit
Et tanto Libyam fructu maiore recepit,
Quam peperit, quanto graviorem amissa dolorem,
Quam necdum quaesita, movent. Quis Punica gesta,
Quis vos Scipiadae, quis te iam Regule nosset:
Quis lentum caneret Fabium, si iure perempto
Insultaret atrox famula Carthagine Maurus?
Haec omnis veterum revocavit adorea lauros.
Restituit Stilicho cunctos tibi Roma triumphos.

369 opatior (t *sup.*) V1 370 huic quis nam H *coniecisse testatur Clercqius* ‖ tigraneu VL triganem GV1 371 pirrum VV1 pyrrum L ‖ anthiochique V ‖ iugurtę V iugurte V1 iugurtc (i *add. m. II, sup.* u *ras.*) L 372 Confera (t *sup.*) V1 373 Illa (hi *sup.*) V Illa (vel hii *sup.*) L Hii V1 ‖ ruerant GV1 fuerant (r *sup.*) V fuerant (vel ruerant *sup.*) L 374 tuto O tutas *nonnulli deterr.* 375 moras G 376 suppremo L 378 suplicium V 379 tanto *coniecit Scaliger* quantū (t *sup.*) V tantum LV1 380 quanto *coniecit Scaliger* quantum O 381 vis (vos *sup.*) V1 383 kartagine VL cartagine V1 384 Haec omnis G Haec omnes O 384 adorea (vel ad horrea *sup.*) V ad horrea LV1 ‖ lauros O laurus *nonnulli deterr.* 385 stilico LV1

CL. CLAUDIANI
DE
CONSVLATV STILICHONIS
LIBER II. (XXII.)

Hactenus armatae laudes. Nunc qualibus orbem
Moribus et quanto frenet metuendus amore,
Quo tandem flexus trabeas auctore rogantes
Induerit fastisque suum concesserit annum,
Mitior incipiat fidibus iam Musa remissis.
Principio magni custos Clementia mundi,
Quae Iovis incoluit zonam, quae temperat aethram
Frigoris et flammae mediam, quae maxima natu
Caelicolum; nam prima Chaos Clementia solvit
Congeriem miserata rudem vultuque sereno
Discussis tenebris in lucem saecula fudit.
Haec dea pro templis et ture calentibus aris
Te fruitur posuitque suas hoc pectore sedes.
Haec docet, ut poenis hominum vel sanguine pasci
Turpe ferumque putes, ut ferrum Marte cruentum
Siccum pace feras, ut non infensus alendis
Materiem praestes odiis, ut sontibus ultro

De consulatu Stiliconis Liber .1. expl̄. incp̄ Liber II G ‖ INCIPIT LIBER SC̄DS DE LAVDE STILICONIS V ‖ Liber sextus . in quo narrat̄ quat̂s Stilico summis honoribus triumphavit L ‖ Secundus liber de laudibus Stiliconis *m. II in* V1 1 urbem [or] V urbem L orbem V1 3 actore L 5 incipias *malit* H ‖ iam *deerat*, *add. sup. lin.* V1 6 dementia (= clementia) V1 8 natu (u *in lit. add. m. II*) V 9 solvit (*ex corr. m. II pro* solvis) L 11 Discussit [vel is] V ‖ tenebras [vel is] V tenebras L 13 tēpore [pectore] V pectore L V1 14 *dubito num h. l. recte positum sit* 'docet ut'; *forte scribendum* 'facit ut' 16 Sic cum V S [c] c̄ *(sic)* L ‖ feras [vel p̄mas] V feras [vel pmas] L feras V1 ‖ infensus [vel infessus] V 17 Materiam G (?) Materiem O ‖ ultor V1

Ignovisse velis, deponas ocius iram,
Quam moveas, precibus nunquam implacabilis *obstes,
Obvia prosternas prostrataque more leonum
Despicias, alacres ardent qui frangere tauros,
Transiliunt praedas humiles. Hac ipse magistra
Das veniam victis; hac exorante calores
Horrificos et quae nunquam nocitura timentur
Iurgia contentus solo terrore coerces
Aetherii patris exemplo, qui cuncta sonoro
Concutiens tonitru Cyclopum spicula differt
In scopulos et monstra maris nostrique cruoris
Parcus in Oetaeis exercet fulmina silvis.
Huic divae germana Fides eademque sorori
Corde tuo delubra tenens sese omnibus actis
Inserit. Haec docuit nullo livescere fuco,
Nunquam falsa loqui, nunquam promissa morari,
Invisos odisse palam, non virus in alto
Condere, non laetam speciem praemittere fraudi,
Sed certum mentique parem componere vultum.
Occulto saevire vetat, prodesse remittit.
Haec et amicitias longo plus tempore firmat
Mansuroque adamante ligat, nec mobile mutat
Ingenium, parvae strepitu nec vincula noxae

19 obstes VL astes V1 21 frangere Gg 22 Transibt (liūt) L ‖ humiles praedas V1 ‖ iste V ipse (ipse) LV1 sponte *coniecit* H2H3 hac quippe H *olim coniecisse testatur Burmannus* 23 Da (s) V (s *add. m. rec.*) ‖ exorate (tan) V 25 contemptus LV1 ‖ coherces O 26 Etherei V 27 *restituit manus recentior in* V ‖ ciclopum LV1 cyclopia H *maluisse dicit Burmannus* ‖ defert V1 28 [scop]ulos — cruoris *restituit manus recentior in* V 29 in GVL in *sup. lin. m. II add., nam deerat* V1 ‖ [Oe]teis — silvis *restituit manus recentior in* V ‖ oeteis VV1 ethereis (vel oetheis) L 30 Hic, *in marg. m. II* Huic V1 ‖ [german]a — sororis *restituit manus recentior in* V ‖ sorori *deterr.* sororis O 31 tenens O tenet G ‖ *forte* tenet seque 32 docuit nullo VL nullo docuit V1 ‖ fusco (s *delevit m. rec.*) V fuco (s) L fuco V1 35 premittere GO praetendere g (?) *et editt.* 37 remittit (pmittit) V remittit LV1 38 amicitias G ‖ plus, *in marg. m. II* vel p' (= *post*) V 39 adamanthe L 40 parve (e *corr. m. II in* o) L ‖ ~~ul a~~ noxe *(sic)*, *in marg. m. II* uīcta V

Dissolvi patitur, nec fastidire priorem
Illicitur veniente novo: benefacta tenere,
Respuere offensas facilis pariterque minoris
Officii magnique memor superare laborat,
Utque hostes armis, meritis sic vincit amicos.
Haec fovet absentes, haec longe sola remotis
Consulit, haec nullis avidam rumoribus aurem
Pandit, ut ignarum nunquam laesura clientem
Insidiosa tuos alienent murmura sensus.
Nec vivis annexus amor meminisse sepultos
Desinit: in prolem transcurrit gratia patrum.
Hac tu Theudosium, tenuit dum sceptra, colebas,
Hac etiam post fata colis nec pignora curas
Plus tua quam natos, dederat quos ille monendos
Tutandosque tibi. Iustos nimiumque fideles
Fama putat, qui, cum possent commissa negare,
Maluerint nullo violati reddere quaestu.
At Stilicho non divitias aurique relictum
Pondus, sed geminos axes tantumque reservat
Depositum teneris, quantum sol igneus ambit.
Quid non intrepidus credas, cui regia tuto
Creditur? Hoc clipeo munitus Honorius altum
Non gemuit patrem vitaeque et lucis in ipso
Limine contemptus nunquam dat iura subactis
Gentibus et secum sentit crevisse triumphos.

42 Inlicitur G Illicitum (?) g Allicitur (vel allicitum) V Allectum, *in marg. m. II* allicit̃ V1 Allicitur L Fit licitum *coniecit* H 43 faciles, *corr. m. II ex* facilis V facit, (es) L faciles V1 ‖ laborans *coniecit* H 44 magni (que) L 47 nult— rumoribus avidis (a) *(sic)* L 48 ut ignarum G ‖ lesusa (r) V 50 Nec G ‖ adnexus V1 anixus (obnexus) L 52 theudosium *scripsi cum editt.* teodosium V theodosium V1 tediosiū, *in marg. m. II* theodosiū L 53 fata G 55 fidelis (e) V 56 possent O possint *deterr.* ‖ Maluerint O Maluerunt *deterr. nonnulli* 57 Ast VL ‖ stilico LV1 60 terris G teneris V teneris, *in marg. m. II* vel terris L t'ris, *in marg. m. II* teneris V1 ‖ anbit L 61 cui G 63 vitaeque et laudis in ipso Lumine *coniecit Burmannus* vitaeque elucet *(Honorius)* in ipso Limine *proposuit Koenigius* 64 iura dat V

Quem tu sic placida formas, sic mente serena,
Ut neque desidiae tradas, dum pronus ad omne
Quodlibet obsequeris, nec contra nixus ovantem
Confringas animum: secernis consona regno,
Ceu iuvenem doceas, moles quid publica poscat;
Ceu sanctum venerare senem patriisque gubernas
Imperium monitis, dominum submissus adorans;
Obsequiis moderare ducem, pietate parentem.
Hinc fuit, ut primos in coniuge disceret ignes
Ordirique virum non luxuriante iuventa,
Sed cum lege tori casto cum foedere vellet.
Principe tu felix genero, felicior ille
Te socero. Fratrem levior nec cura tuetur
Arcadium nec, si quid iners atque impia turba
Praetendens proprio nomen regale furori
Audeat, ascribis iuveni; discordia quippe
Cum fremeret, numquam Stilicho sic canduit ira
Saepe lacessitus probris gladiisque petitus,
Ut bello furias ultum, quas pertulit, iret
Illicito causamque daret civilibus armis.
Cuius fulta fide mediis dissensibus aulae
Intemeratorum stabat reverentia fratrum.
Quin et Sidonias chlamydes et cingula bacis
Aspera gemmatasque togas viridisque smaragdo

66 serena Gg severa O 67 omen G 68 ne contra VL 69 secernis *conieci cum deterr.* secreto' *(sic)* V secretus LV1 secernens *proposuit Koenigius* 70 quid] q; (= *que*) L ‖ poscat V1 poscit V posci[a]t L 71—73 *restituit m. recentior in* V 71 venerār *(sic)* V venerere LV1 ‖ patrisque V patriisque V1 propriisque, *in marg. m. II add.* patris L ‖ gubernas V gubernes LV1 72 dominum, *in marg. m. II* vel domitū L ‖ submissus VL subnixus V1 ‖ adorans *scripsi* adores O 73 Obsequiis G ‖ moderār V moderere LV1 74 *usque ad* dis[ceret] *restituit manus recentior in* V ‖ Hinc LV1 Sic V ‖ ut LV1 ubi V 75 *usque ad* luxuriante *(incl.) restituit manus recentior in* V 76 *usque ad* casto *(incl.) restituit manus recentior in* V 76 thori O 77 Principe tu felix *restituit manus recentior in* V 78 Te socero f[ratrem] *restituit manus recentior in* V ‖ levior G 79 Archadium L ‖ atque G ‖ impia VV1 improba L 82 fremuit, *in marg. m. II* vel f[e]met V fremuit [vel meret] L fremeret V1 ‖ stiliconis [vel sic] *pro* stilicho sic L ‖ stilico V1 85 In[l]licito V 86 Cuius GV1 Huius, *in marg. m. II* vel c' *(sic)* V h' *(sic = huius)* L 88 sydonias VL ‖ clamides O ‖ bacis GV baccis LV1 89 viridisque G viridi[e]sque V viridesque

Loricas galeasque redundantes hyacinthis
Gestatosque patri capulis radiantibus enses
Et vario lapidum distinctas igne coronas,
Dividis ex aequo, ne non Augusta supellex
Ornatusque pares geminis heredibus essent.
Mittitur et miles, quamvis certamine partes
Iam tumeant. Hostem muniri robore mavis,
Quam peccare fidem; permittis iusta petenti
Idque negas solum, cuius mox ipse repulsa
Gaudeat et quidquid fuerat deforme mereri.
Omnes praeterea puro quae crimina pellunt
Ore deae iunxere choros unoque receptae
Pectore diversos tecum cinguntur in usus:
Iustitia utilibus rectum praeponere suadet
Communesque sequi leges iniustaque nunquam
Largiri sociis; durum Patientia corpus
Instruit, ut nulli cupiat cessisse labori;
Temperies, ut casta petas; Prudentia, ne quid
Inconsultus agas; Constantia, futile ne quid
Infirmumque geras. Procul importuna fugantur
Numina, monstriferis quae Tartarus edidit antris.
Ac primam scelerum matrem, quae semper habendo
Plus sitiens patulis rimatur faucibus aurum,
Trudis Avaritiam, cuius foedissima nutrix
Ambitio, quae vestibulis foribusque potentum

LV1 ‖ smaragdos G (H *legit* smaragdo) smaragdo V smaragdis LV1 90 *ante* v. 89 *legitur in* V, *sed iustus ordo indicatus est litteris* a *et* b *in margine additis* 90 redundantes V redundantes (renidentes) L renidentes V1 ‖ yacinthis V iacinctis L iacintis V1 91 capulis G 93 ne (ut) V ‖ suppellex L 96 mavis (vis *ex corr. m. II pro ?*) L 97 fide VL (*in utroque libro rasura sup.* e *pro* ē) 98 ipse G 99 quicquid VV1 qq (i i) L ‖ fuerat O fuerit *voluit* H 102 cinguntur (vel iun) V cinguntur (ac) V1 104 num[illegible] (*pro* numquam) V1 105 largiri facilis H2H3 107 petas G 108 futule, *quod est in ed. pr. Flor., ita correctum ex* G futule (c l) ‖ *legitur in* V1 *in marg. m. II exaratus, nam deerat.* 111 Ac primam GVV1 At pmā (i) *(sic)* L ‖ quę G 113 avaritiam G ‖ cuius G ‖ fedissima VV1 fidissima L

Excubat et pretiis commercia pascit honorum,
Pulsa simul. Nec te gurges corruptior aevi
Traxit ad exemplum, qui iam firmaverat annis
Crimen et in legem rapiendi verterat usum.
Denique non dives sub te pro rure paterno
Vel laribus pallet, non insidiator oberrat
Facturus quemcumque reum, non obruta virtus
Paupertate latet. Lectos ex omnibus oris
Evehis et meritum, non quae cunabula, quaeris
Et qualis, non unde satus: sub teste benigno
Vivitur; egregios invitant praemia mores.
Hinc priscae redeunt artes, felicibus inde
Ingeniis aperitur iter despectaque Musae
Colla levant opibusque fluens et pauper eodem
Nititur ad fructum studio, cum cernat uterque,
Quod nec inops iaceat probitas, nec inertia surgat
Divitiis. Nec te iucunda fronte fefellit
Luxuries, praedulce malum, quae dedita semper
Corporis arbitriis hebetat caligine sensus
Membraque Circaeis effeminat acrius herbis:
Blanda quidem vultu, sed qua non taetrius ullum
Interius, fucata genas et amicta dolosis
Illecebris, torvos auro circumlinit hydros.
Illa voluptatum multos innexuit hamis;
Te nunquam conata capit. Non prava libido

115 pretiis G ‖ pascit[o] V pascit[o] (*praeterea etiam a m. II in* o *transmutatum)* L pascit V1 116 correptior[u] L 117 explem[ē u] *(sic)* V ‖ qui GV1 quod VL 120 pendet[dubitat] V pallet LV1 pendit H2H3 *proponit* 122 ,oris[h] V horis LV1 123 non q; Gg ‖ et nūquā meriti cunabula V et numquam meriti (*corr. m. II in* meritū) cunabula, *sup. lin. m. II add.* imo meriti L et meritum nonque V1 124 Et quales, non unde sati *malit* H2H3 127 deiectaque *coniecit Schraderus* 129 cernet[a] L 130 inobs L 131 iocunda O 134 Menbraque L 135 vultu VV1 vultus L ‖ tetrius GV1 tetrior VL ‖ ullum *scripsi* ulla O 136 Interius O Ultrices Gg Ultricum *proposuit Gesnerus* 'tretior ulla' *antea legens* Ultrix est *coniecit Paul progr. Gross-Glov. 1857*, *p. 3* Artifices *voluit idem Quaest. Claud. p. 21* ‖ amicta V1 amicta[vel amica] V amica[vel amicta] L 137 Inlecebris[l] V ‖ circumlinit G ‖ ydros[h] V1 138 inexuit (in *et* exuit *divisa lineola m. II coniuncta sunt*) L 139 prava G

Stupris advigilat, non tempora somnus agendi
Frustratur, nullo citharae convivia cantu,
Non pueris lasciva sonant. Quis cernere curis
Te vacuum potuit? quis tota mente remissum
Aut indulgentem dapibus, ni causa iuberet
Laetitiae? Non indecores aeraria lassant
Expensae, parvo non improba littera libro
Absentum condonat opes. A milite parcus
Diligeris, neque enim neglectas pace cohortes
Tunc ditas, cum bella fremunt. Scis nulla placere
Munera, quae metuens illis, quos spreverat, offert
Serus et in cassum servati prodigus auri.
Antevenis tempus non exspectantibus ultro
Munificus, mensaeque adhibes et nomine quemque
Compellas clari, quod sub te gesserit olim,
Admonitum facti figendaque sensibus addis
Verba, quibus magni geminatur gratia doni.
Nec si quid tribuas, iactatum saepius idem
Exprobrare soles; nec quos promoveris, alto
Turgidus alloqueris fastu, nec prospera flatus
Attollunt nimios. Quin ipsa superbia longe
Discessit, vitium rebus sollemne secundis
Virtutumque ingrata comes. Contingere passim
Affarique licet. Non inter pocula sermo
Captatur, pura sed libertate loquendi
Seria quisque iocis nulla formidine miscet;
Quem videt Augusti socerum regnique parentem,

140 Stupris advigilat G ‖ sompnus L 142 pueri V V1 ptueri *(sic)* L pueris *deterr.* ‖ sonat (n *superscr.*) V 145 Laetitiam H *coniecisse tradit Clercqius et Burmannus* ‖ indecoris (e *superscr.*) V1 ‖ lassant (x *superscr.*) V cassant L laxant V1 147 condonat G 149 Tunc V L Tum V1 150 spreverat G presserat (vel spuerit *superscr.*) V spreverit L V1 152 expectantibus O 154 Appellas V1 ‖ gesserit G gesserat O 155 Admonitum G V L Ammonitum V1 Admonitor g (?) *et editt.* Admonitos *malit Burmannus* 156 nodi (doni *superscr.*) V 157 Nec si G ‖ iactatum (vel tractatum *superscr.*) V 159 Turbidus V1 161 solemne V solempne L V1 162 Virtutum (que *superscr.*) V1 ‖ ignava H *olim coniecisse tradit Burmannus* 163 licent V

Miratur conviva parem, cum tanta potestas
Civem lenis agat. Te doctus prisca loquentem,
Te matura senex audit, te fortia miles
Aspersis salibus, quibus haud Amphiona quisquam
Praeferat Aonios meditantem carmine muros,
Nec velit Orpheo migrantes pectine silvas.
Hinc amor, hinc veris et non fallacibus omnes
Pro te solliciti votis, hinc nomen ubique
Plausibus, auratis celebrant hinc ora figuris.
Quae non incudes streperent? quae flamma vacaret
Fabrilis? quantis fluerent fornacibus aera
Effigies ductura tuas? quis devius esset
Angulus aut regio, quae non pro numine vultus
Dilectos colerent, talem ni semper honorem
Respueres? Decus hoc rapiat, quem falsa timentum
Munera decipiunt, qui se diffidit amari.
Hoc solus sprevisse potest, qui iure meretur.
Undique legati properant generique sub ore
In tua centenas optant praeconia voces.
Grates Gallus agit, quod limite tutus inermi
Et metuens hostile nihil, nova culmina totis
Aedificat ripis et saevum gentibus amnem
Thybridis in morem domibus praevelat amoenis.
Hinc Poeni cumulant laudes, quod rura tyranno
Libera possideant; hinc obsidione solutus

167 cum G 170 [h],aut V aut L haut V1 171 aonios O aonias G ‖ meditantem O *vix sanum, forte* molitum *cf. Verg. Aen. I, v. 414 ed. Forbiger* ‖ muros O musas G 172 orfeo V 173 fallacibus G 175 a[o]ura L ‖ *Hic versus quomodo possit coniungi cum sequentibus, praecipue cum v. 180 non intellegitur; fortasse spurius est, saltem deesse potest.* 176 garenū *(sic)* V [uacaret] vacaret LV1 177 quantis fluerent V1 que (q̄ L) sufficerent VL 179 no[u]mine V 180 coleret VL colerent V1 181 q̄ falsa timtē[is] L 183 Hoc G ‖ solū V solus *corr. m. II ex* solum L 185 optant GV1 [vel o] aptant V aptant L 186 limi[t]ne V [vel milite] limite L limite V1 187 nichil VV1 ‖ totis O tutis *coniecit* $H_2 H_3$ 188 Aedificat G Edificet O ‖ rip[i]es L 189 Tybridis L Tibridis VV1 ‖ prevelat G praevelet O praevallet *cum deterr. laudat* H 190 tiranno V 191 possideant G

Pannonius potorque Savi, quod clausa tot annis
Oppida laxatis ausus iam pandere portis
Rursum cote novat nigras robigine falces
Exesosque situ cogit splendere ligones
Agnoscitque casas et collibus oscula notis
Figit et impresso glebis non credit aratro.
Exsectis inculta dabant quas saecula silvis
Restituit terras et opacum vitibus Histrum
Conserit et patrium vectigal solvere gaudet,
Immunis qui clade fuit. Te sospite fas est
Vexatum laceri corpus iuvenescere regni.
Sub tot principibus quaecumque amisimus olim
Tu reddis. Solo poterit Stilichone medente
Crescere Romanum vulnus tectura cicatrix
Inque suos fines tandem redeunte colono
Illyricis iterum ditabitur aula tributis.

Nec tamen humano cedit caeleste favori
Iudicium. Cingunt superi concordibus unum
Praesidiis hostesque tuos aut litore produnt,
Aut totum oppositi claudunt fugientibus aequor
Aut in se vertunt furiis aut militis ense

192 favi V1 ‖ quod G 193 Opida V1 ‖ ausos [9] (*sic*) V 194 novas [vel rubeas] V novat (t *in ras. ? pro* s) L novat V1 ‖ scabras *coni.* H ‖ rubigine O 196 Agnoscitque casas G V1 Agnoscit causas [que] V Agnoscit causas L 197 non *in edit. pr. Flor. ex* G *ita correctum* ~~non~~ [vel nunc] ‖ credit L 198 Exsectis G Exectis O 199 victibus L ‖ hystrum L 200 patrium G 201 qui] quod (*sic*: q̇d) V1 202 late [laceri] V1 203 *et* 204 *restituit manus recentior in* V 204 poterit [a] L ‖ stilicone O 205 *praeter* Cres[cere] *restituit manus recentior in* V ‖ tectura G 206 [fi]nis — colono *restituit manus recentior in* V ‖ finis (*sic*) tandem V fines tandem V1 tandem fines L 207 Illiricis O ‖ ditabitur — tributis *restituit manus recentior in* V 208 [ce]leste favore *restituit manus recentior in* V 209 superi cingunt V1 ‖ [concord]ibus unum *restituit m. recentior in* V 210 [pr]odunt *restituit manus recentior in* V ‖ litore G L V1 littore V ‖ produnt O perdunt *malim cum nonnullis deterr.* 211 [aequo]r *restituit manus recentior in* V 212 vertunt G ‖ furias V ‖ ense G ense [vel es] V

Bacchati laniant Pentheo corpora ritu,
Insidias retegunt et in ipsa cubilia fraudum
Ducunt ceu tenera venantem nare Molossi,
Ominibus ventura notant aut alite monstrant
Aut monitos certa dignantur imagine somnos.
Pro quibus innumerae trabearum insignia terrae
Certatim petiere tibi. Poscentibus ipse
Restiteras et mens aliorum prona favori,
Iudex dura sui, facibus succensa pudoris
Tarda verecundis excusat praemia causis.
Ergo avidae tantosque novi spe consulis annos
Elusae dominae pergunt ad limina Romae:
Si minus annueres precibus, vel cogere certae
Cunctantem votoque moras auferre paratae
Conveniunt ad tecta deae, quae candida lucent
Monte Palatino. Glaucis tum prima Minervae
Nexa comam foliis fulvaque intexta micantem
Veste Tagum talis profert Hispania voces:
Cuncta mihi semper Stilicho, quaecumque poposci,
Concessit tantumque suos invidit honores.
Augusti potuit soceri contemnere fasces,
Iam negat et genero. Si non ut ductor ab orbe,
Quem regit, accipiat saltem cognatus ab aula.
Exiguumne putet, quod sic amplexus Hiberam
Progeniem nostros immoto iure nepotes
Sustinet, ut patrium commendet purpura Baetin,
Quod pulchro Mariae fecundet germine regnum,

213 Bachati VV1 Bachari (t) L ‖ penteo V1 ‖ corpora G 214 cubilia G 215 molossum V molosi LV1 216 mostrant V1 217 sompnos LV1 somni *proponit Burmannus, ego Koenigium secutus nihil muto* 220 prona] plena V1 221 *in marg. m. II scriptus est in* V1, *nam deerat* 221 Iudex G 223 p tantosque L (p) tantosque V1 ‖ novis (spe) p consulis *(sic)* V 224 Elise (u) L 225 annueres GV1 ānuerit (eres) L adnuerit, *in marg. m. II* vel adnueret V annueris *nonnulli deterr.* 226 afferre (u) V aufferre L 229 Nixa V 230 talis GVV1 tales L 231 stilico semper V1 233 contempnere O 234 legat (n) L 236 putat V ‖ amplexus G ‖ hyberam L 238 baetim V bethyn L bethin V1 239 pulcro LV1

Quod dominis speratur avús? Tum fulva repexo
Gallia crine ferox evinctaque torque decoro
Binaque gaesa tenens animoso pectore fatur:
Qui mihi Germanos solus Francosque subegit,
Cur nondum legitur fastis? Cur pagina tantum
Nescit adhuc nomen, quod iam numerare decebat?
Usque adeone levis pacati gloria Rheni?
　Inde Caledonio velata Britannia monstro,
Ferro picta genas, cuius vestigia verrit
Caerulus Oceanique aestum mentitus amictus:
Me quoque vicinis pereuntem gentibus, inquit,
Munivit Stilicho, totam cum Scotus Iernen
Movit et infesto spumavit remige Tethys.
Illius effectum curis, ne tela timerem
Scotica, ne Pictum tremerem, ne litore toto
Prospicerem dubiis venturum Saxona ventis.
Tum spicis et dente comas illustris eburno
Et calido rubicunda die, sic Africa fatur:
Sperabam nullas trabeis Gildone perempto

240 dominis GV1 domini (vel is) V dominis (s *add. m. II*) L ‖ speratur G ‖ fulva V fulva (vel flava) L flava V1 ‖ suplexo, *in marg. m. II* repexo V1 244 nondum G 246 paccati L ‖ rheni] regni L 247—248 *restituit m. recentior in* V 247 calidonio V calcedonio L ‖ vallata Britannia ponto *coniecit* H2H3 vectata Br. monstro H *praeterea coniecisse addit Burmannus* 248 Vitro *pro* Ferro *coniecit Schraderus* ‖ secta *et* puncta *pro* picta *temptat* H2H3 ‖ cuius G ‖ verrit G 249 *praeter* [amict]us *restituit manus recentior in* V ‖ occeanique L ‖ mentitus *scripsi cum deter.* mentitur O ‖ amictus G 250 *usque ad* 'gentibus' *(incl.) restituit manus recentior in* V ‖ viciniis V1 251 *usque ad* soc[ii] *(incl.) restituit m. recentior in* V ‖ Munivit VL Mummuit *(sic)* V1 Me iuvit *Regius quidam* ‖ cum socii scotus inermem (hibernā) V ‖ scotus O scottus G ‖ iuernen G inermem (hibernā) V hibernam LV1 iernen *restituit* H 252 Movit — spu[mavit] *restituit manus recentior in* V ‖ stilico O et G ‖ infestos V ‖ thetis VV1 tethis L 253 Illius effectum *restituit manus recentior in* V ‖ effectum V1 ‖ tela VL bella V1 vela *coniecit* H2H3 254 Scotica O Scottica G ‖ Scotica *restituit manus recentior in* V ‖ temerem (r) L ‖ littore L ‖ toto O tuto *deter. quidam* 255 veis (—t) *(sic)* V 256 Tum GV1 Tunc VL 257 affrica O 258 Supabam V1 ‖ gyldone L

Nasci posse moras. Etiam nunc ille repugnat
Et tanto dubitat fasces praebere triumpho?
Qui mihi Maurorum penitus lacrimabile nomen
Ignorare dedit. Post has Oenotria lentis
Vitibus intorquens hederas et palmite largo
Vina fluens: Si vos adeo Stilichone curules
Augeri flagratis, ait, quas sola iuvare
Fama potest, quanto me dignius incitat ardor,
Ut praesente fruar conscendentemque tribunal
Prosequar atque anni pandentem claustra salutem?
 Talibus alternant studiis Romamque precantes
Pro cunctis hortantur eat. Nec segnius illa
Paruit officio, raptis sed protinus armis
Ocior excusso per nubila sidere tendit.
Transvehitur Tuscos Appenninusque volatu
Stringitur, Eridanus clipei iam fulgurat umbra.
Constitit ante ducem, tetrica nec Pallade vultum
Deterior nec Marte minor. Tremit orbe corusco
Iam domus et summae tangunt laquearia cristae.
Tum prior attonitum gratis affata querelis:
 Servatas Stilicho per te venerande curules,
Ornatas necdum fateor. Quid profuit anni
Servilem pepulisse notam? Defendis honorem,
Quem fugis, et spernis, tota quem mole tueris.
[Respuis oblatum, pro quo labente resistis.]

261 lacrimabile H 262 has G ‖ oenatria L ‖ lentas *cum deter. mavult* H 264 stili[s]cone O ‖ curulem *(sic)* V 265 Augeri (i *in ras.*) V ‖ ait G 266 incitat V incitet LV1 267 conscendentemque GVL con[s]cendentemque V1 268 anni V anni [vel animi] L ai [anni] V1 269 precantes G 270 segnis[u] illa V 271 raptis sed GV sed raptis LV1 272 sydere L 274 heridanus V ‖ fulḡat (= *fulgurat*) *ex corr. m. II pro* fuleat L ‖ unbra L 275 tetrica G ‖ vultu *pro* vultū V 276 Inferior *legendum putat* H *ad v. 135 huius carminis* ‖ orbe] ore L 277 tangunt O tergunt *deterr.* 278 querellis G 279 Servatas *ex* G *ita in ed. pr. Flor. corr.* Servatas ‖ stilico LV1 ‖ p[e]ar V1 280 annis *pro* anni *malit* H 282 tota Gg tanta O 283 *uncis inclusi ut ex glossemate concinnatum (cf. Rapt. Pros. ed. L. Jeep II, v. 336 ubi simile exstat exemplum)* ‖ Respu[i]es V

Quaenam causa morae? Quo me cunctabere rursus
Ingenio? Nullus Boreae metus, omnis et Austri
Ora silet, cecidit Maurus, Germania cessit
Et Ianum pax alta ligat. Te consule necdum
Digna feror? Titulumne levem parvique nitoris
Credimus, Augusti quo se decorare fatentur,
Sub iuga quo gentes captivis regibus egi?
Non, si prodigiis casus natura futuros
Signat, polluimur macula. Quod reris eois
Omen erat. Quamquam nullis mihi cognita rebus
Fabula; vix tanto risit de crimine rumor.
Opprobrii stat nulla fides nec littera venit
Vulgatura nefas; in quo vel maxima virtus
Est tua, quod, nostros qui consulis omnia patres,
De monstris taceas. Pellendi denique nulla
Dedecoris sanctum violant oracula coetum,
Nec mea funestum versavit curia nomen.
Pars sceleris dubitasse fuit. Quaecumque profana
Pagina de primo venisset limine Phoebi,
Ante fretum deleta mihi, ne turpia castis
Auribus Italiae fastorum exempla nocerent.

284 Quenam V1 Que iam V Q[e] iam L ‖ iam G ‖ quo me V quo nam LV1 285 nults (= nullis) L ‖ metus G 286 Hora LV1 Hora, *m. II corr. ex* Ora V 287 En Ianum H *coniecisse affirmat Clercqius* ‖ pax (x *in ras. m. II add.*) L 289 agusti L 290 *Huius versus sententiam ab hoc loco alienam esse frustra putat Koenigius* ‖ quo [vel i q] gentes L ‖ egi [vel egit] L 291 Non O Num *cum uno deter.* H ‖ prodigiis G 292 reris [rebus] V reris [vel rebus] L reris V1 ‖ *Locus est corruptissimus; ego puto sententiam poetae exprimi, si legeris* 'Quod rebus eois Omen erat; nunquam certis mihi cognita verbis Fabula', *ut* 'rebus' *in v. 293, quod praebent* O, *exortum sit aberratione librarii oculorum in versum superiorem facta* 295 Opprobrii G Obprobriis V Obprobrii LV1 ‖ [st] at V1 296 nephas V1 297 *in marg. m. II in* V1 vel nras p[tes] (= *nostras partes*) 298 delendi *pro* pellendi *temptavit Burmannus* pallendi *coniecit Paul Quaest. Claud. p. 18* 299 violant G 301 Par sceleri H *olim malebat, ut ipse testatur* stupuisse *pro* dubitasse *voluit Paul l. c.* 302 limine [t] V limine [vel limite] L limite V1 303 delata V 304 fastorum *coniecit Paul l. c.* fatorum V factorum GV1 factorum, *corr. m. II ex* fatorum L fatuorum *temptat Burmannus* ‖ [n]ocerent V

Publicus ille furor — quantum tua cura peregit! —
Secretum meruit. Laetetur quisquis eoos
Scribere desierit fastos; portenta Gabinos
Ista latent. Propriam labem tersisse laborent.
Cur ego, quem nunquam didici sensive creatum,
Gratuler exemptum? Delicti poenitet illos;
Nos nec credidimus. Fuerit tamen omnibus unum
Crimen et ad nostras manaverit usque secures:
Plus ideo sumenda tibi fastigia iuris,
Ne pereat tam priscus honos, qui portus honorum
Semper erat. Nullo sarciri consule damnum
Excepto Stilichone potest. Bene praescia tempus
Mens tua distulerat. Titulo tunc crescere posses;
Nunc per te titulus. Consul succurre gravatis
Consulibus; quicumque fuit, quicumque futurus.
Annum redde tuum, quem mox secura sequatur
Posteritas, nec iam doleat defensa vetustas.
Sit trabeis ultor Stilicho Brutusque repertor.
Libertas populi primo tunc consule Bruto
Reddita per fasces: hic fascibus expulit ipsis
Servitium; instituit sublimem Brutus honorem:
Asseruit Stilicho. Plus est servasse repertum
Quam quaesisse novum. Quid tardius ore rubenti
Annuis et solitus frontem circumfluit ignis?
Tandem vince tuum, qui vincis cuncta, pudorem.

306 eoos — fastos; *scripsi cum Paulo l. c.* aeous *quod est in ed. pr. Flor. ita ex* G *correctum* acous (o *sup.*) ‖ eous O 307 desuevit *temptavit* H2H3 ‖ Latinos *coniecit Schraderus, idem olim* H, *ut testatur Clercqius* 308 latent (a *in ras.*) V ‖ texisse V 309 *Pro* didici *quod deest sup. lin. m. I add.* vidi *in* L ‖ creatum G 310 Gratulor L Gratulor (e *sup.*) V1 311 Nec nos L ‖ credidimus G 312 ad nostras LV1 aduersas (duras *sup.*) V 313 iuris O vitas Gg ‖ *Hunc versum adulterinum esse putat Barthius* 314 Neç V1 ‖ onos L 315 satyri (vel rci *sup.*) L ‖ dampnum O 316 stilicone LV1 318 parte V1 319 que *in* quicumque *sup. lin. add. in* V1 320 redde suum *mavult* H crede tuum *coniecit Burmannus* ‖ mox L V1 iam V 322 stilico L V1 323 tunc] te L ‖ brute L 326 stilico LV1 327 novum G ‖ rubenti V rubenti (vel verendo *sup.*) L uendo V1 328 en solitus *sese olim coniecisse testatur* H ‖ circumfluit G O circumluit H *coniecisse testatur Burmannus* 329 vincis qui G V L

Hos etiam, quamvis corrumpi munere nullo,
Te certum est, mirare libens ac suscipe cinctus,
Quos tibi divino mecum Tritonia duxit
Pectine. Tincta simul repetito murice fila
Contulimus pensis et eodem nevimus auro,
Aurea quo Lachesis sub te mihi saecula texit.
Hic ego promissam subolem sperataque mundo
Pignora praelusi. Veram mox ipse probabis
Me vatem nostraeque fidem venientia telae
Fata dabunt. Dixit gremioque rigentia profert
Dona, graves auro trabeas. Insigne Minervam
Spirat opus. Rutilis hic pingitur aula columnis
Et sacri Mariae partus. Lucina dolores
Solatur; residet fulgente puerpera lecto.
Sollicitae iuxta pallescunt gaudia matris.
Susceptum puerum redimitae tempora nymphae
Auri fonte lavant. Teneros de stamine risus
Vagitusque audire putes. Iam creverat infans
Ore ferens patrem: sed avus maturior aevi
Martia recturo tradit praecepta nepoti.
Parte alia spumis fumantem Serica frena
Sanguineis primae signatus flore iuventae
Eucherius flectebat equum iaculisque vel arcu

331 Te certum est VL Posse queas V1 (vel tec'tū ÷) ‖ suscipe G ‖ cṇ̄ct' *(sic), in marg. m. II* cinctus V1 333 cincta (tincta) V1 335 traxit *pro* texit H *coniecisse testatur Burmannus* 336 His ego *malit* H2H3 ‖ sperataque G 337 ipsa G 339 gremioque G ‖ rigentia O ingentia G 340 minervam GgV1 minervę V minerve L 341 hic V ‖ colunnis V columpnis L 342 dolores GVL labores V1 343 leto (c) L 344 matri *mavult* H ‖ *Post* v. 344 *nescio an nonnulla exciderint, quia narratio de Maria interrupta esse videtur* 345 nimphę L nimphe V1 346 de stamine V in stamine LV1 348 sed avus matura verendo Gg stilicho maturior ęvi V (sed avus) stilico maturior aevo L sed avus maturior evo V1 350 fumantem GL *(cf. de IV cons. Hon., v. 550)* fugantem V (vel fumā) spumantē (f) V1 fucantem *cum deter. nonnullae editt.* 351 Sanguineis V (vel purpureo) Sanguineis L (purpureo) Purpureo V1 ‖ sęnatus (ig) L

Aurea purpureos tollentes cornua cervos
Aureus ipse ferit. Venus hic invecta columbis
Tertia regali iungit conubia nexu
Pennatique nurum circum stipantur Amores
Progenitam Augustis Augustorumque sororem.
Eucherius trepido iam flammea sublevat ore
Virginis: arridet laeto Thermantia fratri.
Nam domus haec utroque petit diademata sexu
Reginasque parit reginarumque maritos.
  Talibus invitat donis dextraque gerendum
Diva simul porrexit ebur. Sollemnibus auram
Commovet auspiciis avibusque incepta secundat.
Tunc habiles armis umeros dea vestibus ambit
Romuleis. Latii sederunt pectore cultus
Loricaeque locum decuit toga. Talis ab Histro
Vel Scythico victor rediens Gradivus ab axe
Deposito mitis clipeo candentibus urbem
Ingreditur trabeatus equis: spatiosa Quirinus
Frena regit currumque patris Bellona cruentum
Ditibus exuviis tendens ad sidera quercum
Praecedit lictorque Metus cum fratre Pavore
Barbara ferratis innectunt colla catenis
Velati galeas lauro propiusque iugales
Formido ingentem vibrat succincta securim.

353 purpureis H *olim coniecisse dicit Burmannus* pulvereos *temptat ipse Burmannus* 355 conubia G 358 trepido G tepido V (vel timido) tepido L timido V1 359 leto LV1 retro V ‖ therimantia L 360 Nam *ex* G *sic corr. in ed. pr. Flor.* † † Nam 360 *et* 361 *deerant*, *sed m. I add. in marg. in* V1 362 dextraque GV1 dextreque V (vel a) dextreque *corr. m. II in* dextraque L ‖ gerendum V (vel regēnd) regendum L gerendum V1 363 solemnibus V sollempnibus LV1 ‖ auram *coniecit Paul Quaest. Claud. p. 4* urnam O 365 humeros armis LV1 ‖ dea V1 iā (dea) V iam L 367 decuit O docuit G 368 scitico L scithico V1 370 speciosa *temptat Burmannus et Schraderus* 371 cruentum GV1 cruentat g (?) V centāt (u) (= *cruentum, lineola sup.* a *add. m. I*, u *sup.* c *m. I*) L 372 tendens G ‖ sydera L 374 ūectāt (*sic pro* innectunt) L ‖ colla GVL terga V1 ‖ cathenis LV1 375 propiōque (= *propiusque*, *sic corr. m. II*) L 376 vibrant V1

Vidit ut optato se consule Roma potitam:
Nunc, ait, Elysii locos irrumpere campi,
Nunc libet, ut tanti Curiis miracula voti
Fabriciisque feram, famae qui vulnere nuper
Calcatam flevere togam. Iam prata choreis
Pulsent nec rigidos pudeat lusisse Catones.
Audiat hoc senior Brutus Poenisque tremendi
Scipiadae, geminis tandem quod libera damnis
Unius auxilio fasces Libyamque recepi.
Quod superest, unum precibus fortissime consul
Adde meis urbique tuum largire parumper
Quem rogat adventum: quam tu belloque fameque
Depulsa terris iterum regnare dedisti.
Splendida suscipiant alium te rostra Camillum,
Ultorem videant servatoremque Quirites
Et populus, quem ductor ames: quibus Africa per te
Nec prius auditas Rhodanus iam donat aristas,
Ut mihi vel Massyla Ceres vel Gallica prosit
Fertilitas messesque vehat nunc umidus Auster,
Nunc Aquilo, cunctis ditescant horrea ventis.
Quae tunc Flaminiam stipabunt milia vulgi!
Fallax o quotiens pulvis deludet amorem
Suspensum, veniens omni dum crederis hora!
Spectabunt cupidae matres, spargentur et omnes

377 potitam G 378 elisii O ‖ locos *editt.* lucos O ‖ irrumpere G 379 *restituit manus recentior in* V 380 feram — nuper *restituit manus recentior in* V ‖ fame G ‖ vulnera *in mentem venit* H2H3 381 togam — choreis *restituit manus recentior in* V ‖ coreis L 382 pudeat — catones *restituit manus recentior in* V 383
i
Audeat V
u
Audeat L ‖ brutos V ‖ Pęnisque tremendi *restituit manus recentior in* V ‖ timendi L 384 quod G ‖ [liber]a dampnis *restituit manus recentior in* V ‖ dampnis O 385
vel penos
fasces V ‖ libiamque V1 ‖ recepi *corr. m. rec. in* recepit V 388
o
Quem rẹgat *ex* G *sic ed. pr. Flor. corr.* ‖ quạtu *(sic)*L ‖ bellisque V1 389 *Ad* 'Depulsam' *ex* G *in marg. ed. pr. Flor. notatum* 'vel sa' (= *depulsa*) ‖ Depulsa V V1 Depulsam L 390 suscipiant G 391 Auctorem V1 392 ames G V1 amas V L ‖ affrica O ‖ parte (= *per te*) L 393 adductas *vel* advectas *voluit Burmannus* ‖ rodanus O 394 mihi V V1
i
t (= *tibi*) L ‖ massila L V1 395 vehat G g V vehant L ferant V1 396 aquilon V1 397 flamineam G V1 ‖ milia G 398
vel rumor
pulvis V rumor G L V1

Flore viae, superes cum Pythia culmina consul
Arduus, antiqui species Romana senatus.
Pompeiana dabunt quantos proscaenia plausus!
Ad caelum quotiens vallis tibi Murcia ducet
Nomen Aventino Pallanteoque recessu!
Nunc te conspiciam castris permitte relictis,
Mox et cum genero trabeis visura secundis.
  Haec dum Roma refert, iam fama loquacibus ales
Pervolat Oceanum linguis et mille citatos
Festinare iubet proceres nullique senectus,
Non iter, hibernis obstant nec flatibus Alpes.
Vincit amor meriti pridem clarique vetustis
Fascibus ad socii properant et vindicis annum.
Sic ubi fecunda reparavit morte iuventam
Et patrios idem cineres collectaque portat
Unguibus ossa piis Nilique ad litora tendens
Unicus extremo Phoenix procedit ab Euro,
Conveniunt aquilae cunctaeque ex orbe volucres,
Ut Solis mirentur avem: procul ignea lucet
Ales, odorati redolent cui cinnama busti.
Nec minor in caelo chorus est, exsultat uterque
Theudosius divique tui; Sol ipse quadrigis
Vere coronatis dignum tibi praeparat annum.
  Est ignota procul nostraeque impervia genti

401 superet V superes LV1 ‖ cum G ‖ p̣i[h]|||tia V phitia LV1 pincia *voluit cum deter. Koenigius* Flavia limina *Paul l. c. p. 30* 402 *Post* 'Arduus' *mihi videtur aliquid deesse* ‖ species germana *coniecit Koenigius* specie camitante *Paul l. c. p. 31* 403 Ponpeiana V ‖ plausịs[u] V 404 vallis, *corr. m. II ex* vallis V ‖ murcia *corr. m. II in* marcia V marcia GLV1 405 pallanteoque G palantheoque L ‖ recessūṣ V rec̃su[||||] *(sup.* u *rasura)* L recẹssu[u] V1 406 ~~claustris~~ [castris] L 408 loquacibus GVV1 locacibus L ‖ ales H alis O 409 Occeanum VL 410 senectus G 412 *Forte* Vincit amor: meriti pridem clarique cet. ‖ meritis pridem H2 *temptat* pridem emeriti *temptat* H2H3 413 aṣsocii[d] V ‖ consulis *legit* H2H3 416 tendens g *deterr.* tandem V tādēs (*sic ex* tādē *corr. alia manus pro* tendens) V1 tād̄ [vel tendens] L 420 cui GLV1 et V ‖ cynnama L 421 exultat O 422 Theodosius O 423 *legitur in margine in* V *manu saec. XV exaratus*, *nam deerat* ‖ coronatus V 423 preparat G 424—426 *(incl.) restituit manus recentior in* V 424 nostrique V ‖ genti *coniecit Koenigius* menti O

Vix adeunda deis annorum squalida mater,
Immensi spelunca aevi, quae tempora vasto
Suppeditat revocatque sinu. Complectitur antrum
Omnia qui placido consumit numine serpens
Perpetuumque viret squamis caudamque reducto
Ore vorat tacito relegens exordia lapsu.
Vestibuli custos vultu longaeva decoro
Ante fores Natura sedet cunctisque volantes
Dependent membris animae. Mansura verendus
Scribit iura senex, numeros qui dividit astris,
Et cursus stabilesque moras, quibus omnia vivunt
Ac pereunt. Fixis cum legibus ille recenset,
Incertum quid Martis iter certumque Tonantis
Proficiat mundo, quid velox semita Lunae
Pigraque Saturni, quantum Cytherea sereno
Curriculo Phoebique comes Cyllenius erret.
Illius ut magno Sol limine constitit antri,
Occurrit Natura potens seniorque superbis
Canitiem inclinat radiis. Tum sponte reclusos
Laxavit postes adamas; penetrale profundum
Panditur et sedes aevique arcana patescunt.
Hic habitant vario faciem distincta metallo

426 Im̄sa[i] L 427 *bis legitur in* V; *prior horum versuum totus manu recentiore descriptus est, alter usque ad* co[mplectitur]; *varias scripturas manus recentioris hoc loco littera* v *significavi* 427 sinu G ‖ ant[o] v antrum V 428 Omnia — consumit *restituit manus recentior in* V ‖ nomine[u] V 429 Perpetuumque viret *restituit manus recentior in* V ‖ viret O virens g ‖ reductā V reducta[o] L 430 Ore vocat t[acito] *restituit manus recentior in* V 431 Vesti[buli] *restituit manus recentior in* V 433 Dependent G ‖ menbris V 435 omnia *in rasura add. m. I (?)* L 436 fixis G ‖ fixis ceu legibus *coniecit* H Ac pereunt. Fixis tum legibus ille recenset *praeterea temptavit* H2H3. *Ego post* 'pereunt' *graviorem interpunctionem posui*, 'fixis cum legibus', *quoniam* 'mansura iura' *iam antecesserunt, cum iis quae secuntur coniungens* 438 Proficiat O Prospiciat G 439 citherea O 440 cillenius O ‖ erret G 441 ut magno sol limine V ut magno[phebus ad] sol luīe[lim̄] L ut phebus ad limen V1 ‖ antris V 442 Accurrit V1 ‖ duces[potens] V potens LV1 ‖ superbis G 443 tum GV tunc LV1 ‖ reclusus[vel sos] V 445 archana VL 446 Hinc habitant G Hic O His *coniecit* H ‖ faciem[s] V facies LV1

Saecula certa locis: illic glomerantur aena,
Hic ferrata rigent, illic argentea candent;
Eximia regione domus, contingere terris
Difficiles, rutili stabant, grex aureus, anni.
Quorum praecipuum pretioso corpore Titan
Signandum Stilichone legit. Tunc imperat omnes
Pone sequi dictisque simul compellat euntes:
En, cui distulimus melioris saecla metalli,
Consul adest. Ite optati mortalibus anni,
Ducite virtutes, hominum florescite rursus
Ingeniis, hilares Baccho frugumque feraces.
Non inter geminos anguis glaciale Triones
Sibilet, immodico nec frigore saeviat Ursa,
Non toto fremat igne Leo, nec bracchia Cancri
Urat atrox aestas, madidae nec prodigus urnae
Semina praerupto dissolvat Aquarius imbre.
Phrixeus roseo producat fertile cornu
Ver Aries, pingues nec grandine tundat olivas
Scorpius. Autumni maturet germina Virgo.
Lenior et gravidis allatret Sirius uvis.
Sic fatus croceis radiantes ignibus hortos
Ingreditur vallemque suam, quam flammeus ambit
Rivus et irriguis largum iubar ingerit herbis,

448 Hic GO Hic *coniecit* H ‖ illic GO illis *coniecit* H 449 Extrema *coniecit Schraderus* 450 Difficiles *deter.* Difficilis O ‖ rutili stabat GVL stabat rutili V1 stabant rutili *editt.* 451 tytan L 452 stilicone LV1
vel en i/c vel en
454 In quē *(sic)* V In quem L En cui V1 ‖ cui G 455 mor-
mortalibus mortalibus anni
talibus anni GV melioribus anni L secla metalli V1 456 Ducite virtutes V 457 bacho O bacchi *praefert Burmannus* 460 *Ex*
to vel torvo
G *edit. pr. Flor. ita correctum est:* torvo G toto V torvo LV1 ‖
p̄cipiti
brachia O 461 aestas G 462 praerupto V 463 Frixeus VV1
e
464 pinguis VV1 ‖ tondat L 465 Scorpius GVL Scorpi V1 ‖ autunni V autumpni L ‖ germina L 466 syrius L 467 fatus G ‖ Sic fat[us] *restituit manus recentior in* V ‖ radiantes *conieci cum Schradero* rorantes O halantes *coniecit* H2H3 rutilantes *vel* redolentes *praeterea* H *coniecisse tradit Clercqius* rutilantes *temptat*
o
Burmannus ‖ ignibus] finibus V1 ‖ ortos V ortus L 468 anbit L ‖ vallemque O *vix sanus, forte* villamque

Quas Solis pascuntur equi. Fragrantibus inde
Caesariem sertis et lutea lora iubasque
Subligat alipedum: gelidas hinc Lucifer ornat,
Hinc Aurora comas iuxtaque arridet habenis
Aureus et nomen praetendit consulis Annus:
Inque novos iterum revoluto cardine cursus
Scribunt aethereis Stilichonem sidera fastis.

CL. CLAUDIANI
IN LIBRUM III DE CONSULATU
STILICHONIS
PRAEFATIO. (XXIII.)

Maior Scipiades, Italis qui solus ab oris
In proprium vertit Punica bella caput,
Non sine Pieriis exercuit artibus arma:
Semper erat vatum maxima cura duci.
Gaudet enim virtus testes sibi iungere musas:
Carmen amat, quisquis carmine digna gerit.
Ergo seu patriis primaevus manibus ultor
Subderet Hispanum legibus Oceanum,
Seu Tyrias certa fracturus cuspide vires

470 flagrantibus (vel fra) V 471 lutea GVL lactea (u) V1 473 arridet *deterr.* alludit O 476 stiliconem LV1 ‖ sydera L LIBER SCVS EXPLICIT. INCIPIT TERTIVS V

De consulatu Stiliconis Liber ij expl. Incipit Liber nj. Praefatio G ‖ *De inscriptione in* V *cf. finem carminis quod antecedit* ‖ *Titulus deest in* L ‖ praefatio in tertium de laudibus Stiliconis *m. II add. in* V1 1 oris (h) V horis LV1 2 capud (t) *(sic)* V1 3 pyeriis L 5 s(i)≡ iūgé (*in ras. erat* ųb [= *sub*]) V1 6 amat *m. II add. sup. linea, nam deerat* V 7 patris L 8 hyspanum L ‖ ooceanum O 9 tirias V ‖ certa G

Inferret Libyco signa tremenda mari,
Haerebat doctus lateri castrisque solebat
Omnibus in medias Ennius ire tubas.
Illi post lituos pedites favere canenti
Laudavitque nova caede cruentus eques.
Cumque triumpharet gemina Carthagine victa, —
Hanc vindex patris vicerat, hanc patriae —
Cum longi Libyam tandem post funera belli
Ante suas maestam cogeret ire rotas,
Advexit reduces secum Victoria musas
Et sertum vati Martia laurus erat.
Noster Scipiades Stilicho, quo concidit alter
Hannibal, antiquo saevior Hannibale.
Te mihi post quintos annorum Roma recursus
Reddidit et votis iussit adesse suis.

CL. CLAUDIANI DE CONSULATU STILICHONIS

LIBER III. (XXIV.)

Quem populi plausu, procerum quem voce petebas,
Aspice Roma virum. Iam tempora desine longae
Dinumerare viae visoque assurgere semper

10 libico V lybico L 12 Comminus *vel* Horridus *pro* Omnibus *temptat Burmannus* 13 Illiç V 14 Laudavitque GVL Laudabaṭ[vit]-que V1 ‖ nova *m. II sup. lin. add. nam deerat* L ‖ c[l]ạde V1 15 karthagine V kartagine L cartagine V1 16 patri[vel is] V 17 lybiam L libiam V1 19 radlces *(sic)* V1 21 stilico LV1 ‖ cui *coniecit* H2H3 22 antico V1 23 quintos O quinos *nonnullae editt. ex Raphelengii auctoritate* ‖ Exp̄ Prologus Incipit liber iij G

Titulus deest VL Tertius liber de laudibus stiliconis . . . . *m. II* V1 1 procerum[vel placida] V 2 Aspice O 3 visoque G

Pulvere. Non dubiis ultra torquebere votis.
Totus adest oculis, aderat qui mentibus olim,
Spe maior, fama melior. Venerare curulem,
Quae tibi restituit fasçes, complectere dextram,
Sub iuga quae Poenos iterum Romana redegit,
Excipe magnanimum pectus, quo frena reguntur
Imperii, cuius libratur sensibus orbis.
Os sacrum, quod in aere colis, miraris in auro,
Cerne libens. Hic est felix bellator ubique,
Defensor Libyae, Rheni pacator et Histri.
  Ostentare suos prisco si more labores
Et gentes cuperet vulgo monstrare subactas,
Certarent utroque pares a cardine laurus.
Haec Alamannorum spoliis, Australibus illa
Ditior exuviis; illinc flavente Sigambri
Caesarie, nigris hinc Mauri crinibus irent.
Ipse albis veheretur equis currumque secutus
Laurigerum festo fremuisset carmine miles.
Hi famulos traherent reges, hi facta metallo
Oppida vel montes captivaque flumina ferrent;
Hinc Libyci fractis lugerent cornibus amnes,
Inde catenato gemeret Germania Rheno.
Sed non immodicus proprii iactator honoris
Consul Roma tuus. Non illum praemia tantum,
Quam labor ipse iuvat. Strepitus fastidit inanes
Inque animis hominum pompa meliore triumphat.
Non alium certe Romanae clarius arces
Suscepere ducem, nec cum cedente rediret

10 cuius G 11 colis *add. m. II sup. lin.*, *nam deerat* L ‖ miraris in G 12 est felix bellator VL est pro te bellator V1 est pro te qui bellat *temptat* H2H3 13 lybię L libie V1 ‖ reni V1 ‖ pacator VL calcator V1 16 Certassent VL 17 h (i *add. m. II*) L ‖ alamanorum V alamanorum V1 alemannorum L 18 sigambri G sigambri V sicambri LV1 20 sequutus V 22 Hii LV1 ‖ h L hii V1 ‖ ficta *malit* H ‖ metallis V1 23 Opida V1 24 lybici V libici LV1 ‖ factis (= *fractis*) V1 ‖ lucerent (*ita corr. in ed. pr.* lugerent) G ‖ āpnes L annes V1 25 cathenato L ‖ reno V1 31 nec cum *usque ad* v. 32 pyrrho *(incl.) deerat in* V1, *m. II in marg. add.*

Fabricius Pyrrho, nec cum Capitolia curru
Pellaeae domitor Paulus conscenderet aulae.
Nec similis Latias patefecit gloria portas
Post Numidas Mario, post classica Martis eoi
Pompeio. Nulli pars aemula defuit unquam,
Quae gravis obstreperet laudi, stimulisque malignis
Facta sequebatur quamvis ingentia livor.
Solus hic invidiae fines virtute reliquit
Humanumque modum. Quis enim livescere possit,
Quod nunquam pereant stellae, quod Iuppiter altum
Possideat caelum, quod noverit omnia Phoebus?
Est aliquod meriti spatium, quod nulla furentis
Invidiae mensura capit. Ductoribus illis
Praeterea diversus erat favor. Aequior ille
Patribus, invisus plebi; popularibus illi
Munito studiis languebat gratia patrum.
Omnis in hoc uno variis discordia cessit
Ordinibus: laetatur eques plauditque senator
Votaque patricio certant plebeia favori.
O felix, servata vocat quem Roma parentem,
O mundi communis amor, cui militat omnis
Gallia, quem regum thalamis Hispania nectit,
Cuius et adventum crebris petiere Quirites
Vocibus et genero meruit praestante senatus!
Non sic virginibus flores, non frugibus imbres,
Prospera non fessis optantur flamina nautis,
Ut tuus aspectus populo. Quae numine tanto
Litora fatidicas attollunt Delia laurus,

32 pyrro VL pirro V1 34 latias *corr. m. II in* lacias L 37 laudi GO laudes *deterr.* 41 pereant G ‖ altum] olim L ‖ quod iugiter altum Possideant coelum H *coniecisse testatur Clercqius* 43 meritis *mavult* H 45 diversus GV divisus LV1 52 cui G 53—54 *restituit manus recentior in* V 53 talamis V1 54 Cuius G 55 *restituit manus recentior in* V *praeter* Vocib[us] 55 genero meruit G 56 *restituit manus recentior in* V *praeter* Non sic virg[inibus] ‖ Non sic arboribus flores *proponit Burmannus* 57 fessis VL lapsis *corr. in* lassis V1 lassis *deterr.* ‖ [op]tantur flumina nautis *restituit manus recentior in* V 58 aspectus O ‖ [qu]o numine tanto *restituit manus recentior in* V ‖ quo V q̄ (= *quae*) L quo (= *quae*) V1 ‖ numine G 59 Littora L ‖ delia lauros *restituit manus recentior in* V ‖ laurus GL lauros VV1

Venturi quotiens affulget Apollinis arcus?
Quae sic aurifero Pactoli fonte tumescit
Lydia, cum domitis apparuit Evius Indis?
Nonne vides et plebe vias et tecta latere
Matribus? His Stilicho cunctis inopina reluxit
Te victore salus! Septem circumspice montes,
Qui solis radios auri fulgore lacessunt
Indutosque arcus spoliis aequataque templa
Nubibus et quidquid tanti struxere triumphi.
Quantum profueris, quantam servaveris urbem,
Attonitis metire oculis. Haec fabula certe
Cuncta forent, si Poenus adhuc incumberet Austro.
  Mos erat in veterum castris, ut tempora quercu
Velaret, validis fuso qui viribus hoste
Casurum potuit morti subducere civem.
At tibi quae poterit pro tantis civica reddi
Moenibus? aut quantae pensabunt facta coronae?
Nec solam populi vitam debere fatetur
Armis Roma tuis, sed quo iucundior esset
Lucis honoratae fructus, venerabile famae
Pondus et amissas vires et regna recepit.
Iam non praetumidi supplex Orientis ademptam
Legatis poscit Libyam famulosve precatur —
Dictu turpe — suos; sed robore freta Gabino
Te duce Romana tandem se vindicat ira.
Ipsa iubet signis bellaturoque togatus
Imperat, exspectant aquilae decreta senatus.

60 affulget VL affulsit V1 ‖ [ar]cus *restituit manus recentior*
vel que
in V 61 Non V1 62 Lidia O ‖ euhius V euchius LV1 64 his
o
V hiis V1 ut *pro* hic G ī *(sic)* L hic *editt.* ‖ cunctis stilico V1 ‖
re i i
stilico LV1 66 fulgo V1 68 quicquid VV1 qq L ‖ traxere, *in*
vel tum
marg. m. II struxere V1 69 quantam V quantam LV1 quantae
penus
voluit H 71 penus VV1 rhenus G rhenus L 73 fuso qui VL qui fuso V1 74 potuit morti O morti potuit *nonnulli deterr.* 76 pensent tua facta H *coniecisse testatur Clercqius* 77 solam V solum L solam V1 78 quo VV1 ꝗ L ‖ iocundior VV1 80 ut amissas *coniecit Barthius* 82 lybiam V libiam LV1 83 freta] fulta V1 85 rogatus L 86 expectant O

Ipsa tibi trabeas ultro dedit, ipsa curulem
Obtulit, haec ultro fastos ornare coegit.
Nil perdit decoris prisci nec libera quaerit
Saecula, cum donet fasces, cum proelia mandet,
Seque etiam crevisse videt. Quis Gallica rura,
Quis meminit Latio Senonum servisse ligones?
Aut quibus exemplis fecunda Thybris ab Arcto
Vexit Lingonico sudatas vomere messes?
Illa seges non auxilium modo praebuit urbi,
Sed fuit indicio, quantum tibi Roma liceret,
Admonuit dominae gentes instarque trophaei
Rettulit ignotum gelidis vectigal ab oris.
Hoc quoque maiestas augescit plena Quirini,
Rectores Libyae populo quod iudice pallent
Et post emeritas moderator quisque secures
Discrimen letale subit, quid Poenus arator
Intulerit, madidus quantum transmiserit Auster.
Ardua qui late terris responsa dedere,
Hinc trepidant humiles. Tremuit quos Africa nuper,
Cernunt rostra reos. Cani virtutibus aevi
Materiem pandit Stilicho populumque vetusti
Culminis immemorem dominandi rursus in usum
Excitat, ut magnos calcet metuendus honores,
Pendat iustitia crimen, pietate remittat
Errorem purosque probet damnetque nocentes

88 Optulit V1 ‖ ultro G ‖ haec ultro fastos V1 ultori fastosque V ultri (o *sup.*) fastosque L 90 cum *vel* cui G ‖ cum dones VV1 ꝯdonet (= condonet) L ‖ cum *vel* cui G cum O 91 rutra *sese olim coniecisse tradit* H2 servisse *sup. lin. m. II add. nam deerat* V1 93 Aut quibus exemplis fecunda tibris ab arcto G ‖ hybris V tybris L tibris V1 ‖ artho V arto V1 96 indicio G 97 Ammonuit O 97—99 *et* v. 100 *praeter* 'pallent' *restituit manus recentior in* V ‖ trophei O 98 Retulit VV1 ‖ horis O 99 Quiriti H *coniecisse testatur Clercqius* 100 libie Gg libyci V lybici L libici V1 101 Et — moder[ator] *restituit manus recentior in* V 102 Discrimen letale *restituit manus recentior in* V ‖ quid GVL quid *(sic)* V1 103 Intulerit *restituit manus recentior in* V ‖ transmiserit G 104 A *in* Ardua *restituit m. recentior in* V 105 Hinc L Hic V Hii (c *sup.*) V1 Nunc *coniecit* H2H3 ‖ hu̅les quos ~~habuit~~ tremuit *(sic)* affrica L ‖ tremuit V1 timuit V ‖ affrica O 107 Materiam VL ‖ stilico LV1 109 heroes, *in marg. m. II* honores V1 110 iusticia G 111 dampnetque O ‖ nocentis V

Et patrias iterum clemens exerceat artes.
Fallitur, egregio quisquis sub principe credit
Servitium. Nunquam libertas gratior exstat
Quam sub rege pio. Quos praeficit ipse regendis
Rebus, ad arbitrium plebis patrumque reducit
Conceditque libens, meritis seu praemia poscant,
Seu punire velint. Posito iam purpura fastu
De se iudicium non indignatur haberi.
Sic docuit regnare socer, sic cauta iuventae
Frena dedit, teneros his moribus induit annos
Verior Augusti genitor, fiducia belli,
Pacis consilium, per quem squalore remoto
Pristina Romuleis iam floruit arcibus aetas,
Per quem fracta diu translataque paene potestas
Non oblita sui servilibus exsulat arvis,
In proprium sed ducta Larem victricia reddit
Fata solo fruiturque iterum, quibus haeserat olim,
Auspiciis capitique errantia membra reponit.
  Proxime dis consul, tantae qui prospicis urbi,
Qua nihil in terris complectitur altius aether,
Cuius nec spatium visus, nec corda decorem,
Nec laudem vox ulla capit: quae luce metalli
Aemula vicinis fastigia conserit astris,
Quae septem scopulis zonas imitatur Olympi,
Armorum legumque parens: quae fundit in omnes
Imperium primique dedit cunabula iuris.

112 *in* L *in marg. m. II add., nam deerat* 113 [principe] iudice V1 114 nusquam *malit Burmannus* ‖ extat O 115 regendis G 116 [ad] 7. *(sic)* V1 (? = [ad] et) 120 regnare socer O regni socer et G ‖ cauta G casta O 121 his LV1 hic V ‖ induit GL imbuit V [b] iduit *(sic)* V1 124 iam floruit *scripsi ex coniectura viri illustris apud Burmannum (Scaligeri), qui idem* 'en floruit' *proposuit*, infloruit O effloruit *vel* refloruit *voluit Burmannus* ‖ artibus VV1 125 *m. II add. in marg. in* V1, *nam deerat* 126 exulat O exul ab *coniecit Paul Quaest. Claud. p. 13* 127 *ad* seducta *quod erat in ed. pr. Flor. ex* G *add.*, vel sed ‖ seducta VL [s;] seducta V1 130 diis O ‖ tantę qui V tante qui LV1 qui tantae *deter. et editt.* ‖ [pro] conspicis L 131 nichil VV1 132 Cuius G 135 zonans L ‖ olimpi O 136 [i] fundat L

Haec est, exiguis quae finibus orta tetendit
In geminos axes parvaque a sede profecta
Dispersit cum sole manus. Haec obvia fatis,
Innumeras uno gereret cum tempore pugnas,
Hispanas caperet, Siculas obsideret urbes
Et Gallum terris prosterneret, aequore Poenum,
Nunquam succubuit damnis et territa nullo
Vulnere post Cannas maior Trebiamque fremebat,
Et cum iam fremerent flammae murumque feriret
Hostis, in extremos aciem mittebat Hiberos.
Nec stetit Oceano remisque ingressa profundum
Vincendos alio quaesivit in orbe Britannos.
Haec est, in gremium victos quae sola recepit
Humanumque genus communi nomine fovit
Matris non dominae ritu civesque vocavit,
Quos domuit, nexuque pio longinqua revinxit.
  Huius pacificis debemus moribus omnes,
Quod veluti patriis regionibus utitur hospes,
Quod sedem mutare licet, quod cernere Thulen
Lusus et horrendos quondam penetrare recessus,
Quod bibimus passim Rhodanum, potamus Orontem,
Quod cuncti gens una sumus. Nec terminus unquam
Romanae ditionis erit. Nam cetera regna
Luxuries vitiis odiisque superbia vertit.
Sic male sublimis fregit Spartanus Athenas
Atque idem Thebis cecidit. Sic Medus ademit
Assyrio Medoque tulit moderamina Perses.
Subiecit Macedo Persen cessurus et ipse

138 tetendit G 139 profecta VL profectas V1 140 Dispescit *Scaligerum coniecisse tradit* H ‖ fatis GLV1 votis, *in marg. m. rec.* fatis V 142 Hyspanas V1 144 dampnis O 145 cannas G 146 fremerent VL premerent V1 ‖ ferirent V feriret L teneret V1 147 hyberos V yberos L 148 occeano O *(in* V *unum* c *delevit m. II)* ‖ remis ingressa L 150 vinctos L 156 thylen G hylem V tylem L thilen V1 157 Lusus GgV Rursus LV1 158 [passim] phasim V1 ‖ rodanum V1 ‖ orontem GVV1 montem, *corr. m. II in* orontem L 159 gens G 160 *ante* 'erit' *rasura unius litterae in* V 161 Luxoriis V ‖ [uiciis] uuens V1 162 sublimis G sublimes O ‖ fregit] vertit V1 163 isdem L 164 Assirio O 165 macedo persen V persen macedo LV1

Romanis. Haec auguriis firmata Sibyllae,
Haec sacris animata Numae est, huic fulmina vibrat
Iuppiter, hanc tota Tritonia Gorgone velat.
Arcanas huc Vesta faces, huc Orgia Bacchus
Transtulit et Phrygios genetrix turrita leones,
Huc defensurus morbos Epidaurius ultro
Reptavit placido tractu vectumque per undas
Insula Paeonium texit Tiberina draconem.
Hanc tu cum superis Stilicho praeclare tueris.
Protegis hanc clipeo patriam regumque ducumque
Praecipueque tuam. Dedit haec exordia lucis
Eucherio puerumque ferens hic regia mater
Augusto monstravit avo; laetatus at ille
Sustulit in Tyria reptantem veste nepotem,
Romaque venturi gaudebat praescia fati,
Quod te iam tanto meruisset pignore civem.
    Nec tamen ingratum, nec qui tua facta referre
Nesciat, hunc credas populum. Si volvere priscos
Annales libeat, quotiens hic proelia sumpsit
Pro sociis, quotiens dono concessit amicis
Regibus Ausonio quaesitas sanguine terras!
Publica sed nunquam tanto se gratia fudit
Assensu. Quis enim princeps hoc omnibus egit
Obsequiis, dominum sese patremque vocari,
Quod tibi continuis resonant convexa diebus?

166 sybille V sibillę L sibille V1 167 nume est L nume V V1 ‖ huic *deterr. nonnulli* hinc V hīc L cum V1 ‖ vibrat V L librat V1 168 Iupiter L V1 ‖ volat L (o *supra* volat) 169 Archanas O ‖ huc G ‖ *ante* 'vesta' *rasura unius litterae* V ‖ bacchus (+) *(sic)* Gg secum O 169 Arcanos huc Vesta focos H *olim coniecisse testatur Burmannus* 170 frigios V1 ‖ genetrix G genitrix O 171 defensurus G depulsurus O ‖ ultro V L hospes V1 173 texit G V L traxit V1 ‖ tyberinaL 174 stilico L V1 175 patriam (+) G patriam O matrem *editt.* 176 exordia V L primordia V1 ‖ lucis (vite) V 177 hinc (u) V hinc L hic V1 179 tiria V1 181 tanto G ‖ pignore G 182 tua facta V L benefacta V1 183 subuoluere L 188 non (hoc) V hoc L V1 ‖ non omnibus emit *pro* non omnibus egit *coniecit* H 189 dominum sese G V L sese dominum V1 190 Quod G V V1 Quae (?) L ‖ resonent L

Macte novis consul titulis. Mavortia plebes
Te dominum Bruto non indignante fatetur,
Et quod adhuc nullo potuit terrore coacta
Libertas Romana pati, Stilichonis amori
Detulit. Exsultant avidi, quocumque decorus
Conspiciare loco, nomenque ad sidera tollunt.
Nec vaga dilecto satiantur lumina vultu,
Seu circum trabeis fulgentibus aureus intres,
Seu celebres ludos, solio seu fultus eburno
Cingas iure forum, denso seu turbine vulgi
Circumfusa tuae conscendant rostra secures.
Quae vero procerum voces, quam certa fuęre
Gaudia, cum totis exsurgens ardua pennis
Ipsa duci sacras Victoria panderet alas!
O palma viridi gaudens et amicta trophaeis,
Custos imperii virgo, quae sola mederis
Vulneribus nullumque doces sentire laborem,
Seu tibi Dictaeae placuerunt astra Coronae,
Seu magis aestivo sedes vicina Leoni,
Seu sceptrum sublime Iovis, seu Pallados ambis
Aegida, seu fessi mulces suspiria Martis:
Adsis perpetuum Latio votisque senatus
Annue diva tui. Stilicho tua saępius ornet
Limina teque simul rediens in castra reducat.
Hunc bellis comitare favens, hunc redde togatum

193 coacta V L subacta V1 194 stiliconis L 195 exultant O 200 Stringas *virum illustrem* (H) *olim coniecisse testatur Burmannus* ‖ Condas iura foro *proposuit Burmannus* ‖ iure [lege] V1 ‖ denso O densi *deter.* 201 conscendant G V L concendant [s] V1 203 notis *pro* totis *coniecisse* H *testatur Clercqius* rutilis *coniecit Paul l. c. p. 29* ‖ exurgens O ‖ pennis O pinnis G 204 aedes G ędes V edes L alas g (?) alas [vel edes] V1 205 O palma V Et palma L Et palma (*in marg.* vel et *m. II*) V1 ‖ amiça [t] V ‖ tropaeis G tropheis O 208 dicteę V dicthee L dictee V1 209 *ante* 'leoni' *rasura huius ipsius verbi spatio in* V 210 pallados G L V1 palladis V 211 se [u] V ‖ mulces (, c *in ras. pro* g) V 212 Assis O ‖ perpetuọ [ũ] (ọ *corr. est ex* e) V1 ‖ //votisque senat' senatus// latio V1 213 tuis̹ (i *manus altera corr.*) V ‖ stilico L V1 215 comutare V1 ‖ togatum V togatum *m. II corr. ex* rogatum L rogatum V1

Consiliis. Semper placidis te moribus egit
Servavitque piam victis, nec polluit unquam
Laurum saevitia, cives nec fronte superba
Despicit aut trepidam vexat legionibus urbem.
Sed verus patriae consul cessantibus armis
Contentus lictore venit nec inutile quaerit
Ferri praesidium solo munitus amore.
Magnarum nec parcus opum geminare profundas
Distulit impensas; sed post miracula castris
Edita vel genero Romae maiora reservat.
Auratos Rhodiis imbres nascente Minerva
Indulsisse Iovem perhibent Bacchoque paternum
Iam laxante femur mutatus palluit Hermus
In pretium votique famem passurus avari
Ditabat rutilo, quidquid Mida tangeret, auro:
Fabula seu verum, canitur: tua copia vincit
Fontem Hermi tactumque Midae pluviamque Tonantis;
Obscurat veteres obscurabitque futuros
Par donis armisque manus. Si solveret ignis
Quas dedit immanes vili sub pondere massas,

216 emit *pro* egit *iterum (cf. v. 188) coniecisse* H *testatur Clercqius* 217 fidem *pro* piam *temptat Burmannus* ‖ iustis V1 218 p sevitia V1 ‖ cives G 222 munitus G 224 sed post VL et post V1 ‖ et post tot munera H *coniecisse testatur Clercqius* ‖ et post miracula castris Edita vel Romae, genero maiora reservat *hariolatur Barthius* 226 divis (*pro* rhodiis) G rhodiis VL radiis (o h *sup.*), *in marg. m. II* rhodiis V1 ‖ imbris G imbres O 227 perhibent VV1 referunt L ‖ bachoque O 228 Iam laxante V Iam lassante (vel pul *sup.*) L Depulsante (iam lassante *sup.*), *in marg. m. II* tam V1 pulsante *deterr.* 229—230 *et v.* 231 *praeter* 'Fabula' *restituit manus II in* V 229 pretium G ‖ famam V ‖ avari G 230 quicquid O 231 ceu uerum L ‖ vicit GV, vīc L vincit V1 232 *praeter* 'Fontem Hermi' *restituit manus recentior in* V 232 pluviamque GL pluvię (q; *sup.*) V pluviasque V1 233 [ob]scurabitque futuros *restituit m. recentior in* V ‖ obscuravitque L ‖ futuros O futuras *deterr.* 234 si solveret ignis *restituit manus recentior in* V 235 Qd (as *sup.*) V Quas LV1 Quot *proponit* H2H3 Quod dedit immanis vili ceu pondere massae *paulo liberius idem temptavit* ‖ vili sub *sup. lin. m. II add., nam deerat* V1 ‖ [pond]ere massas *restituit m. recentior in* V ‖ pro pondere V

Argenti potuere lacus et flumina fundi.
  Nec tibi, quae pariter silvis dominaris et astris,
Exiguam Stilicho movit Latonia curam.
Tu quoque nobilibus spectacula nostra laboras
Illustrare feris summoque in vertice rupis
Alpinae socias arcu cessante pudicas
Et pharetratarum comitum inviolabile cogis
Concilium. Veniunt umeros et bracchia nudae
Armataeque manus iaculis et terga sagittis,
Incomptae pulchraeque tamen. Sudoribus ora
Pulverulenta rubent, sexum nec cruda fatetur
Virginitas, sine lege comae, duo cingula vestem
Crure tenus pendere vetant. Praecedit amicas
Flava Leontodame, sequitur nutrita Lyceo
Nebrophone telisque domat quae Maenala Thero.
Ignea Cretaea properat Britomartis ab Ida
Et cursu Zephyris nunquam cessura Lycaste,
Iungunt se geminae, metuenda feris Hecaerge
Et soror optatum numen venantibus Opis,
Progenies Scythiae. Divas nemorumque potentes
Fecit Hyperboreis Delos praelata pruinis.
Hae septem venere duces. Exercitus alter
Nympharum incedunt, acies formosa Dianae,
Centum Taygeti, centum de vertice Cynthi
Et totidem casto genuit quas flumine Ladon.
Has ubi collectas vidit, sic Delia coepit:

236 fundi *restituit manus recentior in* V 238 stilico LV1 239 In(l)lustrare V 242 pharetra(ta)rum L 243 ꝯveniunt (= *conveniunt*) L ‖ humeros O ‖ brachia O ‖ nudę G 244 pharetris *pro* sagittis H *legisse affert Clercqius* 245 pulcreque V1 246 Pulverulenta rigent *proponit* H2 H3 ‖ nec] non L 248 Curre *pro* Crure L 249 leonthadame L ‖ liceo V1 250 Nebropone G nebrofone O ‖ the(r)do L 251 b(i)omartis V1 252 zephiris O ‖ licaste LV1 ‖ nusquam *mavult* H2 H3 253 sıluıs metuenda mycharce *(sic)* G silvis metuenda nicarce g (?) ‖ hecaerge *editt.* acaerce V aliarce L erimāte, *in marg. m. II* nichoerce V1 255 Progenite V ‖ scithię L scithie V 256 hiberboreis V yperboreis LV1 257 Hee LV1 258 Nimpharum O 259 taygete G tageti V thaigethi L taigeti V1 ‖ cinthi VV1 chynti L 260 to(ti)dem L 261 Has *(sic)* G Quas O

O sociae, mecum thalami quae iura perosae
Virgineo gelidos percurritis agmine montes,
Cernitis, ut Latio superi communibus ornent
Hunc annum studiis, quantos Neptunus equorum
Donet ab orbe greges, laudi quod nulla canendae
Fratris plectra vacent. Nostram quoque sentiat idem,
Quam meritis debemus, opem. Non spicula poscit
Iste labor, maneant clausis nunc sicca pharetris,
Omnis et a solitis noster venatibus arcus
Temperet, in solam cruor hic servetur arenam.
Retibus et clatris dilata morte tenendae
Ducendaeque ferae. Cupidas arcete sagittas.
Consulis in plausum casuris parcite monstris.
Acceleret divisa manus. Dum currus anhelas
Tenditur ad Syrtis, mecum Dictaea Lycaste
Et comes Opis eat; sterilis iuvat ire per aestus.
Iamque feras aliis tellus Maurusia donum
Praebuit: huic soli debet ceu victa tributum.
Dum nos horribiles Libyae scrutamur alumnos,
Europae vos interea perquirite saltus
Et scopulos. Posita ludat formidine pastor

264 leti V letii L (vel lacio) latio V1 265 quanto L 266 orbe G V1 urbe V (vel orbe) urbe L (vel or) ‖ Donet habere *coniecit* H ‖ gregis *corr. m. II in* greges V ‖ quod (*pro* quam G) qđ O quam *editt.* ‖ laudique ut *coniecit* H2H3 269 sicca G 272 clatris G g claustris O 273—274 *restituit manus recentior in* V 274 casuris (+) *sic hoc verbum in ed. pr. Flor. ab illo qui excerpsit ex* G *notatum* 275 Acceleret — manus (*incl.*) *restituit manus recentior in* V ‖ diversa, divisa *m. II in marg.* V1 ‖ đū c̃ruo V dum currus LV1 mihi cursus *det.* ‖ anhellas G anhelas gV hannelas L hanelas V1 276 Tenditur ad syrtes mecum *restituit manus recentior in* V ‖ sirtis G syrtes VL sirtes V1 ‖ dynna (dictea *m. recentior add.*) V dictea L dilecta, *in marg.* dictinna V1 ‖ licaste LV1 277 Et — sterilis *restituit manus recentior in* V ‖ sterilis GV steriles LV1 ‖ estas (us) V1 278 Nanque feras aliis *restituit manus recentior in* V Iamque *scripsi* Nanque V Namque LV1 ‖ marrusia V1 279 Prębuit huic *restituit manus recentior in* V ‖ soli *deest in* L ‖ sed (*pro* ceu) G ceu O 280 Dum vos *restituit manus recentior in* V ‖ nos LV1 vos V ‖ libię L libie V1 ‖ alunnos V alumpnos LV1 arenas H *coniecisse dicit Clercqius* 281 perquirite V perquirite (vel percurrite) L percurrite V1

Securisque canat Stilichonem fistula silvis,
Pacet muneribus montes qui legibus urbes.
Dixit et extemplo frondosa fertur ab Alpe
Trans pelagus. Cervi currum subiere iugales,
Quos decus esse deae primi sub limine caeli
Roscida fecundis concepit diva cavernis.
Par nitor intactis nivibus, frons discolor auro
Germinat et spatio summas aequantia fagos
Cornua ramoso surgunt procera metallo.
Opis frena tenet, fert retia rara Lycaste
Auratasque plagas immortalesque Molossi
Latrantes mediis circum iuga nubibus ibant.
Quinque aliae paribus — Phoebe sic iusserat — armis
Diversa regione ruunt ducuntque cohortem
Quaeque suam. Variae formis et gente secuntur
Ingenioque canes: illae gravioribus aptae
Morsibus, hae pedibus celeres, hae nare sagaces,
Hirsutaeque fremunt Cressae tenuesque Lacaenae
Magnaque taurorum fracturae colla Britannae.
Dalmatiae lucos abruptaque bracchia Pindi
Sparsa comam Britomartis agit. Tu Gallica cingis
Lustra Leontodame Germanorumque paludes
Eruis et si quis defensus harundine Rheni

283 stiliconem LV1 284 Pacet G ‖ Pacet muneribus, *in marg. m. II* vel parent numinibus V [vel placēt] Parēt numeribus L Parēt muneribus V1 ‖ *Hunc versum non habuit vetus codex Claverii (? ms), quare multi eum deleverunt, sed defendit* H ‖ qui V [vel qui] ut L ut V1 ‖ Pacet numinibus gentes ut legibus urbem *liberius temptat Burmannus* 285 [ti] exemplo (*sic* L) 287 primum L ‖ [vel i] limine LV1 lumine G lumine V 288 diva *cum Paulo scripsi (cf. Quaest. Claud. p. 5)* luna O 289 uiribus *corr. m. II in* [ui] niribus L 291 fi surgunt L 292 licaste LV1 293 molossi V molosi LV1 294 rupibus H *coniecisse testatur Clercqius* 295 [q;] Quin,, aliae L 296 ducuntque GLV1 ducitque V 297 sequuntur VV1 299 hae G he V hee LV1 ‖ hae G [hee] et V et L hee V1 300 [canes] cresse V cresse LV1 ‖ tenuesque G 302 Dalmatice L ‖ brachia O ‖ [i] bomartis V1 303 adit *rectius putat Burmannus* 304 leontadame L 305 Excutis H *legisse affert Clercqius* ‖ reni LV1

Vastus aper nimio dentes curvaverit aevo.
Nubiferas Alpes Appenninique recessus
Garganique nives Hecaerge prompta fatigat.
Speluncas canibus Thero rimatur Hiberas
Informesque cavis ursos detrudit ab antris,
Quorum saepe Tagus manantes sanguine rictus
Non satiavit aquis et quos iam frigore segnes
Pyrenaea tegit latebrosis frondibus ilex.
Cyrneis Siculisque iugis venata virago
Nebrophone cervos aliasque in vincula cogit
Non saevas pecudes, sed luxuriantes harenae
Delicias, pompam nemorum. Quodcumque tremendum
Dentibus aut insigne iubis aut nobile cornu
Aut rigidum saetis capitur, decus omne timorque
Silvarum. Non cauta latent, non mole resistunt
Fortia, non volucri fugiunt pernicia cursu.
Haec laqueis innexa gemunt, haec clausa feruntur
Ilignis domibus. Fabri nec tigna polire
Sufficiunt. Rudibus fagis texuntur et ornis
Frondentes caveae. Ratibus pars ibat onustis
Per freta vel fluvios. Exsanguis dextera torpet
Remigis et propriam metuebat navita mercem.
Per terram pars ducta rotis longoque morantur
Ordine plaustra vias, montanis plena triumphis,
Et fera sollicitis vehitur captiva iuvencis,
Explebat quibus ante famem, quotiensque reflexi
Conspexere boves, pavidi temone recedunt.

306 curvaverat VL 308 micharce G a[c]caerge V ethaerge L nuitãce V1 || promta O 310 Informisque *corr. m. II in* Informesque V 312 segnis G segnes O 313 Pirenea V Pyrenea L Pirrenea V1 || tegit G || latebrosis G || ilex V illex L ylex V1 314 Cyrneis GVV1 Cirneis L 315 Nebrofone L 316 Non VL Ne̅c̣ V1 317 Delitias G || quodcunque G 320 cauta V caut[a]ẹ L cauta[e] V1 322 gemunt G 323 Ilignis G 324 rudibusque *quod erat in ed. pr. Flor. ex* G *corr. in* rudibus || factis, *m. II corr. in* fagis L 325 cauee VV1 caute L || [h]onustis V honustis LV1 326 flu[+]vios, *sic h. v. in ed. pr. Flor. ab eo qui excerpsit ex* G *notatum* || exanguis O 329 montanis VL montani V1 || triumphis VL triumphi V1 331 Explerat H *maluisse testatur Clercqius*

Iamque pererratis Libyae flagrantibus oris
Legerat eximios Phoebi germana leones,
Hesperidas qui saepe fugant ventoque citatis
Terrificant Atlanta iubis armentaque longe
Vastant Aethiopum quorumque impune fragosa
Murmura pastorum nunquam venere per aures.
Non illos taedae ardentes, non strata superne
Lapsuro virgulta solo, non vocibus haedi
Pendentis stimulata fames, non fossa fefellit.
Ultro se voluere capi gaudentque videri
Tantae praeda deae: respirant pascua tandem,
Agricolae reserant iam tuta mapalia Mauri.
Tum virides pardos et cetera colligit Austri
Prodigia immanesque simul Latonia dentes,
Qui secti ferro in tabulas auroque micantes,
Inscripti rutilum caelato consule nomen
Per proceres et vulgus eant.. Stupor amnibus Indis
Plurimus, ereptis elephas inglorius errat
Dentibus. Insedit nigra cervice gementum
Et fixum dea quassat ebur penitusque cruentis
Stirpibus avulsis patulos exarmat hiatus.
Ipsos quin etiam nobis miracula vellet
Ducere, sed pigra cunctari mole veretur.
Tyrrhenas fetus Libycos amplexa per undas

333 lybie V libie LV1 ‖ [h],oris V horis LV1 336 athlanta LV1 ‖ iubiṭ[s]' L 338 venere] excepere V1 ‖ //ardentes// taedae V1 339 strata G 340 Lapsura L ‖ aedę G ‖ non fossa fefellit [non vocibus hedi] V non vocibus hedi LV1 341 *in* V *deerat, sed in marg. add. m. II* 344 tuta GVV1 tọta[u] L ‖ mapila *corr. m. II in* mapalia L 347 *et* 348 *deerant, sed m. II add. in marg. Pro v. 347 in contextu legitur* Qui mox in[ī] tabulas[picturas] inscripto consule[nõe consulis] secti V 348 rutilọ[ū] L 349 omnibus O amnibus *defendit Barthius* 350 ereptis[eiectis] V1 ‖ elefas V 351 insidit *malit* H 353 Sirp̣b;[t i] V ‖ avulso (*scil.* ebore) *coniecit* H 354 quin nobis etiam L 356 Thirrenas V Tyrrenas L Tirrenas V1 ‖ lybicos V libicos L libicạs[o] V1 ‖ amplexa VL adnexa V1 ‖ *Ad hunc versum* H *notat forte versum excidisse*

Classica turba sonat caudamque in puppe retorquens
Ad proram iacet usque leo. Vix sublevat unum
Tarda ratis. Fremitus stagnis auditur in imis
Cunctaque prosiliunt cete terrenaque Nereus
Confert monstra suis et non aequare fatetur.
Aequora sic victor quotiens per rubra Lyaeus
Navigat, intorquet clavum Silenus et acres
Insudant tonsis Satyri taurinaque pulsu
Baccharum Bromios invitant tympana remos.
Transtra ligant hederae, malum circumflua vestit
Pampinus, antennis illabitur ebria serpens
Perque mero madidos currunt saliuntque rudentes
Lynces et insolitae mirantur carbasa tigres.

RELIQVA DESIDERANTVR.

357 Classica GL Classis VV1 Clathris *proponit* H_2H_3 ‖ in puppe V ī (a) puppe L a puppe V1 358 Ad proram iacet usque leo G In proram iacet usque leo O ‖ iacit *ex suis libris Claverius, de quo dubitat* H_3 360 terrenaque G 361 montra V1 ‖ et GV sed LV1 362 rubra G ‖ p (b) rubra quociens (a) V ‖ lieus O 363 clavos V1 ‖ sillenus V1 364 Adsudant G Insudant VL Assudant V1 ‖ satiri (i *in ras. pro* u) V 365 Baccharum G Baccarum V Bachari (ū) L Bacharum V1 ‖ bromios (vel bachios) V ‖ tȳpana G tympana VL timpana V1 366 herae (de) V hedere LV1 367 antēpnis L antemp (nis) V1 368 madidos (vel de) L ‖ saliuntque G 369 Linces O ‖ insolitas *Barthius cum libris Claverianis defendit* ‖ tygres L ‖ *Finem deesse puto, cum nihil denuo a poeta de Stilichone ipso sit allatum* ‖ De consulatu Stiliconis expl lib. III. Incip Panegiricus de sexto consulatu Honorii August Praefatio G

Corrigenda et addenda.

p. 11, app. crit. v. 227 *adde* cf. praef. p. LXVI—LXVII
p. 17, v. 56 *lege* vitiisque *pro* vetiisque
p. 21, app. crit. v. 152 *adde* quod in O *post* vernare
p. 22, app. crit. v. 165 *adde* V *post* intuitu
p. 37, v. 118 pone virgulam post 'Classica' et dele 'que' (cf. praef. p. LXII) in app. crit. adde 'bellatrixque B L V1
p. 37, v. 124 *lege* non amplius (cf. praef. p. LXVI), in app. crit. adde 'nec iam amplius' O
p. 149, v. 175 *lege* robigine, *in app. crit.* rubigine O
p. 150, v. 183 *lege* Collectamque diu, certis, *quod deterr., cf. praef. p. LXV*
p. 160, app. crit. v. 63 *post* arentheo B *adde* V1
p. 161, app. crit. v. 83 post *interiectus est* adde *in* V1
p. 174, app. crit. v. 366 *lege* subicit
vel tan
p. 176, app. crit. v. 420 *adde* tutum L

CLAVDII CLAVDIANI
CARMINA

VOL. II

CARM. XXV—XXXVII ET CARMINA MINORA

RECENSVIT

LVDOVICVS JEEP

LIPSIENSIS

ACCEDVNT NONNVLLA ALIORVM CARMINA QVAE
IN MSS. CLAVDIANI LEGVNTVR

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXIX

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI

PRAEFATIO.

I.

De spuriis Claudiani carminibus.

Magna exstat difficultas disceptandi, quid in corpore, quod nunc in mss. conscriptum est, carminum Claudianeorum re vera musae illius poetae debeatur et quid ex aliorum poetarum carminibus in id tralatum sit vel ab eo qui primus[1]) Claudiani carmina collegit vel a librario quodam posteriore, qui perversa diligentia poetam locupletavit.

Non dico maiora Claudiani carmina, panegyricos in Olybrium, Honorium, Manlium, Stilichonem, carmina de bellis ab eo gestis, in Eutropium, Rufinum, epithalamia, laudem Serenae, raptum Proserpinae, quae in priore volumine et in initio alterius voluminis huius editionis prodierunt, de quorumque auctore dubitari nequit: dico minora quae dicuntur carmina, epigrammata, epistulas, idyllia quae ab Heinsio vocantur, alia, sicut epithalamium Laurentii cet., in nonnullis Claudiani codicibus manu scriptis inde ab antiquissimis temporibus tradita.

Quae carmina minora in archetypo Claudiani, quem omnes poetae codices manu scripti redolent, ab initio fuerint, non aliter accurate cognoscere possumus, nisi illorum carminum ordines, quibus singulae classes librorum mss. utuntur, conferimus. Quo facilius id possit fieri, conspectum minorum carminum numeris Gesnerianis, quae adhuc erant usitatissima, ex libris Veronensi Vaticano Ambrosiano Gyraldino (Lucensi) Vossiano Laurentiano infra addidi.

1) Iam de nonnullis rebus aliter sentio, atque iudicavi in iis scriptis quae annotavi praef. vol. I, p. XXX. Etiam me in dies didicisse mihi non dedecori tribuo.

Veron.	*Vatican.*	*Ambros.*	*Gyr. (Luc.)*	*Voss.*	*Laur.*
XLVIII		XL	XIII		LVI
XLV		XXIX	LXXXV		LVII
L	XXXIX	XXXIX	LXXXI		LVIII
LI	LII		LIV		LIX
LII	XLIV		LXXXVI		LX
XXXIX	XLVIII		LXXVIII		LXI
LXXIV	XLIX		LXXXVII		LXII
LXXVII	XLVII		LXIX		XLI
XLVI	LXXIV		XLV		XLII
C	XXXVII		XCII		LIII
LXVIII	XCV	*Idem ordo in Ambros.*	XCI		LXXV
XLIII	LI	*qui est in Vatic. inde a*	LXXXIV		LXXVI
XLI	LXXV	*n. XXXIX*	LXXIX		LV
XLII	LXXVI		LXXXII		LXXII
XCV	LXXXVIII		LXXXIX		LXXIII
XLIV	LXXVII		XC		LXX
Phoenix [1])	LIII		L		XLVI
LXXXI	de Dulcio		LI		LXXVII
LXXVIII	LXXXIII		XLIII		LXVIII
XCII	XLVI		LII		XXXVII
XCI	XL	*Iam supra in Ambros.*	LXXX		XCII
LXXXIV	LXX		XXXIX		XCI
LXXIX	LXXI		LXXIV		LXXXIV
LXXXII	LV	*Idem ordo in Ambros.*	LXXXIII		XXXIX
LXXXIX	LXXII	*qui est in Vatic.*	XXX—XXXI		LII
XC	LXXIII		XLIX		XLIV
LXXX	XXIX	*Iam supra in Ambros.*	XLIV	*Voss. eodem*	XLVIII
XL	XLI	*Idem ordo in Ambros.*	XLVII	*ordine utitur*	XXV—XXVI
XXXVII	XLII	*qui est in Vatic.*	XLVIII	*quo Gyr. (Luc.)*	XCV
CI [2])	XVI—XVII ..		XXIX		XL
LXXII	XVIII—XX ..	*H. l. desunt in Ambros.*	XL		XXIX
LXXIII	Epithal. Laurentii		XCV		LXXXV
LXX	LXVIII	*Idem ordo in Ambros.*	LVI		LXXXI
LV	De Liberalibus	*qui est in Vatic.*	LVII		LIV
	Laus Martis		LVIII		LXXXVI

De Iunonalibus . . . *H. l. lacuna in Ambros.*
LVI
LVII
LVIII
LXII
LIX
LX
LXI
XXX — XXXI
XCIII
XCIV
Idem ordo in Ambros. qui est in Vatic.

LXXXIII
LXXX
XLIII
LXXXV
LXXXI
LIV
LXXXVI
LXXVIII
LXXXVII
LXIX
XLV
XCII
XCI
LXXXIV
LXXIX
LXXXII
LXXXIX
XC
L

LIX
LX
LXI
LXII
XLI
XLII
LIII
LXXV
LXXVI
LV
LXXII
LXXIII
LXX
XLVI
LXXVII
LXVIII
LXXXVIII . . .
XXXVII
[*om. Voss.*]

LXXVIII
LXXXVII
LXIX
XLV
LXXIX
LXXXII
LXXXIX
XC
L
LI
XLIII
LXXX
LXXIV
LXXXIII
XXX — XXXI
XLIX
XLVII

1) Carmen de Phoenice quod Lactantio vulgo tribuitur.
2) Laudes Herculis.

Quo ex conspectu omnes elucet codices vestigia eiusdem minorum carminum ordinis servasse, qui ordo quin archetypi olim fuerit dubitari nequit. Antiquissima vero eius primarii minorum carminum ordinis vestigia praebet clarissimus codex Gyraldinus seu Lucensis. Quod nisi verum esset, non intellegeretur, quomodo factum esset, ut Vossii liber uno parvulo carmine (n. LXXXVIII) omisso prorsus Gyraldini et Laurentianus eum ordinem adeo sequeretur, ut diversitatem nonnullis tantum fasciculis vel foliis, quae casu fortasse ex tomi conexu soluta erant, perturbatis evasisse pateret. Quamquam neque Laurentianus codex neque Vossianus ex Gyraldino seu Lucensi libro descripti sunt. Si autem Veronensis codex, etiamsi eum totum Claudianum aliquando complexum esse concesserim, ipsius archetypi ordinem tradidisset, mirum esset, quod nullus omnino inter alios libros ex Veronensi non descriptos eadem carmina contineret, quae Veronensis praebet. Idem pertinet ad libros Vaticanum et Ambrosianum. An credamus, si duo illi codices vel is liber potius, ex quo fluxerunt, — ex uno enim eodemque fonte descripti sunt — ordinem archetypi habeant, in ceteris codicibus, qui ad eundem archetypi referendi sunt, omnibus epithalamium Laurentii, carmen ad Martem cet. quae in Vaticano et Ambrosiano libris solis insunt, defutura esse?

Quae cum ita sint, necessitate perducimur, ut a corpore quod vocamus Claudianeorum carminum plane secernamus, quae in Claudiani codicibus non leguntur, nisi in Veronensi libro vel Vaticano et Ambrosiano.

Sunt vero carmina de Dulcio [1]), de zona missa ab eadem (i. e. Serena) Arcadio Augusto (n. LXXI apud Gesnerum), epithalamium Laurentii, de Liberalibus, laus Martis, de Iunonalibus (*sic tituli in editt.*) de hippopotamo (n. XCIII), de aquila (n. XCIV) [*Vaticanus inscribit:* QVE IN MENSA DE SARDONVCHE LAPIDE ERAT], in Sirenas (n. C), de Phoenice, quod carmen plerumque Lactantio attribuitur, laudes Herculis (CI). Neque amplius puto carmina christiana de Salvatore (carmen paschale XCV), laudem Christi (n. XCVIII), miracula Christi (n. XCIX), quae carmina Ioannes Camers (a. 1510) in sua poetae editione primus in medium protulit, ab initio inserta fuisse collectis Claudiani carminibus. De graecis vide vol. I praef. p. VII et LXXVII.

Quacum sententia convenit, quod de Liberalibus (de Baccho *vel* ad Bacchum), laus Martis (ad Martem), de Dulcio, de hippo-

1) Aliter legitur in Anth. lat. ed. Burmannus.

potamo etiam in schedis Divionensibus leguntur. Cf. Alexander Riese, Fleckeis. ann. 1868, p. 698 seqq. et Anth. lat. praef. I, p. XVI, 10 et p. XXXII.

Eas schedas Salmasii celeberrimum anthologiae latinae codicem descriptum praestare nuper demonstravit Lucianus Muellerus Fleck. ann. 1867, p. 802 seq., quocum accurate conferas ea quae Riesius l. c. protulit. Carmina vero enumerata qui schedas illas Divionenses conscripsit non ex codice Salmasiano sumpsit, — in eo enim desiderantur — sed '*ex ms. cod. Peirescii*' (cf. Riese l. c. p. 701). Qui Peirescii liber nec minus in quibus eadem carmina leguntur schedae Vaticanae (n. 9135), a Mommseno prolatae Corp. Inscr. Lat. I, p. 412 et Hermes I, p. 133 (cf. Riese, anth. lat. II, p. XXVIII), ex codice Cuiacii fluxerunt (cf. Riese, Fleckeis. ann. l. c. p. 703), quem codicem Claverius ad suam Claudiani editionem adhibuit, qui quidem nunc absconditus est.

Neque tamen dubitari potest quin in eo libro ms. Claverius cum alia quae commemorat sese legisse, tum carmina, de quibus agitur, ab ipsius Claudiani carminibus secreta invenerit: nam vir doctus 'erant, inquit, praeterea in vet. codice et schedis, Gnosianis[1]) multa et varia opuscula neque bella satis neque genuina meo iudicio, qualia sunt haec praecipue: panegyricus amicorum, de lavacro, de Dulcio, epithalamium Laurentii, laus Martis, de vinalibus, de Cithera, de Isidae navigio, de hirundine, de cereo, de vitulis marinis, de paupere singulari, de ape.' 'Sed haec, pergit Claverius, non adeo cuivis dissona videantur aut aliena ab hoc poeta: De aquila, laus Liberi, de hippopotamo et crocodilo.' Quae iudicia satis incerta et dubia qua aetate Claudianum paganum — eum paganum fuisse ecclesiastici testati erant — carmina composuisse christiana putaverunt eaque poetae editioni addiderunt, illo, inquam, tempore ea iudicia Claverius nunquam fecisset, nisi iam externa, qua in Cuiacii codice scripta erant, ratione esset ad ea perductus. Ergo ne sic quidem illorum carminum auctor Claudianus probatur. Quod nonnulla etiam in alios libros inserta sunt, casui tribuendum est, qui verbo '*eiusdem*', tu fit, indocti cuiusdam manu ascripto fortasse adiuvabatur.

Carmen n. LXXXVIII ap. Gesn. (DE LANARIO *inscribit* G) utrum in hanc Claudiani editionem recipiendum sit necne, ambigas, cum in codicibus quartae classis (praef. vol. I, p. XXXVIII) desideretur. Quandoquidem vero id et in libro Vaticano Ambrosianoque

1) Fluxerunt ex eodem Cuiacii libro, cf. Riese l. c. p. 702.

et in Gyraldino (Lucensi) traditum est, etiam omni verisimilitudini obstat, si qui contenderit illorum codicum librarios miro consensu eosdem et quidem satis ignotos versus descripsisse, versus illos patet de Lanario, quos truncatos esse Barthius cognovit, in fonte librorum deterioris classis tantum casu excidisse. Qua de causa non dubitavimus carmen Claudiani editioni inserere.

Etiam carmen ad Maximum (n. LXXXII ap. Gesn.) movet suspicionem, quod legitur tum in schedis Divionensibus tum in schedis Vaticanis, quas Mommsenus protulit. Quoniam vero id carmen Claverius inter Claudianea edidit, non dubito, quin etiam in codice Cuiacii inter ea lectum sit, sed in Vaticanum librum et Divionensem errore insertum, sive schedae Divionenses ex Vaticanis descriptae sunt, sive utraeque de excerptis ex Cuiacii codice factis fluxerunt, ut aut qui schedas Vaticanas aut qui Cuiacium librum excerpsit, erraret seu interpolaret. Quae cum ita sint, cum Riesio (l. c. p. 702) id carmen Claudiano tribui.

Nonnulla porro dicenda sunt de panegyrico amicorum, quem idem Claverius in sua praefatione, ubi de carminibus in codice Cuiacii inventis egit, primo loco commemoravit. Lucianus Muellerus legendum esse coniecit 'panegyricus Aniciorum', ut panegyricus in consulatum Olybrii et Probini significaretur, qui consules ex gente Aniciorum procreati erant. Neque vero ea cum coniectura conveniunt Claverii verba quae ex praefatione eius supra descripsimus: nam notissimum Claudiani panegyricum, quem poeta ipse tetigit, a Claverio suo loco expressum, vir doctus vix inter carmina recensuisset 'neque bella satis neque genuina'. Ergo puto panegyricum amicorum carmen incerti auctoris esse, quod cum aliis istis, quae Claverius omisit, periit.

Iam vero Gesnerus in praefatione editionis suae p. XXXVIII non pauca carmina inter aliena retulit. Sunt praeter christiana (n. XCV—XCIX ap. Gesn.) et praeter laudem Herculis (n. CI) carmina n. LXXIX—XCIV et C. Quae carmina cur Claudiano abiudicaverit, vir doctissimus non dicit. Ex iis vero quae supra demonstravimus satis elucet Gesnerum ex suo potius arbitratu quam ex certa disciplina rem tractasse. Non negaverim fieri posse, ut inter minora carmina praeter ea, de quibus egimus, hoc illud adhuc circumferatur aliunde Claudianeis carminibus vindicatum (cf. Riese l. c. p. 706): at vero id certis argumentis demonstrare nunc non licet. Illa interpolatio, si modo interpolatio facta est, magis antiqua et hanc ob causam obscurior, quam ut eam cognoscamus. Ceterum rem praeclarissimum illud 'Aetnae'

fragmentum, quod Lucilio Iuniori datur, in codice Lucensi seu Gyraldino bene illustrat (cf. praef. vol. I, p. XXXII). Id non ab eo qui illum codicem excerpsit et descripsit, ex alio libro antiquo in suum tralatum esse, sed in ipso Gyraldino codice inventum vix aliquis abnuet.

En igitur, quam celeriter hoc loco ad finem cognoscendi pervenerimus. Nonnulla in meliorem partem redigere licebat: id quod fortasse restat, a doctiore investigetur.

II.

De ordine carminum quae in hoc volumine insunt.

In priore volumine carmina ex chronologico ordine, quem vocamus, quantum potuimus, edidimus, tamen ita ut in contextu nondum ea daremus omnia, quae de carminum temporibus investigasse nobis videremur, nisi erant certissima. Iam cum videam viros doctos cum aliis quoque convenire quae de ea re exposui, in editione bibliothecae aliquando classicae Teubnerianae inserenda, etiam alia illa omni religione abiecta typis ipsius carminum contextus exprimam.

Quae de maiorum carminum huius alterius voluminis sentio, in universum iam in praefatione prioris voluminis p. XXIX—XX diximus. Pauca igitur hoc loco addidisse satis est.

Bello Pollentino seu Getico Goetzium optimo iure annum 402 p. Chr. dedisse l. c. demonstravi. Goetzii opusculum iterum iterumque perlegi, et quo diligentius legi, eo accuratius intellexi quaestiunculam ad certissimum finem esse perductam. Unum vero amicum doctum effugisse videtur. In bello Pollentino v. 581 seqq. Alanorum princeps adumbratur, qui Stilichonis signa secutus celeriore impetu proelium perturbaverit. Gesnerus quin ad h. l. ex Paulo Diacono[1]) bene concluserit illum Alanorum principem Saulum quendam fuisse, dubitari non potest. Eandem rem in codicibus legimus in panegyrico de VI Honorii consulatu v. 223 seqq.

---

1) Hist. misc. XIII, 26 Qui (Alaricus) dum ad Gallias pergens ob recuperationem iumentorum ad Pollentiam resedisset, Stilicho patricius in perniciem reipublicae Gothos pertentans dum eos insidiis aggredi cuperet, bellum Sauli pagano duci commisit: qui ipso sacratissimo die Paschae (!) Gothis supplicantibus nihilque tale sperantibus super eos irruit magnamque eorum partem prostravit. Nam primum perturbati Gothi ac propter religionem cedentes demum arma corripiunt, more solito se cohortantur victoremque virtute potiori prosternunt exercitum.

Ipsum te caperet letoque Alarice dedisset,
Ni calor incauti male festinatus Alani
Dispositum turbasset opus. Prope captus anhelum
Verbere cogis equum. Nec te vitasse dolemus.
I potius genti reliquus tantisque superstes
Danubii populis et nostrum vive trophaeum.

Ut is locus ad proelium apud Veronam commissum pertinet (cf. de VI Hon. cons. v. 201), sic alter ille locus ex bello Pollentino modo commemorato ad pugnam Pollentinam referendus (cf. bell. Pollent. v. 635), atque omnia quae in carmine de bello contra Getas illo tempore gesto celebrata sunt. Atqui pugna Pollentina anno 402 p. Chr., pugna vero apud Veronam anno 403 p. Chr. commissa est, praeterea Claudianus priore loco ipse testatus est Alanorum ducem interfectum esse. Ergo Gesnerus prorsus erravit qui alterum locum ex panegyrico de VI Honori consulatu sumptum ad eundem Saulum retulit.

Nec minus in universum ab omni verisimilitudine abhorret in utroque proelio Alanorum gentem nimio aggrediendi ardore impletam Romanorum aciem perturbasse, ergo bis idem fecisse. Quae cum ita sint, non dubium est, quin aut Claudianus res confuderit aut antiquo tempore locus panegyrici de VI Honorii consulatu interpolatus sit. Priorem sententiam aliunde ex poetae carminibus comprobare frustra studueris, qua re permovemur, ut de VI Hon. cons. v. 223—228 eiciamus. Cf. app. crit. ibid. v. 223. Goetzii quaestionem etiam sic bene stare facile intellegitur.

Carmina de Palladio et de Serena iis locis reliqui, quos in recentioribus editionibus obtinebant. Quamquam adhuc aliquid accuratius de Palladii et Celerinae nuptiis afferre non licet, tamen pauca de ipso Palladio eiusque familia addam, quae cum priorem Claudiani tomum ederem, nondam satis certo exploraveram.

Primum constat Gesnerum errasse, cum in annotatione critica ad titulum data dubitaret, an qui leguntur tituli in G, TRIBVNO ET NOTARIO Palladio attributi a librario quodam ex inscriptione vol. I, praef. XV in vita Claudiani a me edita (cf. C. I. L. IV, 1, n. 1710) interpolati essent. Idem tituli inveniuntur in g [1]), qui in Aldina p. 167, ubi praefatio ad epithalamium a suo carmine discreta typis exarata

1) Cf. corrigenda et addenda. Quia epith. Pall. et praef. ad id carmen in Aldina diversis locis impressa sunt, suo loco titulum qui in g exstat annotare oblitus sum.

est, eos hoc modo attulit: '*In antiquo incipit epithal. dictū Palladio V. C. tribuno et notario. caetera non ꝑcipiuntur*'. Inde elucet lacunam nonnullarum litterarum, quam videmus post PALLADIO in G (vide app. crit. ad praef. epith. vol. II, p. 69) litteris V. C. (= viro clarissimo)[1]) explendam esse. Conieceris quidem et ipse olim conieci post V. C. intercalandum esse etiam nomen Claudiani poetae, ut esset EPITHALAMIVM DICTVM PALLADIO V. C. [A CLAVDIANO] TRIBVNO ET NOTARIO, qui poetae titulus ex inscriptione modo commemorata praeter omnem suspicionem constat. Lacunam in G et additamentum in g '*caetera non ꝑcipiuntur*' nobis fas dare ita coniciendi patet.

At quocumque modo res se habet, Palladium quoque tribunum et notarium fuisse nos docet ipsa epithalamii praefatio, in qua nominatur Claudiani socius (v. 3), sui ordinis per aulam ordinis consors (v. 3—4), qui communibus studiis et simili aetate (v. 5) cum poeta coniunctus sit, cuius amor vati officium canendi imperet. Socer vero Claudiani et Palladii ordinis per aulam princeps celebratur (v. 4) isque est, quod infra accuratius videbimus, primicerius notariorum.

Quod vero tituli Tribunus et Notarius coniuncti sunt, dilucide id Cassiodorius in formula Praefecti Praetorio enarrat Var. VI, 3. 'Militia, inquit, perfunctis Tribunorum et Notariorum honorem tribuit', scilicet Praefectus Praetorio. Est vero militia aulica, quae eo loco praedicatur, illa aetate a vera militia separata, id quod et notitia dignitatum utriusque imperii demonstrat et Cassiodorius, qui l. c. nullum docet militem Praefecto Praetorio de fori sui auctoritate praescribere excepto Officiali Magistri Militum. Ergo de Palladii ordine de eius titulis qui in G et g quamvis sint omissi in V(aticano), dubitari omnino non potest.

Iam vero ex eo loco epithalamii Palladii, quem supra modo attulimus, difficultas nasci videtur. Laus enim Palladii ibi praedicatur neque v. 66 seq.

Per cunctos iit ille gradus aulaeque labores
Emensus tenuit summae fastigia sedis,
Eoum stabili moderatus iure senatum

incertum relinquunt, illum Palladium Praefectum Urbis Constantinopolitanae fuisse. Quam praefecturam Claudianus iure suo adeo celebravit, ut fastigia sedis summae i. e. Constantinopolis apel-

---

1) Suo iure Viro Consulari legere Gesnerus veritus est praef. p. XLIII, adn. 1.

laret. Ad eam vero dignitatem certissime nos relegant senatus Eoi moderatio quam laudat poeta. Praefectura enim urbis CP a Constantino imperatore condita ex Romae urbis praefecturae exemplo, quamquam notitia dignitatum imperii Orientis h. l. lacunosa de ea dignitate nihil nunc commemorat, quin praeter nonnullas differentias (cf. not. dign. ed. Böching I, p. 177 seq.) gravissima ex parte praefecturae Romae simillima fuerit, dubitari nequit. Id demonstrant scriptorum loci. Ad praefecti vero urbis Romae munera ante omnia moderatio senatus pertinet. Sic Symmachus Ep. X, 62 testatur 'Praefecturae urbanae proprium negotium esse senatorum iura tueri'. Cassiodorius vero 'Cum de dignitate commissa, in formula Praefecturae urbanae Var. VI, 4 inquit, laus semper iudicis aestimetur et potior habendus est quam sunt illi quibus praeesse cognoscitur, nemo amplius videtur erigi quam cui potuit Roma committi, grande est quidem procerem esse, sed multo grandius de proceribus iudicare: Senatus ille mirabili opinione gloriosus probatur habere Praesulem quem mundus suscipit iura condentem'. Inde etiam elucet quid Claudianus sibi velit v. 59 domum praedicans *culmine legum* fultam. 'Fastigia' denique poeta praefecturam urbis appellare potuit, quia praefectura praetorio et urbis et magisterium utriusque militiae indiscretae dignitatis erant. Cf. Cod. Theod. VI, tit. 7, 1.

Accuratius illa exposui, ne quis crederet Palladium praefectum praetorio, qui in codice Theodosiano inde ab anno 410 saepe commemoratur, nostrum esse. Is erat praeterea praefectus occidentis imperii, ut loci quibus leges datae sunt satis docent. Obstat etiam temporum ratio, cum ex v. 93 seq.:

Elegit Stilicho nihil ultra laudibus addi
Iudiciove potest

dilucide appareat, quo tempore epithalamium Palladii compositum est, Stilichonem nondum interfectum esse: id vero evenit a. 408. Idem aliis omissis prohibet de Iunio Quarto Palladio cogitare, qui a. 416 consul ordinarius erat.

At magna probabilitate non caret ex numero Palladiorum, qui in codice Theodosiano afferuntur, si credas etiam praefectum Augustalem (seu Aegypti) a. 382 commemoratum eundem nostrum Palladium fuisse. Sic enim optime intelleges quomodo factum sit, ut v. 61 haut dubie dedita opera poeta rubrum mare et Aethiopum domicilia urgeret. Quocum etiam id convenit, quod poeta Palladii vel ipse memor illos versus scripsisse videtur.

At redeamus ad initium huius quaestiunculae. Iamiam cer-

tissime constat Palladium v. 64 et Palladium notarium non eosdem esse. Prior est avus vel accuratius pater alterius et iuveni (v. 69), id est filio notario, suae gloriae suique muneris causa splendori est, quam rem magna voce confiteri, Gesnerus veritus videtur esse. Res vero simplex est; nam eodem modo se habet ut in panegyrico in cons. Olybr. et Prob., ubi v. 29 seq. poeta veteris Probini et Olybrii factorum summa laude recordatur. In epithalamio Palladii paulo obscurius est, quod Palladius pater nullo temere epitheto a filio discernitur.[1]) Ergo v. 65 'grata senectus' primaria et vera notione accipienda neque, ut Ritschelium et me aliquando voluisse memini, eadem sententia, qua in epith. Laurentii v. 21 dictum est

Quid memorem mores iuvenili corde seniles

vel Claud. cons. Olybr. 154 seq.

Sed gravibus curis animum sortita senilem
Ignea longaevo frenatur corde iuventus.

Postremo pauca addam de Celerinae patre, quem v. 82 poetam laudat 'cognomina sumpsisse plena ducum'. Princeps militiae, qui is factus est, significat dignitatem primicerii notariorum. V. 85 usque ad 91 id procul dubio demonstrant. Nam in notitia dignitatum imperii orientis c. XVI munera primicerii notariorum hoc modo exponuntur:

1) Omnium dignitatum et administrationum notitia, tam civilium quam militarium.
2) Scholas etiam et numeros tractat.

Prius officium Claudianus v. 85 significat verbis 'cunctorum tabulas assignat honorum', alterum v. 86 'Regnorum tractat numeros' idque munus infra accuratius describit; nam numeri sunt copiae earumve indices. Attamen nondum enarratum est, quomodo ea primicerii militia possit nominari, qua nulla illustrior altera, praesertim cum notitia eum tantum virum spectabilem appellet, non illustrem. Sed Cassiodorius in formula notariorum Var. VI, 16 praeter alia, quae supra dicta confirmant, dicit: 'te nostrum esse censemus, ut ordine decurso militiae ad Primiceriatus feliciter pervenias summitatem. Honor qui efficit senatorem, cui patrum aula reseratur —. Additur etiam perfuncti laboris aliud munus, ut si quo modo ad Illustratum vel

1) Olim putavi respiciens illum consulem Iunium Quartum Palladium fortasse scribendum esse v. 63—64 'Secundi Palladii'.

Vacantem meruerit pervenire, omnibus debeat anteponi qui codicollariis Illustratibus probantur ornari.'

Post ea carmina de Serena et Palladio posui praefationem quae in prioribus editionibus ex codicum auctoritate ante librum secundum de Raptu Proserpinae legebatur. Id carmen etiam nunc puto ad victoriam a Stilichone apud Florentiam reportatam anno 405 p. Chr. pertinere et libere confiteor ea quae Goetzius (Phil. Anz. VII, p. 145) contra illam sententiam dixit, me non satis intellexisse: nam Claudianum res ab Hercule gestas multis verbis accurate praedicasse, nisi voluisset tertium quod vocatur comparationis in factis Florentini et Herculis a lectoribus videri nemo concedet. Si id non esset verum, Claudianus Herculis laudem tamquam in suam modo ipsius voluptatem verba facturus cecinisset, quam rationem poetam alibi nunquam secutum esse constat.

Attamen meae ipsius sententiae non adeo amans sum, ut eam (id quod multi hodie contendunt) unicam putem esse veram; quare, praesertim cum illa praefatio nunc ipso panegyrico careat, quo conservato accuratius tempus carminis possit describi, illam inter ea carmina, quorum aetas modo in universum cognosci potest, et eum quidem fragmenti instar in eorum fine edidi.

Iam vero sequitur carmen de Raptu Proserpinae. Dubitari non licet, quin id carmen a poeta aliis carminibus iam editis compositum sit. Cf. praef. vol. I, p. XI et p. XXIX. Quod rursus h. l. non decantassem, nisi denuo rem tetigisset idem Gramlewiczius, cuius locorum conspectum quos Claudianus videtur imitatus esse, huic editioni subiunxi. Qui in dissertatione sua (Quaest. Claud. Vratisl. 1877, p. 32) ex eo, quod Licentius ad Augustinum nonnullos versus Claudianeos ex carmine in consulatum Olybrii et Probini recepit, cum Teuffelio Roem. Lit. Ges. ed. tertia p. 1060, 5 conclusit, illam Licentii epistulam anno 396 p. Chr., uno igitur anno post carmen Claudiani de Olybrio et Probino proditam esse. Quam Teuffelii concludendi rationem melius Gramlewiczius non imitatus esset, praesertim cum — id quod dudum Wernsdorfius ad Licentium notavit — Licentii versus 114—115 'Alpes Fregit' nos relegarent ad Claudiani Bellum Pollentinum v. 532 'Fregi Alpes'. Etiam v. 32 seq. 'Tibi noster Apollo Corda replet' non modo ad Vergilii Aen. III, 434 et Ecl. IV, 10 ducit, sed etiam magis fere ad Claudiani minus carmen n. XI (LXXXI), 4 'me meus implet Apollo'. At esto, praedatus sit Licentius unum illud Claudiani carmen: quid aliud inde sequeretur, nisi eum unum

solum illius poetae carmen legisse et in mente habuisse? Id vero veri persimile fuisse nos nimis profecto docet rudissima ista versus componendi ratio, quae diligentiam Licentii accuratos Latinos poetas terendi nobis nequaquam probat. Neque vero timeo, ne quis cum Gramlewiczio credat Licentii primum versum 'Arcanum Varronis iter scrutando profundi Mens hebet' imitationem esse initii primi libri de Raptu Proserpinae: 'Inferni raptoris equos afflataque curru — caligantesque profundae Iunonis — thalamos audaci promere causa Mens congesta iubet'. Omnia enim inter se discrepant: 'profundis' et 'profundae' diversa notione usurpata, 'Mens hebet' est contrarium 'Mens — iubet'; praeterea vero nihil commune habent Licentii et Claudiani versus scilicet eo solo excepto, quod ab iis carmen incipit. Cave porro ne credas initium Claudianei versus 'Mens congesta iubet' esse Claudiano peculiare; nam eodem modo praecedente infinitivo versus initio dudum adhibuit Vergilius Aen. IX, 187 'Mens agitat'. Sic vero Gramlewiczius demonstrasse sibi videbatur, Raptum Proserpinae ante annum 396 scriptum esse.

Neque magis contigit, ut l. c. p. 32, 1 meam sententiam de praefationis in Raptum Proserpinae exitu refutaret. Nihil deesse in fine eius denuo certissime affirmo, id quod praefationis exemplum in epithalamium Honorii satis superque docet. Cf. app. crit. Rapt. Pros. a. h. l. Si vero Gramlewiczius dubiam coniecturam coniectura magis dubia — contendit enim etiam finem praefationis in epithalamium Honorii desiderari — probare studebat, vellem Sidonii primum carmen attulisset, unde contra me sententiam suam paulo saltem minus incertam reddere potuisset. Sed ne id quidem fecit. Quae cum ita sint, nisi argumenta prorsus alia eaque certissima reperiuntur, in Gramlewiczii partes non transibo.

Quod ad ordinem minorum Claudiani carminum pertinet, confusus codicum ordo, quem in universum veteres editores secuti sunt, non erat retinendus. Ea complexus sum sub titulo CARMINA MINORA.

Primo loco posui epistulas easque ex illa serie quam temporum ratio indicare videbatur i. e. Deprecationem ad Hadrianum in fine. Deinde carmina minora, quae personis addicta sunt seu de personis egerunt, imprimenda curavi. Ordo vero est is, quem ex codicibus vetustissimum cognovimus. Tertio loco habes carmina de animalibus, quarto de locis, postremo denique quae sunt de rebus, ea quidem omnia ex eadem disciplina, quam modo demon-

stravimus, in ordinem redacta. Sic factum est, ut illa septem carmina (Phoenix, Hystrix, Torpedo, Nilus, Magnes, Aponus, de piis fratribus cet.), primum, ut videtur, ex Heinsii arbitratu, deinde ex eius auctoritate in editionibus sub titulo 'Eidyllia' sine ulla causa semper denuo comprensa vinculo, quo vinciri iis nefas erat, liberata sint suisque locis cum aliis similis argumenti coniuncta. In fine expressi 'Rimanti telum ira facit', quod dicitur; quo ii versus abrupti referendi sint, non constat. Ne vero quisquam qui aliorum editionibus caret, molestias habeat variis carminum minorum numeris, ubique Gesnerianos in hoc volumine in uncis apposui, quin etiam infra accuratum eorum conspectum subiunxi, ex quo facillime semper possit mutatus ordo cognosci.

Numerorum minorum carminum tabula.

Gesner.	*Jeep.*	*Gesner.*	*Jeep.*
XXXIX	V	LXXII	XLIV
XL	I	LXXIII	XLV
XLI	II	LXXIV	VI
XLII	III	LXXV	VII
XLIII	IV	LXXVI	VIII
XLIV	XIX	XXLVII	IX
XLV	XX	LXXVIII	XLVIII
XLVI	XXI	LXXIX	X
XLVII	XXVII	LXXX	XV
XLVIII	XXX	LXXXI	XI
XLIX	XXVI	LXXXII	XII
L	XXXIX	LXXXIII	XXV
LI	XXII	LXXXIV	XLI
LII	XIII	LXXXV	XXVIII
LIII	XXIV	LXXXVI	XXIX
LIV	XXIII	LXXXVII	XL
LV	XXXVIII	LXXXVIII	XVIII
LVI	XXXI	LXXXIX	XVI
LVII	XXXII	XC	XVII
LVIII	XXXIII	XCI	XLII
LIX	XXXIV	XCII	XLVII
LX	XXXV	XCIII	cf. vol. II, appendix
LXI	XXXVI	XCIV	cf. ibid.
LXII	XXXVII	XCV	cf. ibid.
LXIII—LXVII	cf. praef. vol. I, p. LXXX	XCVI	cf. vol. I, pr. p. LXXXI
		XCVII	cf. ibid. p. LXXXI
LXVIII	XLIII	XCVIII	cf. vol. II, appendix
LXIX	XIV	XCIX	
LXX	XLVI	C	cf. vol. II, ibid.
LXXI	cf. vol. II, appendix	CI	cf. vol. II, ibid.

III.

De excerptis Gyraldinis.

De excerptis Gyraldinis cum aliis locis occasione data egi, tum breviter in voluminis prioris praefatione p. XXX—XXXI. Quibus omnibus locis querendum erat, quod excerpta illa perierant vel erant abscondita. Nunc demum mihi contigit, ut ea ex bibliotheca univertatis Lugduni Batavorum in lucem retraherem, litteris admonitus quas vir doctissimus et liberalissimus Du Rieu, Lugdunensium mss. conservator, olim ad me scripsit.

Quamquam vix sperari potuit ex editionibus typis impressis quae in universitatis bibliotheca modo commemoratae me fructum quendam percepturum esse, tamen alterum volumen huius editionis comparaturus rogavi, ut nonnullae earum paucis annotationibus ornatae mihi transmitterentur. Quanto vero stupore percussus sum, cum intellegerem inter eas etiam Aldi editionem esse excerptis illis Gyraldinis diu desideratis impletam.

Id editionis Aldinae exemplar ex bibliotheca Ruhnkeniana, ut schedula in prima pagina addita docet, in bibliothecam Lugdunensem pervenit. In eadem pagina scripta leguntur:

Collegii Soc: Jesu Ant[tis]. 1599.
D. P.

Quae verba sola satis docent exemplar nos habere, quo olim N. Heinsius usus est (cf. l. c. p. XXXI). Praeterea vero in folio chartaceo editioni praefixo leguntur:

Gregorius Giraldus emendavi
húc codicem ex vetustiss[o] exemplari,
sumpto ab Aenea Gerardino.

Eadem manus ubique in marginibus editionis praeclaras illas varias scripturas annotavit, quarum ab Heinsii aetate expertes fueramus.

Continet porro nostrum Aldinae exemplar excerpta quae Iohannes Livineius fecit, ut nomen viri docti in titulo editionis indicat. Est vero ibi hoc modo scriptum:

Iohannes Liuineius, Can[cus] s.
Petri Leodensis MDLXXIX.
Romae.

Quibus excerptis Heinsium usum esse constat ex editionibus Heinsianis.

Excerpta Gyraldina ita comparata sunt, ut vir doctus praeter scripturas ex vetustissimo libro haustas breves titulos et annotationes ascriberet, sicut ad v. 17 libri primi in Rufinum 'Epicurus', ibid. v. 30 'Noctis filii vide Hesiod'; ibid. v. 45 'Alectûs verba', ibid. v. 189 'Rufini rapinae'; in eadem pagina, in qua postremus versus legitur, supra notatum est 'Rufinus proficiscitur Byzátiú in aulam', similia ubique.

Variae lectiones, quae solae emendationi usui sunt, vel in margine editionis a Gyraldo scriptae sunt vel inter lineas additae. Neque vero vocabula tota vir doctus semper notavit, sed saepissime singulas modo litteras et syllabas delevit vel ascripsit ea parte vocularum in contextu integra relicta, quae cum Gyraldi lectione conveniebat. Ad eas scripturas etiam nonnullae coniecturae manu viri doctissimi exaratae accedunt; nam facere non possum, quin Gyraldi emendationes habeam, quae verbo '*forte*' addito in marginibus Aldinae raro leguntur, sicut In Eutrop. I, v. 49 'inguen forte', ibid. v. 357 'Niliacis forte' cet. Quin etiam Carm. min. XXXIX (L), v. 17 Gyraldus ascripsit 'alter melius legeretur quam ille', quod pro 'illi' male praebet Aldina.

Num praeter titulos annotationes coniecturas supra commemoratas omnia, quae manu Gyraldi scripta habemus, re vera ex vetustissimo codice suo fluxerint, non semper constat. Nam Gyraldus ad singulos quoque locos binas lectiones in margine editionis attulit et ad alteram sua ipsius manu verba 'in alio' subiunxit. Id fecit De Manlii cons. v. 332 'immissa et immersa in alio', Carm. min. XX (XLV), v. 13 'Alba subattraxit, vel altera succrescit in alio'. Similiter accipiendum videtur, quod Gyraldus notavit ad v. 356 carminis prioris de cons. Stil. 'Audolopes al's (? = alius). Cf. cons. Olybr. 39. Con. IV Hon. v. 45 'súť' enarratio videtur, sicut Bell. Gild. v. 428 'adest'. Quare accuratissime semper Gyraldina conferenda sunt cum Lucensibus excerptis, ne praeclarissimo codici manuscripto vindicemus quae sunt Gyraldi vel libri minoris auctoritatis.

In transcursu modo, quod ex apparatu critico facile apparet, commemoro ad nonnullas scripturas Gyraldum accurate addidisse sese eas invenisse 'in antiquo'.

Neque vero iis tantum causis, quas supra exposuimus, difficultas quaedam Gyraldini excerpta satis secernendi evadit, sed etiam variis scripturis, quos Livineius in eodem editionis Aldinae

exemplari ubique marginibus ascripsit. Livineius enim multis locis quibus lectio sui codicis Vaticani, de quo infra pauca diximus, cum codice Gyraldino consentit, ad scripturas ab hoc viro notatas tantum litteram V addidit, ut ea duorum codicum consensum exprimeret. Plerisque locis Gyraldi et Livineii manus facillime discerni potest, neque tamen id semper licet, ubi inter lineas videmus singulas litteras additas vel correctas vel deletas Livineii signo V apposito. Locis enim eiusmodi interdum non intellegitur, utrum excerpta Gyraldi manu scripta sint, ut Livineius tantum V addiderit, an utrumque huius calamo debeatur. Iis locis in hoc volumine meae editionis interrogationis signum uncis inclusum subiunxi; in priore volumine, in quo parando Gyraldina excerpta nondum mihi in promptu erant, illud signum posui, quo loco hoc illo argumento perductus, imprimis excerptis Lucensibus et aliis codicibus mss. respectis, dubitandum esse credidi, an Heinsius in Gyraldinis excerptis notandis erraverit. In iis, quae in hoc capite infra ex Gyraldi excerptis supplevi, me eandem rationem secutum esse qua in priore volumine usus sum, per se patet.

Porro non dubito, quin inter Gyraldi excerpta non pauci loci exstent, quibus vir doctus apertos typographi errores ex suo ipsius ingenio correxit codice non inspecto. Quod quoniam certis argumentis demonstrari nequit, mihi curandum esse arbitratus sum, ut omnia Gyraldi diligentiae debita ederentur iis scilicet exceptis quae iam supra praetereunda esse dixi. Iam vero ipsas lectiones quas excerpta Gyraldina praebent typis mandemus.

Primum dicendum est me olim errasse putantem Heinsium in sua Claudiani editione anni MDCL accurate illas descripsisse (cf. praef. vol. I, p. XXXI). Id neque Heinsius neque Clercq post editionem Burmannianam fecerunt. Ergo ante omnia meum erat ex reperto excerptorum fonte apparatum criticum prioris voluminis meae Claudiani editionis locupletare et emendare.[1]) In altero volumine excerpta habes in ipso apparatu critico. Ex conspectu infra adiecto velim app. crit. vol. I emendes.

1) Ubique totam vocem excerptorum descripsi neque nisi quo loco necessarium mihi videbatur rationem singularem exposui qua Gyraldus in scripturis notandis usus est. In universum eam supra commemoravi. Neque semper compendia a viro docto adhibita typis exprimenda curavi. Ubi voculam hoc illo modo correctam esse doceo, voculam seu scripturam dico ed. Aldinae.

In Olybr. cons., v. 8 Alchenium in antiquo, potentes, v. 21 Alcheniis, v. 35 Audit *in edit. corr.* g *in* Audiit, v. 39 nunquam *in marg.*, relevantibus aÌs (*sic*) *sup. lin.*, v. 61 Sed, v. 80 Hidaspen *corr.* g *in* Hydaspen, v. 104 *qua*] qn, v. 121 *levat*] gerit, v. 125 atrum, v. 141 *Adicias*] Adde precor, v. 146 *app. crit. dele* (? ms.); *nam Gyraldus notavit revera* ṕberét (= *praeberent*), v. 152 *iuvat*] parant, v. 167 *dele app. crit.* (? ms.), *quia Gyraldus notavit* vindice, v. 178 cinctusque *tantum Gyraldus ascripsit*, v. 187 certis, v. 208 omina, v. 213 urnam *tantum traditum est, quare delendum in app. crit.* commendat herilem, v. 223 repectit, v. 225 Ilia in antiquo, v. 253 riget.

In Rufinum lib. I, v. 50 ignave *corr. Gyraldus in* ignavę, v. 69 tuetur, v. 91 In antiquo Acribus, Euripi fulvis incertius undis, v. 101 *In* Tarthesiacis *Gyraldus* h *delevit*, v. 137 Elusae, v. 142 *dele in app. crit.* (?), v. 175 Othrysiis *corr. Gyraldus in* Odrysiis, v. 213 tibi, v. 232 excindere, v. 252 Sinis, v. 253 Sciron, v. 255 *In* Sparthace h *deletum*, v. 260, *cuius initium in Aldina hoc modo legitur* 'Fracta metu medio solus sed' *ita corr.* 'Fracta metu [sese] medio ~~solus~~ ~~sed~~[d]', v. 288 Antęe, v. 296 Chymaerae *corr. in* Chimaerae, v. 325 turpes, v. 327 frontemque secare, v. 332 impavidos *corr. in* impavidus, v. 333 Tendis, v. 342 nexusque, v. 353 Ęstuat, *ibid.* saturatur, v. 356 diroque, v. 366 gemine, *ibid. dele* geminae cessunt g (?), v. 379 baratri *corr. in* barat[h]ri.

In Rufinum lib. II, v. 25 divisit, v. 25 urbis, v. 38 quae, v. 55 calcedonias *corr. in* calc[h]edonias, v. 64 in (*dele* vada), *ibid.* proxixima, v. 81 *dele* testatur, *ibid.* amictu, v. 84 coactae, v. 94 Intera *corr. in* Int~~e~~ra (= *Intra*), v. 96 thalamis primum, v. 187 caedes, v. 222 Elisa, v. 274 caeli, v. 290 Aemus, v. 350 limite, v. 369 natosque, v. 371 extendere, v. 372 flexus, v. 416 victor, v. 427 obvia, v. 467 Plegetonque *corr. in* P[h]legetonque, v. 487 immundi, v. 491 Hos, *ibid.* varios annis ter, v. 523 bratro *corr. in* barat[h]ro, v. 525 qua noctis opacę.

De III cons. Hon., v. 3 cintusque *corr. in* cin[c]tusque, v. 4 Hidaspeis *corr. in* Hydaspeis, v. 46 montis, v. 48 perducere

ro
corr. in perducere, v. 56 Hiperboreas *corr. in* Hyperboreas, v. 70 Alis *corr. in* Alys, v. 82 celsi tabo sordere iuvenci, v. 87 serŏ (*sic*), v. 113 Inpavido *corr. in* Impavido, v. 116 toris,
h
v. 118 Caoniae *corr. in* Caoniae, v. 119 Illirici *corr. in* Illyrici, v. 147 Othrysium *corr. in* Odrysium.

De IV cons. Hon., v. 45 *tamen*] sút (= *sunt*), v. 57 agrisque colonos, v. 68 currusque, v. 69 traditus, v. 70 Servatus,
u
v. 77 sequentem, v. 139 Acclinis, v. 153 lituis *corr. in* lituis, v. 190 Di sidus avi, v. 196 omina, v. 246 furenti, v. 275 explorat, v. 298 negat, v. 353 subis, v. 386 *sup.* iuvenem *add.*
t
Gyraldus uenerem, v. 417 affixi *corr. in* affixi, v. 425 sereni, v. 466 *metitur*] morit' (*sic*), v. 493 placido, v. 623 gruthungi, v. 655 suevus.

Fescennina I, v. 22 Dryadas — *II*, v. 29 flamineo. — *Ad III add. Gyraldus* Ad Stiliconem.

Epithal. Hon., v. 7 fixit, v. 19 Thessalicos roseo (?), v. 35
di
hoc] de, v. 71 armavit, v. 78 constricta *corr. in* constricta, v. 84 iuventas (?), v. 94 panchaia turgent, v. 95 acanto, v. 128
h
Ecquis, v. 133 Ogygias, v. 137 Carpatiis (*sic*) *corr. in* Carpatiis, v. 161 *In* Tarthesio *del.* h, v. 166 *in* Galathea, v. 169 Lotho (*quod legitur in Ald. pro* Doto) *eodem modo* h *del.*, v. 221 quodcunque, v. 237 tradidit *corr. in* tradit, v. 323 Hoc (?).

De bello Gildonico, v. 44 urbisque, v. 60 par Roma, v. 78 contempta, v. 91 victumque Siphăcem (*sic*), v. 98 solutae, v. 224 in (*dele app. crit.* oras), v. 227 *ut*] ac (*dele* simul *et* [?]), v. 238 sit palma, v. 253 Et (*dele* si), v. 257 En, v. 376 texique, v. 382 decernet, v. 387 factu, v. 394 Et quos ipse sinu (*dele* parvos), v. 330 devictos *et* Mauros *tantum corr. in* devictis — Mauris (*dele app. crit.* tumuit fiducia), v. 428 *ad* agit, *quod in Aldina, Gyraldus notavit* adest, v. 428 *doluistis*] meruistis, v. 432 an, v. 467 Omina, v. 474 *ceu*] sic, v. 476 Strimona *corr. in* Strymona, v. 501 arcto ut *corr. Gyraldus in* actoq; v. 515 austris, v. 516 iactatus *nunc legitur, ut videtur correctum altera manu (? Livineii) ex* iactatis, v. 518 sulcos, v. 519 oluia (*sic*), v, 522 flamina *corr. in* flumina.

De Manlii cons., v. 28 credita, v. 29 Hidaspes *corr. in*

Hydaspes, v. 69 Quntaque *corr. in* Qu[a]ntaque, v. 130 *indicat*] signet, v. 171 E ultat *quod sic in Ald. corr. Gyraldus in* Exultat, v. 176 nam quae, v. 203 cirnon *corr. in* cyrnon, v. 219 suffundit, v. 225 *cum*] cui, v. 247 remoto, v. 280 plebi, v. 323 cruribus, v. 332 immissa et immersa in alio (*sic*).

In Eutropium I, v. 49 ~~inguen~~ forte (*sic*), v. 65 Quam, v. 97 quod, v. 154 *Abundanti*] anhelanti, v. 161 primus, v. 171 excelsam, v. 178 Moeroe *corr. in* Meroe, v. 200 Syriam, v. 201 patenti *corr. in* pat[o]enti, v. 311 necdum, v. 337 urbeis, v. 353 iuga, v. 354 Germani, v. 355 advectum, v. 357 Niliacis forte (*sic*), v. 379 chaucis, v. 394 *Ad* Picto *Gyraldus notavit* Brito, v. 401 suspecta, v. 427 auroram, v. 440 Brute, v. 448 adservabantur, v. 449 quécúque (*sic*), v. 457 series, v. 478 fastus, v. 493 geramus, v. 513 *dele* (?).

In Eutrop. II praef., v. 14 aura, v. 40 *iam*] non, v. 41 puppim, v. 49 plangis.

In Eutrop. II, v. 4 duscitis (*sic*), v. 8 omina, v. 24 *dele app. crit.* (?), v. 31 haec, v. 34 *dele app. crit.* (?), v. 83 Bizas *corr. in* Byzas, v. 97 paucis, v. 98 Ancyra in antiquo (*sic*), v. 108 tristisque, v. 111 stragibus, v. 153 Grutúgis (*sic*), v. 170 arvis, v. 176 Tharbigilum, v. 185 *dele app. crit.* (?), v. 196 Gruthungus, v. 215 Praesidet, v. 223 *in armis*] inermis, v. 262 Cursus, v. 264 Mygalaeaque *corr. in* Mycalaeaque, v. 274 populatibus, v. 287 commota, v. 288 grandaeva, v. 339 caenae, v. 382 uncti, v. 399 Tharbigilum, *ibid.* Grutúgos (*sic*), v. 416 Ancyranique, v. 432 Targibilus *corr. in* Tar[big]gibilus (= *Tarbigilus*), v. 465 *Nomen eodem modo correctum*, v. 524 rotatum, v. 533 Altaque, v. 576 Gruthúni (*sic*).

De cons. Stil. I, v. 47 alta, v. 61 Caldaeo *corr. in* Chaldaeo, v. 110 Chúnorum in antiquo, v. 123 Aedonas *corr. in* Aedo[i]nas, v. 148 Nulli, v. 225 Chauco in antiquo, v. 241 Marcomanes (*sic*) Sunnoque docent, v. 251 Gyripis in antiquo, v. 254 Nuba, v. 270 pitas *corr. in* pi[e]tas, v. 287 Nubilus, v. 304 *qui deest in Aldina hoc modo a Gyraldo notatus est:* Quis Briare' aliis numero crescente lacertis.' hoc carḿ hñt qdá, et si nó

ātiqu', v. 309 nube soporis, v. 310 pates *corr. in* pa^{r}tes, v. 331 Romuleae, *ibid.* rediere, v. 356 Audolopes al's (*sic*).

De cons. Stil. II, v. 19 abstes, v. 35 *dele app. crit.* (?), v. 42 *dele app. crit.* (?), v. 50 Nec, v. 66 serena, v. 82 fremeret, v. 106 cesisse *corr. in* ce^{s}sisse, v. 113 foedissima, v. 123 *app. crit. post* nonq; *dele* g; *ibid.* meritum *post* et *interiectum a Gyr. pro* meriti *quod post* quae *in Aldina legitur*, v. 137 Circumligat, v. 155 *dele app. crit.* (?), v. 310 exemplum, v. 330 Hos, v. 342 dolores, v. 350 frena, v. 358 trepido, v. 366 decuit *corr. in* docuit, v. 371 cruentas, v. 374 colla, v. 385 *fasces*] ~~Paenos~~ (*sic! nescio quis expunxerit*), v. 460 torto, v. 471 lutea.

De cons. Stil. III praef., v. 14 Laudavitque.

De cons. Stil. III, v. 59 laurus, v. 62 Euhyus *corr. in* Euhius, v. 100 Libyae, v. 169 Bacchus, v. 204 *dele app. crit.* (?), v. 226 divis, v. 246 rubent, v. 252 Licaste *corr. in* Lycaste, v. 253 silvis metuenda Nicarce in antiquo, v. 275 dum, v. 280 horibiles *corr. in* hor^{r}ibilis, v. 298 ille *corr. in* illę, v. 308 Nicarce.

Pleraque ut vides sunt nihil nisi emendationes vel additamenta minoris momenti. Paucis tantum locis scripturas receperim. Sic In cons. Olybr. v. 121 gerit, Bell. Gild. v. 376 texique, ibid. v. 428 meruistis, ibid. v. 474 sic, ibid. v. 516 iactatis, Cons. Man. 225 cui, In Eutr. I v. 357 *nunc cum coniectura* g *et* II *scripserim* 'Niliacis'. *Ad id me movet qui editores effugit versus Plautinus* Pseud. I, 2, 14 (147) 'Alexandrina beluata conchuliata tapetia'. Porro recipio In Eutrop. II, praef. v. 41 puppim, In Eutrop. v. 223 inermis, etiam Cons. Stil. I, 47 alta.

Postremo addo ex iis quae supra demonstravi elucere, accuratam codicis collationem cum Aldina factam g non praebere neque idcirca opus esse, ut Aldinae editionis scripturas excerpamus. Vide quae infra de editt. vett. exposuimus.

IV.

De excerptis Livineii.

Excerpta, quae ubique in Gyraldi Aldinae exemplari Livineius ascripsit tum in marginibus eius tum inter lineas, non dubito, quin vir doctus sumpserit ex Vaticano N. 1660, qui descriptus

est ex Vaticano optimo N. 2809 (cf. Vol. I praef. XXXIV, 1, XL, Ritschelii Acta I, p. 352, Mus. Rhen. 1874, p. 22). Sunt enim in iis eadem carmina, quae in illo Vaticano libro leguntur; etiam ea, quae in Aldina desunt, Livineius post editionem in schedula vacua relicta accurate descripsit sub titulo *Ex cod. Vaticano.*

Omissa sunt sola carmina in Laurentium aliaque illa minora quae Vaticanus N. 2809 et ectypon eius Vaticanus N. 1660 praebent neque Claudiano tribuenda. Livineium vero ea in suo Vaticano re vera legisse ipse aperte testatus est titulis et primis verbis illorum carminum allatis in fine schedulae, in qua alia descripsit. Iocose postremo addit '*Sed inepta omnia, et pleraque scutica digna. quare nec descripsimus*'. Ne quis putet Livineium optimo Vaticano N. 2809 usum esse, neve speret ex Livineii excerptis veram locorum scripturam quos recentior manus ubique in optimo codice Vaticano explevit, derivatum iri, semper reminiscatur ista excerpta ab eo saepius discrepare, quam discrepantiam Vaticani N. 1660 librario tribuo.

V.

De Scaligeri emendationibus.

Transmisit mihi porro praeclarissimus bibliothecae Lugdunensis praefectus editionem Plantinianam a Theod. Pulmanno recognitam et anno MDXCVI impressam, quae olim viri illustrissimi Is. Vossii erat, antea vero patris eius G. Vossii, ut nomen ab illo ipso in folio chartaceo additum ante editionem iniecto docet. Ubique carmina manu docti cuiusdam correcta vel emendata sunt, quem amplissimi Iosephi Scaligeri fuisse cognoscimus ex iis verbis, quae Gerardus Vossius in libri titulo scripsit: *Multa loca manu Illustris Vir Iosephus Scaliger.*

Eas Scaligeri annotationes si comparamus cum illis, quae Heinsius nobiscum in suis Claudiani editionibus communicat de Scaligeri emendationibus, quem semper fere *virum* vocat *maximum*, *illustrissimum* nomine saepe omisso, deinde cum iis, quae Raphelengius in suam editionem Claudiani recepit[1]), occasione

---

1) Hanc editionem manibus non habebam, sed non nimis queror, nam eius disciplinam satis cognoscimus ex Heinii notis.

oblata a Burmanno notata in observationibus suis ad Claudianum, dubitari nequit, quin omnes illi viri docti exemplar nostrum editionis Plantinianae notum habuerint et ad suas Claudiani recensiones adhibuerint.

Quin etiam timeo, ne in prima Raphelengii editione paranda, quam in praefatione prioris huius editionis volumine iam commemoravimus, Scaliger parum sudaverit, neve nihil fecerit nisi suum exemplar editionis Plantinianae in legendo sparsim emendatum vel correctum officinae Plantinianae obtulit, ubi ad editionem parandam sine certo iudicio excerptum est multis aliunde additis.[1]) Quare Heinsius in praefatione ad Claudianum (ap. Burm. p. 21) illam editionem Raphelengianam significavit 'omnium quotquot sese vidisset optimam, quam Iosephum Scaligerum, hominem illius saeculi praecipuum doctrina ac celebritate nominis parasse vellent', eam quidem 'quam ipse exprimendam curavisset', attamen foedatam 'hic illic coniecturis viri maximi nonnullis, quas in contextum temere admisisset typographus' quasque Heinsius sustulit.

Raphelengium re vera sic, ut ego cum Heinsio contendo, fecisse testatur, ut nonnulla ex multis afferam, Bell. Poll. v. 525, ubi 'suadere', quod Scaliger coniecturae loco in margine sui exemplaris notavit, Raphalengius in contextum recepit: eodem modo ibid. v. 513 cum Scaligero scripsit 'peresis' pro 'perosis', ibid. v. 347 'austris' pro 'astris', quae legebantur in editione Plantiniana; cet.

Scaligeri exemplar Claudiani autem vidit etiam Heinsius primam illius poetae recensionem paraturus: v. 410 carminis de bello Pollentino 'rogant' in ora sui Claudiani codicis Plantiniani Scaliger scripsit, quod eodem loco vidit Heinsius (cf. ed. Heins. ad v. 410). Ad inferiorem marginem p. 160 eiusdem libri Scaliger v. 555 belli Pollentini emendaturus haec quae subiunxi exaravit:

FLAVIA COLONIA cognomine POLLENTIA.
Pervenit ad Flavi muri cognominis urbem.[2])

Plane idem attulit Heinsius a. h. v. tota quidem maximi viri coniectura non addita.

1) Sic facile intellegitur, quare titulo editionis suffixum sit: ex emendatione *virorum doctorum* ex offic. Plant. Raphelengii.

2) muri *correxit ipse ex* muros, urbem *ex* urbis.

Neque latebat illud exemplar Burmannum, qui Scaligerum rescissaque praecisaque (*sic* praecisaque *expunctum*) in margine ad v. 586 belli Pollentini notasse a. h. v. in editione sua accurate testatur.

Ego denuo Scaligeri coniecturas contuli, omisi vero plane eas scripturas quas sicut nos ex libris mss. vel ex editt. sumpsit, nec minus silentio praetermisi, ubi typographi errores correxit. Ut Gyraldi excerpta sic etiam Scaligeri coniecturas ad hoc alterum Claudiani volumen in ipso apparatu critico annotare potui, ad prius volumen, quandoquidem id paraturus nondum earum accuratam notitiam habebam, nunc infra supplevi eo quem dixi modo; hoc loco vero omisi quae iam ex Heinsii auctoritate in volumine prioris apparatu critico attuli.

In Olybr. cons. v. 112 truduntur, v. 166 uindice .v. (*sic*), v. 201—204 *expunxit*, v. 225 Ilia, v. 237 Eurota Spartane, v. 259 terens .v. (*sic*).

In Ruf. I v. 252 Sinis, v. 287 comprehensa.

De III cons. Hon. v. 168 quo, v. 33 Ierne.

De IV cons. Hon. v. 91 Ambo rei, v. 123 commercia .v. (*sic*), v. 182 praesaga obitat, v. 228 ortus (?), v. 330 praetentaque, v. 396 instes, v. 498 avidis, v. 500 largi.

Praef. epith. Hon. v. 12 notant .v. (*sic*), v. 13 gerunt.

Epith. Hon. v. 7 vultus quos fixit, v. 18 torruit, v. 96 prorumpunt .v. (*sic*), v. 131 Sacris — thalamis, v. 212 praesternite.

Bell. Gild. in fine: Aut deest finis aut alius liber.

Cons. Theod. v. 236 diducit.

In Eutrop. I, v. 92 *iam*] cum, v. 153 quem, v. 208 ponderis index, v. 427 Auroram certe, v. 478 fasces (?).

In Eutrop. II, v. 362 motibus, v. 458 ludebas.

Cons. Stil. I, v. 4 Sopierant ‖ triumphus, v. 35 coniecta, v. 156 *hic*] cum .v. (*sic*) ‖ decoris .v. (*sic*), v. 165 *Vel*] Ut, v. 183 quo, v. 241 Marcomirus, v. 318 deiecto ‖ *sed*] sub.

Cons. Stil. II, v. 3 rogante, v. 30 sorori, v. 42 Allectum, v. 83 lacessiti ‖ petiti, v. 171 Aonias — musas, v. 227 lucet, v. 251 Iernā, v. 355 legali, v. 362 tenendum, v. 446 His, v. 450 stabant.

Cons. Stil. III, praef. v. 23 quinos.

Cons. Stil. III, v. 78 iucundius, v. 79 fructu, v. 323 parare .v. (*sic*), v. 330 trahitur .v. (*sic*), v. 338 auras .v. (*sic*), v. 358 iacit.

VI.

De altera manu in editione principe Florentina.

Variae scripturae, quas in editionis principis exemplari, in quo excerpta Lucensia leguntur, ante v. 20 prioris in Rufinum libri (cf. app. crit. a. h. l. et praef. vol. I, p. XXXI) et iuxta praeclarissima illa excerpta post eum locum in libris in Rufinum aliquamdiu altera quaedam manus exaravit (cf. quae dixi in Mus. Rhen. XXX, p. 7), infra a me notatae sunt. Est enim ea manus paulo vetustior quam excerptorum Lucensium manus, id quod docui l. c. p. 5. Quare is qui *ex vetustissimo codice amici cuiusdam Lucensis* suam Claudiani editionem tantum *emendare* voluit, ex eo libro nihil interdum videtur notasse, ubi iam editionis corruptelas manu altera emendata invenit [In Ruf. I, v. 182, 324]. Ergo iam ut scripturas editionis principis ipsas appendicis loco, sic alterius manus excerpta infra proferam.

Praef. In Ruf. I, v. 4 tingerit *ed. pr.*] tangeret, v. 10 nitidis] liquidis, v. 12 rotat (*pro* notat, *quod in ed. pr.*), v. 17 servant] servans, v. 18 regunt] regit.

In Ruf. I, v. 5 Perscriptosque *corr. in* Pe[r]scriptosque, v. 9 iusserit] iusserat, v. 10 porrexerit] porrexerat, v. 11 libraverit] libraverat, v. 12 At (*pro* Sed), v. 19 *ad* nostri *edit. pr. not.* ut veri, v. 41 mediis *edit. pr. in* medio *corr., quare manus exc. Luc.* mediis *denuo correxit*, v. 33 tum *ed. pr. in* tunc *corr., quare m. exc. Luc. denuo* tum *corr.*, v. 56 Iusticia *ed. pr. corr. in* Ius[t]icia, v. 57 in *expunctum (m. ?)*, v. 65 laxare *ed. pr. corr.* la[ps]xare, v. 69 veretur] tuentur *cf. app. crit. a. h. l.*, v. 78 fuderit] fuderat, v. 79 torruit *ed. pr. corr. in* terruit, v. 83 Alterius *ed. pr. corr. in* Alteri[n]us, v. 90 mobilibus *corr. in* mobilibus, v. 91 hirpys *corr. in* h[a]irpys, v. 92 quae *ed. pr. corr. in* quāē, v. 94 tenero perque *ed. pr. corr. in* teneroque per, v. 96 fixerunt] finxerunt, v. 97 Meque etiam tradente dolos] Me tradente dolos gestus, v. 104 maiori *ed. pr. corr. in* maiore, v. 109 fateror vinci] vinci fateor ‖ rabido] rapido, v. 111 scelerum quicquid] quicquid scelerum, v. 114 ille] ipse, v. 124 quo] qua, v. 131 ferale, v. 136 Perfulcata] Persulcata, v. 137

Elisae] elises, v. 138 petit] petens, v. 160 loquutum, v. 165 ruebat] tumebat, v. 167 reductos] reuictos, v. 168 vertit] vidit, v. 172 iussu furiae] furiae iussu, v. 181 crimen] criminis, *in marg. denuo idem eadem manu add.*, v. 182 *deerat in ed. pr., sed in marg. add., signum manus excerptorum add., quamquam certissime constat versum alteram manum scripsisse*, v. 189 ferebat] parabat, v. 193 comulantur] cumulantur, v. 198 tyri] cyri ‖ thyrae] thyarae, v. 211 structa] strata, v. 222 nectit] nutrit, v. 229 teritur] traitur, v. 282 coniugis] virginis, v. 291 tremebat] tenebat, v. 292 regione] dicione (*sic etiam exc. Luc.*), v. 296 siclaeque] sicllaeque, v. 304 diffundit] desudat, v. 308 mouet *corr. in* mouet ‖ receptat] retemptat, v. 312 maeotis orontem] maetin alanus (*sic etiam exc. Luc.*), v. 322 Norat] *sic corr.* Nōrat, *in marg. eadem manus* votat, v. 324 deformius] formosius (*sic notatum ut* v. 182), v. 332 impavidos] impavidus, v. 333 precatus] profatus, v. 335 nudo] medo, v. 343 rapidos frenet] frena rapidos, v. 345 stilico] stilicon ‖ tropheis] *corr. in* tropheis (= tropeis), v. 353 vulnere] sanguine, v. 359 hunc] *corr. in* hunc (= *huc*), v. 360 moenia] milia, v. 361 quantunque] *corr. in* quantunque, v. 371 nec vili] nec ulla, v. 379 uno] imo, v. 381 obunco] adunco.

In Ruf. II, v. 6 exitus] exercitus, v. 10 vexare] turbare, v. 16 impositis] impositi, v. 19 Everso] Destructo, v. 23 fudit] fundit, v. 25 dimisit] divisit ‖ orbem (? *tantum* a [= G] *m. exc. Luc. add.* cf. Mus. Rhen. 1874, p. 4 seq.), v. 26 alia] alii, v. 46 iam nulli] non ulli, v. 48 malis] mali, v. 81 testatur amictus (? *ut v. 25*), v. 90 funesto turbine] funesto in turbine, v. 93 per iura] per rura, v. 96 primum] proprium, v. 132 fugatus] subactus, v. 141 faciem] rabiem, v. 143 archadium mixto] archadium immixto, v. 159 fruatur] fruetur, v. 164 dissimiles] dissimules, v. 169 Hic] Hec ‖ vitatur] dictatur, v. 218 prohibite] prohibete, v. 223 *deerat, add. in marg.*, v. 226 quiescit] lacessit, v. 232 tela] pila, v. 233 furente] furenti, v. 239 quolibet] qualibet ‖ sequemur] sequamur, v. 240 thulen] thilen, v. 259 Humectat lachrymis] Umectat lacrimis, v. 260 supiria] suspiria, v. 278 progressus] digressus, v. 279 macedum] macetum, v. 295 capescere] capessere, v. 451 heu] hen.

Praefatio [carm. IV, nunc vol. I, p. 66] v. 12 Gildonis] et geticam, v. 16 constitnisse (*sic*)] continuisse.

VII.

Variae scripturae editionis principis.

Non difficile est ad videndum excerpta Lucensia, quae sunt re vera excerpta, i. e. priorem excerptorum particulam, non esse accuratam deperditi codicis collationem quam nominant. Sic habes In Ruf. II, v. 112 rhemis, v. 215 Credo, v. 220 omnes una omnes, v. 226 Alternantque, v. 278 progressus, v. 346 nudum, v. 355 senium; Cons. III Hon. v. 59 premia; Cons. IV Hon. v. 71 periculis; Fesc. I v. 15 superior, v. 23 Quod te aestuantes, v. 33 Generis procreator; Epith. Hon. v. 46 nunquam, v. 152 nivieae, v. 332 fidelissime; Cons. Theod. v. 7 Hanc tamen, v. 26 pepere, v. 67 praecepta, v. 80 mane, v. 157 animique; In Eutrop. I, v. 133 Lecte (*sic*), v. 204 Ciliciam; In Eutrop. II, v. 50 quia, v. 66 advoluit, v. 102 moaedos, v. 241 piscidae cet. cet., quae omnes scripturae in editione principe leguntur, sed ex G non emendantur, quamquam certissime dici potest eas in G non exstitisse, quandoquidem plerumque vitia sunt, quae editioni sunt peculiaria. Quae cum ita sint, in apparatu critico lectionibus editionis principis non erat locus.

Fieri potest, ut ea editio plurimis locis cum G conveniat, quibus varia lectio non notata est, praesertim cum etiam altera excerptorum G particula, quae praebet totum codicem descriptum, multis locis cum V 1 consentiat, ad cuius classem etiam editio princeps referenda. Tamen ea conclusio tam infirma et incerta est, ut pro fundamento artis criticae lectiones editionis principis per se non possint haberi, nisi totam velimus emendationem titubare. Id eo accuratius observandum est, quoniam alii codices iique ex parte praestantissimi, sicut Vaticanus, multis locis valde discrepant a contextu editionis principis.

Attamen iis qui in Claudiani emendatione mecum laborant ne quid videatur deesse, variarum scripturarum indicem quae inter meam et principem editionem intercedunt, subiungere dudum constitui, quem doctum extraneum non satis celeriter sibi habuisse voluntate quadam nuper vidi. Sed tales indices uno scilicet loco dari solent neque priusquam totum opus perfectum est. Cum vero per se editio princeps omnino nullam auctoritatem habeat, tantum ea carmina collata sunt, ad quae excerpta notata exstant.

Cons. Olybr. et Prob.

v. 4 surgunt
9 Auniadae
11 pavorem.
[Cf. *app. crit. ad v.* 11.]

In Ruf. I, praef.

v. 1 Phoebaeo || phiton quum
2 cyrrhaeo
4 tingeret
7 spaciosis
10 Cephisus
12 notat
14 coennt (*sic*)
15 phitone
18 Iusticia.

In Ruf. I.

v. 5 Perscriptosque
9 igne
11 Littora
12 quum
15 Relligio
16 vacuo || semina currere
20 Ruffini
22 queror
25 stimulus
26 quum
27 tetra
29. herebi || quascunque
30 foetu
33 moerens
35. *quem*] quoi
37 avariciae
43 humeros
47 corrupit
49 nequicquam
50 *nimis*] minus || celo iuppiter arcet
51 Theodosius
53 Cunque
55 delapsa
56 Iusticia
57 in carcere
61 discrimine
65 laxare
69 tuetur
71 quam flammine (*sic*)
72 timor
75 prophanus
v. 78 Illicitumque
79 torruit
80 *Et*] Haec || artus
81 athamantaeae
83 Alterius
83 thedae
84 Oedipodem
90 mobilibus || foeta
91 Acrius || *Euxini*] hirpys
92 Ruffinus || *quem*] quae
94 tenero perque
96 fixerunt || *ora*] membra
97 artemque
98 *minaces*] nocentes
100 fraudem
101 tarthesiacis
104 maiori
105 unanimes
108 pilades
109 rabidoque
111 quicquid
114 ille
115 Caedet
116 prophanas
118 ceruleo || connexuit
119 phlegetonta
122 ales
123 littus
124 *ubi*] quo || ulyxes
125 novisse || silentum
133 *urna*] unda
136 Perfalcata (*sic*)
137 Elisae
138 petit
139 tunc
140 Ocia || Ruffine
141 armis
142 donent
143 toti
149 Imperat
150 succi
151 quicquid
152 vernant || gramine
154 litavi
157 Quanvis
158 flumina
160 loquutum
163 methallo
164 Illecebris
165 intuitu *tumebat*] ruebat

v. 166 quum
167 reductos
168 *vidit*] vertit || tunc || minus
170 quocunque
172 Aeoas || iussu Furiae
173 Instabilesque || Synplegedas
174 Inclyta || Bosporus. || *urbe*] arce
175 Odrisiis || discriminat
182 *deest*
183 At || veluti
184 undatem (*sic*) || quanvis || Istrum
186 *meat*] manet
187 quoicunque
189 Ruffino || *parabat*] ferebat
190 faecundus
191 a vitis (*sic*)
192 haeres
193 comulantur
196 utrunque
197 Lidia
198 Iungantur || tyri croesique thyrae
199 saciabere
200 quicunque
202 seranus
203 tenebat
204 augustior
207 succos
208 saturantur
209 *hic*] et
211 structa (*sic*)
217 simplici
219 Non || non
220 predaeque
222 Cogendive
223 Blandiciis
226 Getuli
227 Partus
229 nunquam
230 caesa
231 extinxisse
232 extinguere cives
234 *perimit*] mittit
236 scaevior
239 caetera
241 Syrius
242 Ryphaeo
243 *avidae*] nudae
249 exul

v. 250 posset
252 Isthmiata
253 Scyron || Sylla
255 Sparthace
256 Ruffino || amens
259 Stiliconis
260 *solus*] sese || *de*] sed
264 Hic || hic
266 regna
268 caedebat
372 illisa || circumsonat
273 pene
274 humeros
275 ceu sidus
280 gorgona
282 *virginis*] coniugis
285 eleonaeum (*sic*) || sylva
286 Archadiae
288 Libiae || Antheae
290 Lerneamque
292 quicquid || *dicione*] regione
295 aequabat
296 Siclaeque || Chimerae
300 praelia
301 At
302 primos
303 urbesque || *ventisque perustis*] mēbrisqȝ i perustis (*sic*)
304 diffundit
308 Iam gentes Istrumque
309 traxitque
312 Masagetes || Maeotis Orontem
314 Ruffino
315 quum || Geticus || dextera turmas
318—319 proditor ille Impius
321 Hunnorum
324 Tanaim || deformius
325 *alit*] habet || tristes || obscaenaque
326 caessura
327 fratresque secare
328 Ludus
329 biformis
331 nobilitas
332 impavidos
333 ferrumque praecatus
334 Hemo
335 *Medo*] nudo
337 Pangea

v. 339 quaercu
340 Hemi
342 nexuque
343 rapidos frenet
344 urgere
345 Stilico
349 insiliit || fugantes
350 Stilico || agebat
353 Extuat || saciatur || conus
354 multoque
355 malo || moestam || deprehendit
356 Iusticium atque prior diro
358 *et*] en
359 hunc
361 Ruffinus || quantuuq; (*sic*)
366 geminae cessant || Libra
368 *demens*] clemens
369 dabit iste tuus
374 subiget || *qui*] et || proteret
376 fontemque
379 uno || baratri
380 Tunc || tunc
382 Findetur
384 *oleique*] olimque.

In Ruf. II.

v. 2 parentum
4 Stilico
6 exitus
7 Ruffinus
16 impositis
19 solatia
22 remittat
25 dimisit
26 alia
28 Frangunt
31 Argeus
32 Alis
34 coris
37 predaeque || frondisque
38 qua
39 adriacas
41 que
46 Mysorum
47 solennis
49 Heuheu || causis
52 romona
54 dicitur
55 Calcedonias
59 hii

v. 60 Hi
62 Exultatque || summoque a culmine
63 certamina
64 cerula
67 Nec
71 Praeceptis
72 abnegat
74 potestas
76 Stipatus || armenta
79 pectore
81 Assimilat || amictus
84 Lacii || togaeque
85 Moerent
87 dolores
89 Exiciale
90 Mortis || erat
91 lachrymis
92 Ruffinus
93 post iura luens
94 Inter
95 Stilico
96 thalami || genitalibus
97 thaedas
98 praelia
101 Stilico || Zephyrus || quum
103 tranquilla in pace locatis
105 aeoaque
108 Illic || vibratae
109 Fervida
112 rhemis (*sic*)
120 Xerxem || sequutus
122 quum
125 tremens
126 Planiciem
127 duplici fossa || exuperabile
128 locatum
129 spetiem || claustra
130 exanguis || Ruffinum
131 terrore
132 fugatus
133 tantos
134 methalli
137 spacioque
138 peste
141 faciem
143 Archadium
145 Aetherei
146 Stiliconis
147 manus

v. 148 quicquid || ligat
152 vendicat
153 *deest*
156 quascunque
160 tentat
164 dissimiles
167 umbras
169 vitatur
170 exortas
171 Stilico
172 spacii
181 Oethaeum
187 clades
189 Archadiae || arces
191 Cecropias
198 Maeror
206 nundum || saciata
210 nullo
211 Phaeton
212 Quur || Ruffinum
216 Credo || cladibus
217 aeous
218 Parcendum || prohibite
219 Ruffinus
220 omnes una omnes (*sic*)
222 illisa || Coris
223 *deest*
226 Alternantque || illaudata || *lacessit*] quiescit
227 moventur
230 stricto
232 tela
233 furente
235 Nan (*sic*)
239 sequamur
240 damnatum
243 Littoris || Hidaspem
244 littora
246 quocunque || Stilico
247 Hic || qnaeso (*sic*)
248 Atque quidem differte
256 maesto || sylvas
259 Humectat lachrymis
262 tradisne
263 *probavit*] paravit
264 faelicior
266 chara
270 hūnis
271 implacatis || praestabit
272 Quanquam

v. 273 Tantane(*sic*)gestandi || penuria
274 culmine || coeli
275 Stilico
277 longe
278 emoniis || progressus
279 Macedum
283 plebe
284 Proderit || in cautis
294 Ruffino
295 *ratus*] intus] || capescere
298 vincere
302 Stilico
303 interstrepat
305 illic || tenta
307 monumenta
308 nam
317 imphame
319 Ruffino
320 Illicitum || dixisse || dilecta
321 amiciciae || connubia
325 pigrasque
326 aeger
330 Prosurge
331 labori
335 fixi praesagia sensit
336 Hemum
338 Ruffini
339 Prosiluit
342 Inscribi
343 salutantum || praelia
345 foemineo || gestabat
346 nudum
347 ambirem ardentes
349 Planicies || nan (*sic*) || caetera
350 eximio || dirimit || tramite
351 fulgida ferri
353 illinc
354 praessis
355 senium || mutant
356 tremulos humeris gaudent || colores
357 formatque || calybs
360 methallo
361 Parvestitas
362 movent
363 Et iusso
367 seq.
Ruffinus sequitur qui fallere cuncta solebat\Callidus affatu devotaque brachia laudat

v. 369 notos patresque
370 Nunciat
372 *flexus*] amplexus
376 sylvas
377 littora
384 Quum
387 patiar ne
391 Dirriguit (*sic*)
392 lenaque
393 mucrone
394 montes nuper
395 exul
396 Vulneribus
399 Despicit
401 erecto
402 Appetit ‖ Stilico
404 fatus ‖ meritoque
405 Foelix
406 libraverit
407 fodiunt ‖ nefandos
408 Dilaniant ‖ pila
410 vultus avidos
412 humerum
415 spacium
416 vix tum
417 cadit
418 quum
419 Moenades ‖ Acteona ‖ coruu (*sic*)
421 credas
422 speras
423 Supliciis
424 age dum ‖ Ruffinum
425 Otrisiis
427 undique
433 certant illidere
436 Dextera ruum (*sic*) etiam
437 poenasque
443 Quouis (*sic*)
445 poposcit
446 nequis
448 caedentia
449 extruxit
450 Sydonio ‖ credidit
451 *en*] heu
455 Emolitur
459 iudicis
461 Collectae
463 cinctae
464 punicis (*sic*)
v. 465 velant
466 in faustis ‖ conciliatur
467 Cocytus ‖ flegetonque
468 lachrymas
470 sinistro
471 Cocycia ‖ fundit
472 fletu
474 ubi
475 honor
476 Perturbat
479 mali mox
480 Rhaedamanthos
480 congesta
483 trunculentos
487 imundae
491 Quos ‖ varios amnes
494 negocia
496 Ruffinum
497 *imo*] uno
498 *labes*] clades ‖ insaciabilis
499 praecioque ‖ ausae
501 arctori (*sic*)
502 Quouis (*sic*)
503 *sinus*] suus
505 vitiisque
507 lubet
508 lapsus
510 Arescat
513 Ruffine
515 inconcesso tycius
516 iungantur
523 herebum ‖ baratro
525 quo ditis opaci
526 penitusque ibi mersus
527 ferunt (*sic*) ‖ littora

De III Hon. cons. praef.

v. 1 foetus
3 quam germine
9 Degeneres ‖ visus
13 haeres
15 tentatum
18 chelis.

De III Hon. cons.

v. 2 rama
4 Hidaspaeis
8 Aeoo

v. 9 plebique
14 regimen
19 sylvas
20 munus
22 signa
23 Eximiae
24 proelia
25 Istro
26 Arcta (*sic*) ‖ patrem
32 brachia
34 Tunc
41 Ocia
45 transnare
47 Planiciem
50 spergere
51 Quodque
52 numerat (*sic*) ‖ littus
53 inpervia
54 levis movors
55 sequutus
56 Hiperboreas
59 virtutum ‖ premia
60 ocyus
65 pro longi
66 exul ‖ urbes
68 mollitur
69 quascunque
70 Ephriates (*sic*) ‖ Alis
71 Arabum ‖ Moedi
72 Phasim ‖ Nyphatem
78 quum
81 Getulo
82 terga absorbere
85 pietas rudibus ostentat
87 Imperim (*sic*)
89 fatis
96 quoi
97 armatus hyemes quoi
102 scelorum
107 et
108 oneri venturo
109 reddere
113 Inpavido
114 Orphaeis
116 choris ‖ Enipheus
117 loquutae
119 littoris
124 Phaetontaeas
125 Rosida
127 *puerisque*] piumque
v. 128 quum
129 vehere (*sic*)
132 vinctum ‖ rodiare
133 Fervet
135 sepes (*sic*) ‖ belli
137 cōminus ‖ hurrida (*sic*)
139 tumens
144 Stilico quoius
145 praelia
147 Othrisium
148 daematicas
149 Ryphaeaque
150 glatie ‖ Istrum
151 Sic age
155 thedas
157 foetus
159 Tiphoeus
160 Undis ‖ Tityus
161 Encheladi
162 Stilicone ‖ loquutus
164 lumenque
165 Arcadis ‖ pervolat aures
173 partes ‖ *ipse*] esse
174 stelis ‖ moveri
175 aethereum
178 Furtunate ‖ quum
179 quum ‖ prodivior (*sic*)
180 ignes
181 quocunque ‖ flectis
183 iunctas
184 methallo
185 avaricies
187 non
190 Debentur ‖ quicunque
193 Borontes (*sic*)
195 Pyragmon
200 poterat
203 pallescere
204 disperdere
206 superare
207 archanos ‖ deprehndite
208 bactri
209 quicquid
210 preciosas ‖ *conchas*] pompas

Praefatio (*IV*) [nunc vol. I, p. 66] *legitur ante carmen de Bello Gildonico.*

v. 7 Castallos (*sic*)
12 Gildonis

v. 13 Stilico ‖ ocia
17 praelia
18 Othrisias.

De IV Hon. cons. Vide infra.

Fescennina.

I, v. 1 certior
9 Lidia
10 Tum quum
12 Luduntque
15 superior
16 spernit
17 Damnat
18 Quum ‖ labore
20 Syrium
22 Dryades
23 Quod te aestuantes
24 Naiades
28 servicium

II, v. 3 herilis, v. 6 campis, v. 4 *et* 5, v. 9 *et* 10, v. 14 *et* 15, v. 19 *et* 20, v. 24 *et* 25, v. 29 *et* 30, v. 34 *et* 35, v. 39 *et* 40, v. 44 *et* 45 *in unum coniuncti sunt*

v. 13 Mintius
14 helecriferis (*sic*)
17 Tybris
18 Demumque
19 septem geminas
21 Iberi
22 Fuit
24 foeta
31 vireta bethem
33 Generis procreatur
35 undis
37 *ante* v. 38 *legitur*
38 locentur
42 Cori

III, v. 2 Stilico
4 teda
11 Stilico socer est pater est Stilico

IV, v. 3 *pudor*] timor
4 lachrymas
5 cōminus
6 Iam pacata
18 nectice
19 esculus
22 assiduo ‖ mutuis

IV, v. 23 animum
25 careat
29 praelii
32 Exultet.

Epith. Hon. praef.

v. 1 quum
3 Quum
5 Preberetque
9 Terpsicore
10 mollis ‖ cohros (*sic*)
12 Quom ‖ congnita
13 favinique (*sic*) ‖ craton
15 renatus
16 exactos
17 ptrahit
18 tentavit
21 foelix ‖ Olympho
22 Othris

Epith. Hon.

v. 2 pronaque
7 vulnus quod ‖ medulis
10 Inuissae (sic)
11 Praeperat
12 quicquid
15 volvere
16 Scytia (*sic*)
18 idem
19 Tessalico roseos ‖ pectine
20 Haec etiam quaeritur
23 moremque sequutus
24 thalamis ‖ nuncia
25 Laeva
27 connubia caerae
28 thedae
29 patrisque
31 fastigia
34 Stilico fateor
35 hic
37 Quoi ‖ foedus
39 quoi ‖ haeres
43 Flacilla
44 tradis
46 nunquam ‖ quaestu
48 Nuncius
49 ionium cypreae rupis
50 Pharumque
51 Protheos ‖ despectans

v. 52 candentes
54 ventrique
55 Exulat
56 fudit
57 methallo
60 prata
61 Perpetuum
66 mitant (*sic*)
68 platani platanus
71 phama ‖ armavit
73 aevo
75 Aedidit
77 caetera
80 lachrymaeque
82 Iocundique
83 Hos ‖ Iuventa
86 Permittant ‖ sylvaque
87 extruxit
89 hiacinthi
90 Berillo
94 Pangeaque surgunt
95 costo
96 *rivo*] succo
97 dilapsus
99 Cesariem
100 levaque
101 hymbres
103 Multimodum ‖ erat
104 orbis
108 quocūque
111 praelia
113 Sydonias
114 Tytana
119 Sis
120 preclara
121 Phama
122 choros ‖ natum gremio ‖ refovit
123 crinis
126 lumina
127 littus parvos affatur alumnos
128 Ec quis
130 nunquam
131 pernitius
132 circuntonat
133 Ogygias ‖ quicunque
135 sparsi diversa
137 Carpatiis
140 non
142 precium

v. 144 prorumpit
145 velabant ‖ brachia
146 Aspera
147 per
149 simatur (*sic*)
150 Bellua ‖ Tum
151 antro
152 nivieae (*sic*)
153 volucrum
154 omnis
155 domos
156 Leuchotoe
159 Necnon
160 tritone ‖ volutam
161 carchesia
162 rapturus fonte
163 ceruleae ‖ leaena
165 onerant connubia
167 spathale bacchis
169 coralia clothe
171 nuda venenerem (*sic*) ‖ caterva
172 sequuntur
175 quum
177 Stiliconia
178 Victricis nos spem patriae
179 ad tristes quum ‖ Achivos
181 fretis ‖ orbis
183 lanigeris ovis
184 spissatu
185 rarescunt ‖ *Alpes*] hymbres
186 Laeticiae
196 festumque
198 terribilis
200 Confundant
202 Hymeneae
204 quocunque
209 aspergere
210 Floribus ‖ adolere
211 luthea
212 Sydoniasque
219 Quicquid
220 Quicquid ‖ inumeris ‖ Stilicone
221 quodcunque
224 Misit Achimenio quicquid ‖ Moedus
225 Quum
229 chori thedasque
232 pudiciae (*sic*)

v. 234 quaecunque ‖ Thratius
235 Mithylenaeo
237 Nemosine ‖ tradidit
238 Quum ‖ iocundior
240 numenque
242 niveo
248 maturo
249 spacio
253 soboles
254 aedes
256 transnasse
257 patiare
262 quanvis
264 quis
266 crinis
267 vincti
268 pudorem
270 humerosque
272 *signare*] ditare
273 Quur
274 mollitur ‖ Boetes
276 O digno
277 Ister
278 Nomen ‖ populi
279 Sicambros
280 Atlanthaeosque
281 dotabere
284 amictus
285 accommodet
286 sacra
287 Preradiant
291 Curvuta
292 amnis
293 accensus
296 Exultat ‖ *circa*] iuxta
301 colis helisias ‖ premia
302 Stilico
303 connubia pensant
307 quoi ‖ quoi
309 Dicere possemus ‖ praelia ‖ Hemo
310 cruentarent ‖ Strimona
314 disilit
316 quem
317 tantis quae
318 quicunque
319 Hic ille est Stilico ‖ te
320 speties
322 quicquid
325 Canicies
v. 326 Contigunt ‖ gravitas senii
333 fidelissime
336 vincere
341 considet.

De bello Gildonico cf. *app. crit. initio* et *praef. vol. I. p. XXXII.*

De cons. Theod. praef.

v. 1 Talia
3 actam
8 exultat
11 spacium quum
13 utrinque
14 aeois
16 phituis (*sic*)
18 nobis
20 quicquid

De cons. Theod.

v. 1 precium
2 fascibus
6 exalta
7 Hanc tamen
12 rursus
16 utrunque
19 tunc
25 nota
26 pepere (*sic*)
28 Macedum ‖ condita Pelle
29 Hidaspes
32 quum ‖ Porri
34 Malluit
36 Aeloquio
37 loquutam
39 quicquid
40 Quicquid
41 solertia
42 excitus
45 quum
47 quum
48 *sumpsit*] fudit
50 ispano
53 celer ‖ iberus
56 quodcunque
57 Occasus ‖ quodcunque
59 spaciis
64 quodcunque
66 ocia
67 Cecropae (*sic*) ‖ praecepta senectae

v. 69 perducant agmina
71 confundit
73 rursusque
74 amiciciis quicquid
75 *damnat*] clamat
80 *inane*] mane
85 servare
87 Quicquid ‖ quicquid
88 Cleanteae
89 quodcunque
90 Quicquid
94 achademia
97 donandis
100 At
102 Implerentque
103 quur
104 variisque
105 sidera
106 lucisque
109 hymbriferas ‖ creantur
110 flabra
111 Excutiant
113 anchora
114 facunda
115 Ocia
116 Quum ‖ aethera (*sic*)
117 Iusticia
118 lymbo vellata
120 Chele
121 quacunque volant
125 plaustris
126 aethereos ‖ in pulvere
127 Quospia (*sic*)
129 soli causisque
130 Deffectum iuducat (*sic*) numeris
133 veneratur
135 Tunc ‖ Mali ‖ syncera
137 methallo
144 potuit multis
145 meritis
147 regit
148 an abstrusa
150 sequutus
151 aeoas ‖ urbesque
152 moedo
153 Sparthanis ‖ prestare
156 midam ‖ Lacedemona
157 animique
161 Premia

v. 162 Stilicone ‖ quae pertulit
167 Obtundit ‖ fratres amplexa,
170 in valido
171 Exultat ‖ cuncta
172 Linquimus
173 redi
176 nunquam
179 gleba
180 qualis
181 Terribiles
182 dessueta ‖ tentabo ‖ cerula ‖ victor
183 ut cunque (*sic*)
189 quodcunque
190 Iusticiae
191 fedo detergis
194 hyberna
195 consertos
199 Quatuor
200 Tyberimque
201 Lydos
203 smirna
204 quicquid ‖ fuditur
205 limina
207 spacio ‖ hyemes reliquit
209 exurgit
211 negocia
221 Quinetiam
223 horrendum
225 prestare ‖ quum
227 diis
232 extat
233 nullas
234 rapidus
235 saevi
236 hostia Gangem
237 lapsisque
238 sylvas
239 docet
244 tentare
245 Mens privata
246 putet
247 fasta iocunda modesto
250 media
252 Orphaeos
254 partes
259 pater
261 Crescite
265 Stilico
270 Nuncia

v. 272 Concinuitque
273 riserunt
275 axes
279 *deest*
280 Et ‖ *libet*] novos
285 quicunque
286 Betim
287 Thagi
288 Alcidem
290 helaeo
293 Amphitheatriali (*sic*)
294 *colla*] corda
296 foetus
298 molle ruentes
301 Cybelle
304 quum
305 corrupit
306 Hi
307 Quicquid ‖ Getulia
308 quicquid ‖ siquid
309 Sylva timet
310 consument
311 nostra
313 quoi
314 Quoi ‖ chelis
315 cothurno
317 modulatus
318 Intonat
319 concitat
320 iaculantur
321 aedificant
322 augmentatus in artem
323 Emicet ‖ uinctus ‖ curribus ‖ haerens
324 figat
325 paegma
332 immersa
337 haeres

In Eutropium I.

v. 3 loquutus
4 hyemes
6 binasque polo
8 caesserunt
10 effoeminat
12 solers hetruria
13 auruspex
14 portendant
15 tentat
16 miscero (*sic*) ‖ ruptoque
v. 17 Rursus
20 aras
22 Prodigio
23 nobis
24 Haec
29 Des ‖ quemcunque
33 heros
36 *deest*
37 poenituit ‖ precii
39 Mansit
40 speciem
42 sumisit
44 Coepit saepe tamen
49 *fecundum*] secum dum
56 extat
58 commertia
61 in illis
62 pelicis
63 Aristaeo
64 quum
65 Quae genuit
66 Ptholomaee
72 Foemina ‖ consenuit ‖ connubia
74 nititur
79 omnesque
82 sub turre
84 precio
85 nec
86 leniterque
87 mandare susuro
91 *Et*] E ‖ quum ‖ refundit
96 quanvis ‖ longeva
97 retinet ‖ quos
98 Hic ‖ quumque
102 heri
104 nutritoremve
105 aeous
108 quum ‖ proiiceret
110 lassata
112 finditur
121 Luxuriae ‖ quum
122 preberet
123 maties
126 cespite
127 cedere
133 Lecte (*sic*) ‖ ferroque ligat
135 quum
136 scabiae ‖ demisit
145 traxere
146 obrepere

v. 150 Servicii
152 Quoius
153 Obscure
154 aeois
155 Exicio || perduxit
156 thalamis
163 repentor (*sic*)
168 Direptas
169 exilio
172 nota || possunt
178 exulibus
180 cedibus || amon
181 quum || surgit
183 tetrior
184 colla
186 Quem
188 natisque
189 Insimiles
190 pejus
192 numeros
193 aviciam
194 poenum || negleta sueverat arte (*sic*)
195 *nunc*] nec
196 quicquid || hemo
201 Bithynios || domi || sufixa potenti (*sic*)
202 preciis
204 Ciliciam tenuisse
205 parum durae solatia sortis
207 certantum (*sic*)
209 *nutat*] vertit
210 venisse
211 quod
214 fluerent
215 haeredem
219 Necnon || questus
220 merces || Sophone
222 ducasne
224 erit
227 *urget*] coget
229 olita (*sic*)
230 negocia venit
232 quodcunque
233 Foemineas
234 nequa
235 ignominie ne
237 Aggrerat
238 adversaque risit Ennyo
239 aeoum

v. 242 Alloquiturque || quum
244 populantibus
248 Argei || sylvis
250 *seruit*] fervet
251 vertit || predae
253 potuit || ruboris
254 sequuntur
262 nequiciam || fictis || praelia
265 Caedere
267 ineptas
268 Detergit || lachrymas
272 pertentas
274 Tu telas || nosse
275 solers
277 Cybellem
278 Cylenaeos
279 Cimbala || pectus illidere
280 abscidere (*sic*)
285 Flagitat
286 acies
290 Cantatur
291 Thebes] labes
292 Ericthaei || coena
297 quicunque
299 cothurni
300 quum
301 Exangues || onerare
302 Inductoque
304 adridens || precioso
309 dominus || lector
311 Quem nondum
315 Tyresias
317 Obstupuere
320 foemina
326 Eunuchi — dei
327 intrat haec
330 prophani
333 Hyppolite
334 Penthasilea || Chartaginis
336 Foemineus
337 *urbes*] arces
340 neu
341 Mollicies
342 tibi || percita (*sic*)
345 sernire (*sic*)
348 *veluti*] sicut
349 corvo certante ligustris
353 *iuga*] vada
355 aduetum || sylvis
356 quicquid

v. 357 *quod*] quae
358 Subiicit
361 sceleri
366 Quodlibet || truditque (*sic*) nefandum
367 Quicquid
370 premia
371 aeoum
378 Stilicone
379 Caycis
381 leges
383 Sicambria
384 poenae
385 lachrymis || exultat
386 descendente
389 masilla
391 Tunc || possum
392 longinq̄ (*sic*)
393 *Picto*] brito
399 receptam
400 aeoo robore mavors
404 Rhodano Tyberina per hostia
405 Cynipheisque
406 Pyreneique
407 iberas
408 Horea
410 (scit Trabraca)
411 quicunque
419 progressa
420 spondere || tantum
421 servet
422 *a fronte*] a sorte
424 puppim
427 aurora certe est
429 qui belliferam
433 extitit hereat
434 alis || contemtor
436 Tybris
437 dendatis
438 repetit
443—445 *ante v.* 439—442 *leguntur*
441 Narcisisque
442 fratri
443 hetruria
445 Mutius
447 transnavit Coclia Tybrim
448 observabantur
449 quicunque
451 Infensi

v. 455 Scipiade
456 Mercelle
457 qni (*sic*)
458 sepulchro
466 foemineas
468 Execti || stimulos
478 Aristei fastus || herile
481 fotino
484 manebunt
485 nostrae
486 Regalisque adverte || accipit
491 Omnia
492 feramus
494 aut quae connubia
495 Aut — laturus ager
499 ritu
500 Stilico || differt
502 Laeticia || cadet
504 *Annuis*] Animus || eurus
506 iaculis hastisve
509 Quum
511 aciem
512 incoeptis immobile
513 addictus — enses.

Praefatio in Eutropium.

v. 2 rursus
3 tarde
6 saciata
8 ille
9 Illicitas
10 exilium
12 honor
17 atie
18 pereant
19 carthae
21 foeminea || arte
24 Pelice
25 largo de pulvere
26 lachrymis || auile (*sic*)
27 substratus
29 In numerum || heri
31 Quanvis
32 dabat || precium || lingua
36 aeous
37 qnur (*sic*)
48 Eunuchus populi
52 littore
54 terris — erit
55 terebis

v. 57 Bizantius
58 extuat (*sic*)
59 Emeritam
61 dextra
64 pudiciae (*sic*)
67 teneant ne te
68 fallerere (*sic*)
72 Inclyta
73 Venturum
75 eunuchis tendit ad actus

In Eutropium II.

v. 1 aeoi
2 certe
5 chorum
6 vella
7 errores
8 lachrymae ‖ nostri
11 obrupta (*sic*)
12 medulis
16 quis funditus humor
18 Arescant fons ille
19 secure vivere
21 Cyprus
22 exul ‖ nos
24 *axe*] alto
25 caverne
27 Calcedona
28 Bosporus
29 Concuscere (*sic*)
30 rursus semiplegada
31 premittunt
34 victo
35 Hinc ‖ hic
36 quouis (*sic*)
37 Consttit (*sic*) ‖ incumbens
41 hymber
45 *sine*] sint
46 facifici
50 *quam*] quia
53 lucro
55 fascis nec dum
56 quoi
58 cesisse
60 scelera
66 advolvit
68 presidium
72 hic
73 Hic
76 haec ora

v. 81 Convivant ‖ praelia
82 *patitur*] pariter ‖ certius
83 Bizans
84 fecere ‖ plausu
94 *nihil*] niti (*sic*)
96 gramina
97 solenne
98 amphyra
101 laude
102 victos ‖ moaedos (*sic*) ‖ *Indumque*] nilumque
105 pangea notis alteque
106 et ‖ hemi
107 Foemineasque
108 tristisque
111 *stragibus*] cladibus
112 molliciem
113 aeoae
114 *Saccula*] Scelera ‖ Argeus
115 Extuat ‖ etiam nunc
120 qualis
121 ocia
126 Stilico
127 Tybride
134 non ‖ musant
135 Non
136 Bizantinos
138 Quicquid ‖ virilis
142 remeatis
144 lachrymis
147 Macedumque
148 ingentes ‖ sepultas
150 summe
151 Ryphaeis ‖ hospes
153 Grutungis
161 quum
162 Hemusque
163 Ingeminat Rhodope magnum
165 exanguem ‖ istrum
167 Tellum ‖ iactabile
169 contempta
170 *arvis*] oris
173 fleverunt ‖ Dindima sylvis
176 Trabigilum ‖ aulae
179 *quae*] quē ‖ suadent
181 simulante
185 mythra radiante
189 quam
194 *iam*] i
196 Grutunnus

v. 200 pulchreque
201 Tessalides
203 Istrum
206 *Quid*] qd
207 Pretentas
208 Iusticiae
209 quom ‖ *inultus*] multus
210 Quom
211 figebat
213 Vigerent ‖ rupit
216 Possidet Illyricos
225 sequuntur
229 Quum
231 infernas
232 sepulchro
235 viderit
236 Invitatque
238 quaecunque
239 Bithynis
240 utrique
241 lydi piscidaeque (*sic*)
247 Thini
250 Gesaque
251 alim
255 libycis
256 quum reddidit umbra
258 Celenas
259 hic
260 methallo
261 Haustrum
262 Dindima
264 hostia
265 littera
266 Marsia Meanderque ‖ Marsia
268 Meandro
270 Planicies
271 extollit
272 preciosaque
273 caedit ‖ Symada (*sic*)
275 urbes
276 facilesque
280 thyasos ‖ Cybellae
285 Obstupuere ‖ Choribantes
287 genitrix tunc sic irata
288 longeva
289 Phrigiae
291 lenti
292 Meandri passura
294 Paret (*sic*) finitimus
295 imploret ‖ tyrsos

v. 300 Berecinthia
302 ululantibus atys
303 lachrymis
304 nequeat quanvis
306 regnique minasque (*sic*)
307 *latronum*] ad sontes (*sic*)
308 *Ad sontes*] Latronum
311 Quum
316 Quae
318 predae
323 cesisse
324 Nuncius ‖ extat
329 precio
332 Quaesitus ‖ cibus quorunque
334 Maeotida
336 minimaeque
337 Mundiciae ‖ vultuus (*sic*) oneraque
338 Hunus
339 scenae
340 Munirique ‖ Bosporus obruit
344 quanvis
346 *Hosio*] solio
347 monendi
348 temperat
349 dequoquat
350 aeoae
351 quoquus
354 arctis
356 belloque relicto
358 nequicquam
361 enocles (*sic*)
363 thragicos
368 periculis
369 praelia
371 Absidet
375 *fletus*] foetus
378 *ieiuna*] victura
384 Prebuerit
392 Foemineis ‖ periculum
394 ignavus
398 graviorem
399 Grutunnos
403 Concilii
405 Niobem
406 inremeabile
407 infestoque
410 Assiduis
413 Stilico ‖ hyemare
415 Bizancia

v. 416 amphiarani
419 Advicilant
426 Bellua ‖ quoi
433 levis
439 cumulis in manibus ‖ iras
440 dammi ‖ fugatior
443 ceno
446 *Hosius*] aliquis (*sic*)
449 echine (*sic*)
451 Calcedona
455 sautius
457 solum campo
464 Moeonios
465 Pamphilos ‖ in omni
466 Targibilus ‖ sonat ‖ cursum
470 ferunt
475 Nuncius
477 Ocia
481 sodalem
482 Rapturasque ‖ nequa
484 tedas
485 Tunc
486 scepti
487 Infestos
488 damni
489 stolido ‖ magistro
491 Iapetiomadas (*sic*)
492 quoscunque
493 multumque
497 Grai (*sic*)
498 aetherei
501 sero
502 Stilicone ‖ quouis (*sic*)
510 nitenti (*sic*)
512 edes
513 Vicimus
514 patremque
515 littora
516 Omnes
517 famulo Stilicone
520 Proiectis
522 inphames
523 Moenades ‖ Penthaeo
524 Quum
528 nec flamma
530 quum
531 Stilico
533 lachrymans
534 coeperunt
539 Ruffinus
v. 543 īde reduxit
544 Stiliconis
546 coniungi
549 Quum
550 Ruffini ‖ haeres
551 similis
552 mutare
556 Summere ‖ tantas ‖ *vertere*] summere (*sic*)
557 fece
559 osius
564 Exultant
565 Hemoque
568 praelia
570 Antioci
571 Tene
576 Grutumi (*sic*)
577 domosque
580 Nec duce nec (*sic*) ‖ *saevi*] freti
582 Captivus
583 omnes
588 precium sartire (*sic*)
592 lachrymas
594 Ne ve
597 Quanvis ‖ exue
601 commmune (*sic*)

Cons. Stilichonis I.

v. 2 Coniugii ‖ fectinos gaudia cantus
4 Sopierant ‖ triumphus
7 praelia
8 aevum
9 Stilicone
13 quodcunque
16 iusticiam
19 Iberia
22 Thracem detestatosque
24 exquo
26 quam
27 Et decorant
30 domus partitu ‖ quemque
33 soboles
34 divisa
35 tenes nec facta revolvam
36 quoius protendere
39 Stilico
42 molliri
43 fastisque
44 tunc ‖ tunc

v. 48 Caedentes spaciis
49 Quanvis
50 quicquid mox reddidit
51 quum || actor
53 Tigrim
54 Euphratē
55 Parthorum
58 Thuris
60 aditis
61 Caldaeo
62 caeli
63 mytram
65 Stilicone
66 Cōminus || virga transfigere
67 moedus tibi cessit
76 optulit
82 Inclytus || gerebat
83 Obsequiuum (*sic*) || gemis
84 exultasse
85 vinique
86 quum
87 Bosporus
88 tedas
90 sensit
92 Quoi
93 Ocia || preciosior
94 missos
95 Proponti
96 Basternas
102 Saeviciam
105 fatibus
107 Millia || missam || Thracem
109 Nec
110 hunnorum gravitas
111 Sarmatha
112 Extinctique
114 retenderet
115 preberet
120 Eucheri
121 *deest*
123 Aedonas hyemes || Boetae
124 Ryphaeae || quumque
128 Curvatus || sylvas
129 littora
130 hybernum
131 Hemi
132 Stilico
135 offenso quanto
136 glebis
141 aequora

v. 146 molle
149 tentavit
151 seu
152 certe
155 Iberis
156 mytra || *hic*] eum || decoro
157 phucataque Moedus
160 Stilico
161 Quas vel
169 sequuntur
170 quocunque
171 millibus
173 Vexilum
175 Leucate
176 hyems
182 Moenala
183 Parthemiumque (*sic*)
184 *flammis*] campis
186 enipheus
187 etiam nunc
189 Quom || *non*] nunc
194 quicquid
195 Stilico
197 aloquiis
200 Fulmineum
205 Parueriut
207 ubicunque
208 Iusticiae
210 ocia
215 Istri
217 Servicio
218 praelia
222 Sicambri
224 Quum
225 Cayco
228 Herciniae || sylvae
232 Ultro quum
234 Alemania
237 fallax
238 *acie*] servat
241 Marcomāēs Suevusque docȝ (*sic*) || hetruscum
242 exilium quum
243 Exulis
245 celerique
246 prorumpit
248 omnes
251 humectat
252 Gis || annus
555 Ammon

v. 257 Numide campis ‖ Sirtes
258 Getulae
262 gestant patulos
263 Splendet viperia ‖ pharetre
264 quum
266 quum
267 bellua Porrum
268 Porrus ‖ prostratus Memnon
270 partes ‖ aeoas
271 Quanvis
274 varia geminum
280 Exiciale
281 utrinque
282 Quum ‖ latiumque
283 hyems
286 quem ‖ versat
290 pellagi
291 mirer Stilicho q̇ cantus ad omnes
293 precio ‖ laterent
294 nil ‖ loquutus
296 Aeois
297 quanvis
298 lenis
301 Obiicis
303 brachia
304 Non *deest*
305 posset
308 vel bella ferent
309 saporis
311 et tot
314 illatae ‖ sylva
315 tyrone
318 dilectu
319 concepto
320 Exiluisse
322 quum
328 Stilico
331 Romuleas ‖ rediisse
332 Quum
333 Thyrrhenum ‖ cunctis
334 Sirtes
335 nec
337 inharenosos
345 *inani*] mani (*sic*)
346 surripit
348 omnes
349 qui
350 effetos ‖ frigore Gallos
356 Anolopes ‖ proiecit ‖ Mazas
v. 358 *lembo*] nimbo
363 sit prospera
365 totis
370 Tigrauen (*sic*)
373 fuerant
375 morae
378 tantum
379 quantum
381 Scipiade
384 Hic omnes ‖ laurus
385 Stilico

Cons. Stilich. II.

v. 9 Coelicolum
16 Sic cum ‖ praemas
17 Materiam
18 ocyus
19 astes
21 sternere
23 Dat ‖ exhorante
25 cohercet
26 Aetherei
27 defert
29 in *deest* ‖ sylvis
30 Hinc ‖ sororis
32 nullo docuit
35 pretendere
37 servire
38 auricias (*sic*)
42 Allicitur
48 ignavum
50 Non ‖ adnexus
53 facta
56 quum
58 At Stilico
61 quoi
65 sensit
66 severa
69 secretus
71 venerare ‖ gubernes
72 adores
73 Obsequio moderere
78 lenior
80 furore
81 adscribis
82 Quum ‖ stiliconis
86 Quoius stulta ‖ disensibus
87 Sydonius clamydes ‖ baccis
89 viridesque smaragdis
90 renidentes iacynthis

v. 91 scapulis
93 suppellex
94 haeredibus
97 fide
98 quoius
99 quicquid
100 preterea
101 uinxere
103 Iusticia
106 caesisse
107 pietas
108 futule
113 avariciam quoius
115 preciis ‖ poscit
117 quod
120 aberrat
121 Fracturus quemcunque
123 nunquam
125 premia
129 quum
131 iocunda
134 effoeminat
135 tetrior ulla
137 circumligat
140 Advigilat stupris ‖ somnnus (*sic*)
141 cytharae
142 pueri
145 Laeticiae ‖ laxant
147 condemnat
149 quum
150 spreverit
152 expectantibus
154 sub te quod gesserat
155 Ammonitor
157 Nequid si
159 Turbidus
161 solenne
167 quom
172 Orphaeo ‖ sylvas
173 fallentibus
183 Hic
185 aptant
186 milite
188 Aedificet
189 Tybridis ‖ *praevelat*] servellet
192 qui
194 rubigine
196 causas
198 sylvis

v. 199 Istrum
200 patrum
202 late
204 stilicone
205 textura
208 caedit
210 littore
212 vertent
213 Penthaeo ‖ corpote (*sic*)
214 cunabula
221 Index
222 premia
225 annueris ‖ certe
230 Thagum ‖ tales
231 Stilico ‖ quaecunque
236 putat ‖ complexus ‖ Iberam
238 patrum commendat ‖ bethym
240 domini superatur ‖ flava
242 gesa
244 Quur nundum ‖ quur
248 quoius ‖ vertit
249 Cerulus ‖ mentitur amictum
251 stilico ‖ quum ‖ hibernam
252 et *deest*
253 bella
254 littore
256 Tunc
260 prebere
261 lachrymabile
262 haec
264 stilicone
265 agit
267 concedentemque
269 petentes
271 sed raptis
272 Ocyor
273 Thuscos ‖ Apeninusque
275 tetrico ‖ vultu
278 quaerelis
279 stilico
282 tanta ‖ molle
284 *me*] nam
285 motus
291 prodigii
292 rebus aeois
293 quaq̃ (*sic*)
295 Opprobriis
298 Pellendis
299 violat
304 fatorum

v. 306 aeoos
309 Quur ‖ quae ‖ cruentum
310 Gratulor
311 credimus
314 iam ‖ *qui*] q
316 stilicone
319 quicunque ‖ quicunque
322 stilico
326 stilico
327 nomen ‖ verendo
328 *et solitus*] insolitus
331 Posse queas
333 cuncta
336 sobolem ‖ separataque
340 Minervae
342 labores
348 *sed avus*] stilico ‖ aevo
350 spumantem
351 Purpureo
355 connubia
356 circumstipantur
358 timido
362 dextraeque regendum
363 solennibus urnam
364 incoepta
365 humeros armis
367 Istro
370 spaciosa
371 cruentat
372 tendentem
374 *colla*] terga
377 petitam
378 Elisii lucos erumpere
384 qui libera
385 *fasces*] poenos
388 regat ‖ bellisque
390 suspiciant
392 amas
394 Massila
395 ferat nunc humidus
396 orea ventis
401 superet quom ‖ limina
404 coelum ‖ martia
405 palentino
406 conspiciant
408 velocibus alis
410 nullique sequutus
411 hybernis
414 foecunda
416 littora

v. 420 quoi
421 exultat
422 Theodosius
423 properat
424 menti
427 sinus
430 uolat
433 Deprehndunt (*sic*)
436 fictis
440 *erret*] iret
441 phoebus ad limen
442 superbus
443 tunc
446 habitat ‖ facies ‖ methallo
447 illinc
448 Hinc ‖ illinc
450 Difficilis stabat rutili
451 precioso | tytan
452 Signanti Stilicone
453 compellet
454 quoi ‖ methalli
455 Ite optati per saecla methallis (*sic*)
457 hylares
459 in medio
460 torvo ‖ brachia
463 Phrixaeus
464 turdat (*sic*)
465 Scorpion ‖ gramina
466 Syrius
467 fatur ‖ rorantes ortos
470 flagrantibus
471 Cesariem ‖ lactea ‖ uibasque (*sic*)
476 Stiliconem

Cons. Stil. III praef.

v. 5 testes subiungere
9 Tyrias contra fracturus
14 Laudabatque
15 Quumque
17 Quumque ‖ Belli
18 moestam
21 Stilico
22 Annibal ‖ Annibale

Cons. Stil. III

v. 10 quoius
11 mirare sine auro
13 calcator et Istri

v. 17 Alemannorum
18 Sicambri
19 Cesarie
20 sequutus
22 methallis
27 premia
28 Strepidus
31 quum
32 quum
33 Pelleae
35 aeoi
37 laudis stimul'q (*sic*)
38 quanvis
41 *altum*] olim
43 spacium
45 divisus
50 plebea
52 quo
54 Quoius
55 meruit genero
57 lassis
58 munere
59 Littora ‖ lauros
60 affulsit
62 quum ‖ euchius
64 Stilico
68 quicquid
70 metiere
78 quod iocundior
79 fame
86 et spectant
87 ultrd (*sic*)
88 Optulit ‖ fasces
90 quom ‖ quam praelia
91 Cum se etiam
93 *deest*
96 inditio
97 Ammonuit
99 Haec
100 Libyci
102 quod
103 transmitterit (*sic*)
105 Hic
107 Materiam ‖ Stilico
110 iustica (*sic*)
114 extat
117 poscunt
120 *cauta*] apta
121 imbuit annos
122 Belli

v. 124 infloruit artibus
125 pene
126 exulat armis
127 seducta
130 diis
132 Quoius ‖ spacium
133 methalli
135 Olimpi
137 *tetendit*] recedit
140 *fatis*] votis
141 quum
142 submitteret urbes
145 *Cannas*] cumas
146 quum ‖ premerent ‖ teneret
147 Iberos
157 Rursus et
159 *gens*] res
160 dicionis ‖ caetera
162 sublimes ‖ Sparthanus
163 Moedus
164 Moedoque
165 Persen Macedo
167 est *deest*
169 hunc ‖ *Bacchus*] secum
170 genitrix
171 depressuros ‖ hospes
173 poeonium traxit tyberina
174 stilico preclare
175 matrem regemque
181 pectore
182 Non ‖ qui benefacta
184 praelia
188 haec
189 sese dominum
190 Quin tibi
194 Stiliconis
195 Exultant ‖ quocunque
197 sacientur
201 circundent
202 certe
203 quum ‖ exurgens
205 Et palma
206 que
208 dicteae
209 Leonis
210 Palladis
213 Stilico
218 civem
222 contentus amore
224 et post

v. 226 Rodiis
227 Bachoque
228 Iam pulsante femur
229 precium ‖ amari
230 quicquid
232 plumasque
234 Pardonis
235 pro pondere
236 flumino (*sic*)
237 sylvis
238 Stilico
243 humeros ‖ brachia midae (*sic*)
246 *rubent*] horrent
249 Lycaeo
250 Nepropene ‖ Menala
251 Cretea ‖ Briomartis
252 Lycastae
253 erymanthe
254 venatibus
259 Taigeti
261 Quas ubi
266 urbe ‖ quam nulla
269 sica
271 harenam
272 claustris
275 cursus
276 Sirtes
277 steriles
278 Namque
281 percurrite
283 stiliconem ‖ sylvis
284 Parent ‖ *qui*] ut
287 sublimine
288 Rosida foecundis ‖ *diva*] luna
290 spacio
291 methallo
296 ducitque
297 sequuntur
299 haec ‖ haec
300 Cresse tennes (*sic*)
302 Dalmaciae ‖ brachia
303 Briomartis
305 arundine
306 curvaverat
308 nicharte
309 Iberas
310 canis
312 saciavit
313 texit lapidosis
314 Circaeis

v. 316 luxuriantis
319 setis
320 Sylvarum ‖ caute ‖ molle
322 genuit
223 In lignis
324 rudibusque
325 honustis
326 Exanguis
329 montani ‖ triumphi
331 Explevit
338 pastores ‖ excepere
339 tedae ‖ *strata*] fracta
340 *haedi*] edi
344 rupta
349 omnibus
356 foetus
357 Classis ‖ a
358 propriam
360 coete tyrrhenaque
361 sed non equore
365 Bacharum ‖ typana
368 solvuntque rudentes
369 Linces

Bell. Pollentinum praef.

v. 6 pro stratis
7 amoenam
9 hic
12 premia
15 timorem
18 libri ‖ stiliconis

Bell. Pollentinum.

v. 1 quum
2 Argos
3 Aetham
4 Typhis
5 incolumen
7 vagre
10 faciles cunctis ‖ pupibus
11 Typhim !
13 digno
14 Stilico
16 iactant
17 vinxisse
18 teneri
20 quanvis
25 virides ‖ fretasque
26 crescentis
29 titulis

v. 31 An ego
35 cales
38 exangues
40 Iusticiae
47 morem non
48 nubesque
50 interius
51 tranquilior
54 summet
55 quum ‖ mutaverat
57 Thanais Moeotida
59 kaukascisque
60 Getulas ‖ constringet
61 hucusque ‖ notare
64 timuisse ‖ quum brachia
65 spirasque
68 Quum
69 Matrem
70 Tentarunt
71 Pene
74 Alcidae
78 *deest*
81 Istri
84 videt
85 profunda
88 tentare
91 si positis
97 arcto
98 nuncia
101 sedemque
102 prophanis
103 deprehendere
104 quanquam
105 quum
108 diversa
109 Excere
114 doctorque
118 spaciumque
119 modus
121 solertia
123 Inrevocandus
125 aeacidem ‖ littore
126 Marii Paulique
127 aegere
129 quanvis ‖ fugavit
130 lituost& (= *et*)
131 Stilicone
136 subaegit
142 Stilico
144 vincitque

v. 145 hic
146 moerens
148 Massilus
149 Annibalemque
152 hyems ‖ primus ‖ messibus
154 Annibalem
155 quum ‖ parthacus
157 titiens
158 exuerat
160 hos
161 adductus
164 Stilico
165 emonii ‖ moessique
166 terdecies ‖ frontibus hemum
167 hyems ‖ totiensque
170 Istrum transgressa
173 Quocunque ‖ erynnis
175 claustra
177 hemus
178 Otrisiis ‖ contemnunt Strimona
179 almonia belli
182 cotibus Oetam
183 Sperchyusque ‖ Enypheus
185 Driopes
186 littora
187 Moedis
188 Thermopole ‖ Scyronia ripis
189 connectens
190 lycaei
194 suplicium
195 Exegre
200 Pyraeneumque
205 quodcunque timores
211 Stilico quum
213 quanvis
216 volantes
217 pupes
218 sardonias ‖ Cypri
220 diffusa
222 Optat
224 malet
225 Iamque horum creduntur
226 avariciae
234 horrisonas
236 sequutas
246 Lycaonia ‖ Arcto
255 bellua
256 lena ‖ latebant
267 Stilico

v. 268 meliore
273 flumina
279 Graecia
287 Idcirco
292 theutonica
294 honor
295 geminant
301 stimulat
303 recusant
306 Obscoenam
308 charior
311 *Vincula*] Pignora
316 tunc primis
319 littus
320 Laurius
321 pupe ‖ pretervolat ‖ ocyus
323 hyemis caelique
325 Hyberna
327 setas
330 herciniae ‖ Rhetia sylvae
335 cymbrica
336 *Rheno*] saepe
337 Istrum ‖ Amphytrite
338 abiles
340 Rhetia
341 tremendam
342 seu
345 baratro
347 trepidis ‖ astris
349 Stilico
354 spelea
358 genitrix
359 sylvis
361 Ocia
366 herilis
367 Nuncius
378 Euristeus
379 Moesto ‖ cingitur
383 nequeant ‖ tumultū
385 fati
386 Quum perfrangeret Annibal
388 Nec quiquam
389 tentaret
394 gerentis
395 Levino ‖ praelia
396 *praetor*] consul
398 pretereunte
399 Tentandas ‖ quanvis
405 ducis urget
406 Stilicone

v. 407 lachrymosaque
408 sylvis
409 Spargit hyems ‖ sibylla
410 Certatum ‖ vel notae
413 apperent
414 Rhetia
415 Vandalicis
416 Britannus
419 quin etiam ‖ sicambris
420 cinthos ‖ cherucas
421 omnes
424 populisque
425 poterit
426 iam ‖ Stiliconis
427 tentet
437 rigor ‖ calor
439 Foemina
440 ut
441 Circeis
442 vera
443 sepulchro
453 Stilicone
454 alacris
459 Stiliconis
460 Canicies
463 defletus
465 tentat
466 humilisque
470 Getae
472 flumina pulsis
473 subito
474 moenia cernit
485 quoi
387 acclivis
489 Istrum
491 arectum (*sic*)
495 humeris
504 septa ‖ hetrusci
505 tybride
506 greis (*sic*)
512 Stilicone
513 perosus
514 iugis
515 Graecos tremefecerit
516 extinctusque
517 aeoi
525 quum
528 Dii ‖ faciant
532 ausi (*sic*)
534 Tunc ‖ quum

v. 537 paravi
542 dabunt ‖ molitus
543 calybs ‖ rubebunt
545 reddita
546 omnis
550 viaque
553 noxia
558 necnon ‖ Stilico
559 inflammat
560 temerate
561 obscessi
564 campus
566 ius (*sic*)
567 vendicat
569 Ister
570 praelia
572 humeris
574 hemi
575 alphaeas ‖ menala
576 Tegeam
578 Tybrim
582 uissere (*sic*) ‖ petendam
583 praeclarus
584 Quoi
586 recisoque cunctis
588 Stilicone
589 Accelerator
590 helissisque
595 mutassent
596 Stilico ‖ sequutus
598 poeane
603 Thanaim ‖ Istri
605 methallo
607 praeciosior
609 odio
610 assumptas igne valentes
613 obiicit
618 Servicio
619 cruetatis (*sic*)
622 cognati
623 quum arte
624 suppellex
629 epyriadasque
634 Quicquid ‖ terdenis
640 exita
641 Cymbrica
642 Iisdem procuit (*sic*)
643 ossas (sic)
645 Cymbros ‖ Stilicone

Cons. Hon. praef.

v. 3 quum
4 sylvas
6 nocturnus
8 vigil
9 agris
13 stelantis
17 victusque
18 Hunc premit in arimes
19 laetus
20 premia
23 aequatur
24 meminit
26 prebuit

Cons. VI Hon.

v. 2 non
4 quom ‖ repetatur
5 solennis
12 Tybris
13 quicunque
14 dederat
17 nomine
19 tua (*sic*) spondet
20 quum
24 omnia
25 quum
28 nili
29 moesta
30 gripha
31 Ryphaeo
32 sylvae
33 oecho
36 Exultat
38 revivescere lauros
41 sensit
44 intra
45 Gigantes
48 coluimus (*sic*)
51 Innumeros ‖ methalli
57 aegit
58 quum
65 quanvis ‖ necdum
68 Induit ‖ fastis
71 positaque tiara
76 haeres
77 hic
79 teneris ‖ annis
81 Bosporus
82 males

v. 88 mirata
90 aeoa
95 seniore
96 repente
99 fideque
100 officiis Stiliconis
104 Libiaeque
106 prophana
107 venientem finibus
109 auxiliisque ‖ rogatis
113 Thyestiade
115 maternae
116 Iulaeos
118 parentis
120 lauros hisdemque
122 chelis
125 aedere
128 *sibi*] libi (*sic*) ‖ ammonet
129 amisis
132 practica
138 gubernaculis antemnis
139 Ludiprigium
141 manes (*sic*)
145 exorruit
147 ingentis
149 imperiumve
152 monet
155 exanguis
157 moesta
162 arundine
164 ellectra
165 humeros
166 Phaeton
173 lignique
174 extensas
175 steliger ‖ fluctibus
182 Tyberino
183 thuscis
184 herbei
185 Tu ne Gigantaeis ‖ tentare
186 mens (*sic*)
187 Phaeton
194 humida
195 atque adua iusu (*sic*)
196 Cerulus
197 novum
198 paccataque
200 Dryades ‖ phaunos
203 Contulis ‖ hastae
204 prata

v. 206 per virum
210 Stilico
212 medius
213 statuisse
214 prebens exempla
219 damnique
220 Istrum
221 praelia
222 utrinque
224 incanti
227 gentis reliquum
230 Deiicit ‖ tentabat ‖ montis
231 quas ‖ subitis
232 Rethos
233 p fallere (*sic*)
234 numina
235 Quoius ‖ repetit
241 tetris
243 absesso
244 rabies ‖ periculum
247 tentato
248 Cōminus
250 rerum
253 descendere
256 precibus fletuque
259 Cybelleia
264 Caeris
266 notasque ‖ humentibus
269 cum
271 expers
275 saciare
278 seu ‖ exul
281 nec me
286 Apeninum
288 ad ‖ amplectitur
289 geminamque
291 Hic
293 voluissem
294 oppetererem (*sic*) ‖ meliore
296 percultas ‖ sequuto
298 charasque
299 exertum
300 circundedit
301 Stilico
302 extulit
304 extincta
308 solatia
309 ferat
312 Desinit
314 nullusque

v. 318 Stilico
319 nostras nomen
320 Stilicone retendit
324 triste ‖ quum
325 Sulfore ceruleo
326 rotae
328 terrificunque
330 tedas
335 quum
336 redegerit
337 Quum cinxere faces Hypanum
338 Moeotica
339 Non
340 Marte ‖ quum
342 hymber
343 flammante
348 caldaea
350 Obsequiuum (*sic*) Marti ‖ putuere
351 presidium
359 Prosiliit
360 quaerelis
363 Ligur
364 seq.
Luce frui spatiis discernens gaudia parvis ‖ Torquebit Rubicon vicino nomine Tybrim
366 *deest*
367 speluit
369 At
372 pugna
373 Defansam (*sic*) ‖ peremni
375 methallo
376 auratos ‖ fluctus
377 Massila
378 arundine
379 equis
382 Preberet ‖ ni
383 Nec Bochi Syllaeve
384 Nec
385 calpatior
386 Quod
392 bis dena
393 inter pomeria
395 succensus
398 favere tyrannis
399 quum
400 Praelia ‖ Pharsalia
404 syncerae

v. 405 Dessuetae ‖ sumptisque
406 externi
407 se iuncta
408 Exulat
409 Quur
411 Illic
413 Istrum ‖ tenebat
414 leviusne
415 quum ‖ Moedus
420 attavum ‖ haelia
421 Saeveri
422 Hic ‖ forum
423 priorem
425 Tybris
431 Stilicone
434 credat ‖ nec
438 necdum patuit fama
439 quoius
453 mox et perlatum stelarum
455 quum
456 Advenit Stilico medium
457 me et socerum pontemque. viamque tenebat
458 Adua
463 haec ‖ loquutus
465 Expectasse
470 Titidem
473 penetraverat agmina
474 rettulerit
477 nulla qui
479 Diomedaeis
480 praelia
482 Et quoi non Traxerat (*sic*)
486 Tybrin
487 Tarquino
488 Adua
489 Sulcatus ‖ quum tranaret hetruscis
491 Exere
494 muris
495 reliquit
497 pupes
498 nudaque littora
502 arce
504 Exuperans
505 Apeninigeris
507 prebent
518 sylvis artatur
519 utrunque
520 Tybride

v. 522 Mollibus ‖ quicquid
524 propire (*sic*)
525 vestes et
528 baccis
531 Pertulit
538 Quanvis ‖ hymbre
540 nam pluviis ideo
541 Austro
543 qua
544 Milvius
545 uno ore
547 Exultant
550 quo tempore
552 Quum ‖ quoi
554 officium
556 qui praestet
557 Hoc
560 cum
562 humeros
563 Erythreos
565 Quoi
567 fluitant
568 Sibilla
569 calibe
571 methallo
572 Ferratos informat
573 Addidit ‖ bellis
576 quid
579 Stilico ‖ quum
581 referes
590 sequutus
591 facta
592 verbique ‖ caelat

v. 596 pio lautae
597 talis
598 pompa
605 coligis
608 munere *deest*
609 Astringit ‖ erat
610 quaeret precium
612 species
613 quum
614 Connexum
615 consensuque
617 oecho
619 tigres
620 Diffudit
621 Hic ‖ aera
624 iocundaque
625 quum
626 Mutatos edunt
627 illisis
629 Murmur et ‖ resultat
630 contentus
631 subnixa
634 semiferi cortinia
637 perpetuisque
641 Tybris
643 letatur
644 Pallantaeus
645 dissuetaque
646 Regius
648 Istri
649 illustrior (*sic*)
651 honor quoius
655 regesque

VIII.

Sidonius Claudiani imitator.

Cl. cons. Olybr. et Prob. 31
Vivit adhuc — Gloria fusa Probi
Sid. ep. IV, 18, 2
In quo post vitae tempora vivit honor

Cl. cons. Olybr. 35. Epith. Hon. 280
Atlanteosque recessus
Sid. ep. VIII, 9, 32
Imos Oceani colens recessus

Cl. cons. Olybr. 85 seqq. *descriptio Romae qualis est*
Sid. V, 13 seqq.
Sid. V, 28

Pectus palla tegit, quem neverat Ilia coniunx

Cl. ibid. 224

Palla graves umeros velat, quam neverat uxor
Ilia

[cf. Sid. II, 389 seqq.]

Cl. cons. Olybr. 122

cornus *in altum* Porrigitur

Sid. VII, 265

crescit *in altum* Conus

Cl. cons. Olybr. 126

Prior hic: O numen amicum (= *Roma*)
Dux ait — quae causa viae?

Sid. II, 437

blandis prior orsa loquelis
Quid caput o mundi, (= *Roma*), dixit, mea regna revisis?

Cl. cons. Olybr. 127

legum genetrix (= *Roma*)

Sid. II, 34

Imperii genitrix (= *Roma*)

Cl. cons. Olybr. 177

et pollice docto

Sid. XV, 181

ac pollice docto

Cl. cons. Olybr. 209 seq. *descriptio Tiberini* cf. Sid. II, 332 seq.
Cl. ibid. 217

Vertice luxuriat toto crinalis harundo
— — — .
Distillant per pectus aquae, frons hispida manat
Imbribus, in liquidos fontes se barba repectit

Sid. II, 333

et arundinis altae
Concolor in viridi fluitabat sylva capillo
Dat sonitum mento unda cadens, licet hispida setis
Suppositis multum sedaret barba fragorem.
Pectore ructabat latices

Cl. In Ruf. I, 107

Pirithoum fugeret Theseus, offensus Orestem
Desereret Pylades, odisset Castora Pollux

Sid. V, 287

Si se Pollucis perfundit sanguine Castor:
Thesea Pirithoi, Pyladem si stravit Oreste
Vel furibunda manus

Cl. In Ruf. I, 133

Rhenus proiecta torpuit urna

Sid. II, 339

manibusque remissis
Remus et urna cadunt (*sc. Tiberini*)

Cl. In Ruf. I, 138

Tecta petens — Tum talia fatur:
Ocia te Rufine iuvant *cet.*

Sid. V, 142

Ingreditur qua strata viri vocemque furentem
His rupit: Secure iaces oblite tuorum *cet.*

Cl. In Ruf. I, 198

Iungatur solium Croesi Cyrique tiara

Sid. IX, 27

Non Cyrum Astyagis loquar nepotem
— — —
Cuius non valuit rapacitatem
Vel Lydi satiare gaza Croesi

Cl. In Ruf. I, 298

ingulare minatur
Tu prohibes — —
— accendit proelia, vincit

Sid. II, 294

Dux fugit, insequeris: renovat certamina, vincis

Cl. In Ruf. I, 311

qui cornipedes in pocula vulnerat

Sid. II, 39

Plus potat per vulnus equum

(cf. Sid. VII, 83)

Cl. In Ruf. I, 323 seq. *Hunorum descriptio nos relegat ad* Sid. II, 243 seq.

Cl. In Ruf. I, 335

remige Medo Sollicitatus Athos

Sid. II, 509

cui ruptus Athos, cui remige Medo
Turgida sylvosam currebant vela per Alpem

Cl. In Ruf. I, 339
vestita spoliis donabere quercu
Sid. V, 33
quercum captivo pondere curvat

Cl. In Ruf. I, 369 (*in fine*)
debitus ultor
= Sid. VII, 563.

Cl. In Ruf. II, 77
Agmina — ibant famulantia
Sid. VII, 355
famulantia currunt Agmina

Cl. In Ruf. II, 122 *Xerxis classis* cf. Sid. V, 452

Cl. In Ruf. II, 177
Surgere purpureis undantes anguibus hastas
Serpentumque vago caelum saevire volatu
Sid. V, 402
iam textilis anguis
Discurrit per utramque aciem, cui guttur adactis
Turgescit zephyris *cet.*

Cl. III cons. Hon. 1
Tertia Romulei sumant exordia fasces
Terque tuas ducat bellatrix pompa curules
Festior annus eat
(Cl. IV cons. Rom. 1
Auspiciis iterum sese regalibus annus
Induit)
Sid. II, 1
Auspicio et numero fasces Auguste secundos
Exige et effulgens trabealis mole metalli
Annum pande novum

---

* Cl. cons. III Hon. 22[1])
Reptasti per scuta puer
ibid. 30
Sustulit arridens et pectore pressit (*te pater*) anhelo
Intrepidum ferri galeae nec triste timentem
Fulgur et ad summas tendentem bracchia cristas
cons. IV Hon. 167
tum levibus ulnis
Sustulit (*pater*) et magno porrexit ad oscula patri

---

1) Ubicumque * additum est, similis locus etiam apud Vergilium legitur, cf. iis locis conspectum locorum Gramlewiczii a me editum.

Sid. II, 135

Reptabat super arma patris: quanquam arcta terebat
Lamina cervicem, gemina complexus ab ulna
Livida laxatis intrabat ad oscula cristis

---

*Cl. cons. III 23

Exuviae tibi ludus erunt *cet.*

Sid. II, 138

Ludus erat puero raptas ex hoste sagittas *cet.*

---

*Cl. III cons. Hon. 40

Non tibi desidias molles nec marcida luxu
Otia

Sid. II, 504

virum non otia pigra foventem
Deliciisque gravem

Sid. VII, 317

nunquam tamen otia, nunquam desidia imbellis

Cl. III cons. Hon. 84

meritos ornat diademate crines

Sid. VII, 13

emerita trabeis diademata crescunt

Cl. cons. III Hon. 122

submissus adorat

= Sid. II, 388.

Cl. III cons. Hon. 145

quid enim per proelia gessi Te sine

Sid. VII, 232

Nil sine te gessit

Cl. cons. III Hon. 163

Sicut erat, liquido signavit tramite nubes
Ingrediturque globum Lunae

Sid. II, 405

Ergo sicut erat liquidam transvecta per aethram
Nascentis petiit tepidos Hyperionis ortus

Cl. III cons. Hon. 186

demens expellitur ambitus

(Cf. VI cons. Hon. 609, Laus Ser. 211)

Cl. IV cons. Hon. 46

non ambitione potitus

ibid. 48

et solus meruit regnare rogatus

(Cf. cons. Stil. II, 3

tandem flexus trabeas — rogantes Induerit)

Sid. ep. VII, 17, 14

nec te capit ambitus ullus:
Est tibi delatus plus onerosus honor

Cl. III cons. Hon. 201

Iam video Babylona rapi Parthumque coactum
Non ficta trepidare fuga, iam Bactra teneri

Cl. IV cons. Hon. 656

Ultima fraternus horrebunt Bactra secures

Sid. V, 601

Sic Parthus rectum fugiat Maurusque timore
Albus eat: sic Susa tremant positisque pharetris
Exarmata tuum circumstent Bactra tribunal

Cl. cons. III Hon. 203

famulis Gangem — ripis

Sid. II, 93

famulum — Orontem

Cl. III cons. Hon. 211

Indus ebur, ramos Panchaia, vellera Seres (*dabunt*)

Sid. V, 42

fert Indus ebur —

43

— Ser vellera —

47

— Panchaia myrrham

Cl. IV cons. Hon. 62

velut ordine rupto
Cum procul insanae traherent Phaethonta quadrigae
Saeviretque dies terramque et stagna propinqui
Haurirent radii, solito cum murmure torvis
Sol occurrit equis

Sid. VII, 405

Sic rutilus Phaethonta levem cum carperet axis
Iam pallente die flagrantique excita mundo
Pax elementorum fureret vel sicca propinquus
Saeviret per stagna vapor limusque sitiret
Pulvereo ponti fundo, tunc unica Phoebi
Insuetum clemens extinxit flamma calorem

Cl. IV cons. Hon. 139

Acclinis genetrix auro, circumflua gemmis
In Tyrios enixa toros; ululata verendis
Aula puerperiis. Quae tunc documenta futuri?

Sid. VII, 164

Solverat in partum generosa puerpera casti
Ventris onus: manifesta dedit mox signa futuri

Cl. IV cons. Hon. 160

Crescis adoratus gremio (*sc. dearum*). Tibi saepe Diana
Maenalios arcus venatricesque pharetras
Suspendit, puerile decus. Tu saepe Minervae
Lusisti clipeo

Sid. II, 40

crevere parumper,
Mox pugnam ludunt iaculis

---

*Cl. cons. IV Hon. 192

ventura potestas
Claruit Ascanio, subita cum luce comarum
Innocuus flagraret apex

Sid. II, 113

regnique futuri
Fit rerum novitate fines; —
— — cunctantis Iuli
Lambebant teneros incendia blanda capillos

Cl. IV cons. Hon. 313 *Nero, Tiberius* cf. Sid. V, 321—322

Cl. IV cons. Hon. 385

sed proelia differ

Cl. XVIII, 500

quid vincere differs?

Sid. V, 98

quid proelia differs?

Cl. IV cons. Hon. 414

Pauper Fabricius, Pyrrhi cum sperneret aurum

Sid. VII, 226

rigidum sic Pyrrhe videbas
Fabricium, ingestas animo cum divite fugit
Pauper opes

Cl. IV cons. Hon. 466

pellita iuventa

Sid. V, 563

Pellitus — hostis

Sid. VII, 349

pellitae — turmae

Cl. cons. IV Hon. 537

Caeruleus tali prostratus Apolline Python
Implicuit fractis moritura volumina silvis

Sid. II, 152

non principe nostro
Spicula direxit melius Pythona superstans
Paean, cum —
Figeret innumeris numerosa volumina telis

Cl. IV cons. Hon. 615

et grato remeat securior ictus (sc. *servus*);
— — —
In civem rubuere genae

Sid. II, 546

Quorum gaudentes exceptant verbera malae.

Cl. epith. Hon. praef. *in universum confer* cum
Sid. X (praef. epith. Ruricii).

Cl. epith. Hon. 56 seq. et 85 sq. *aedes Veneris a Vulcano facta ut*
Sid. XI, 14 sqq.

---

* Cl. epith. Hon. 149 *Triton Venerem portans* Sid. XI, 34 sq.
ibid. 136 *illius amor similiter* Sid. XI, 37 sq.
ibid. 153 sq. *totum Veneris agmen* Sid. XI, 42—44.

Cl. Bell. Gild. 21

tardique gradus (*sc. Romae*)

23

umeris vix sustinet aegris
Squalentem clipeum: laxata casside prodit
Canitiem plenamque trahit rubiginis hastam
Attigit ut tandem caelum genibusque Tonantis
Procubuit

Sid. VII, 46

Pigros Roma gradus —
— pendent crines de vertice tecti
Pulvere, non galea: clypeusque impingitur aegris
Gressibus et pondus non terror fertur in hasta.
Utque pii genibus primum est affusa tonantis

Cl. Bell. Gild. 31

Advenio supplex, non ut proculcet Araxem
Consul ovans *cet.*

Sid. II, 440

Venio — non ut mihi pressus Araxes
Imposito sub ponte fluat *cet.*

Cl. Bell. Gild. 82
ruptaque emissus ab Alpe Poenus
Sid. II, 530
si ruperit Alpes Poenus

Cl. Bell. Gild. 83
attonitae iam proximus Hannibal urbi?
— — —
Muro sustinui Martem noctesque cruentas
Collina pro turre tuli?
Sid. VII, 130
Hannibalem iuncto terrae coelique tumultu
Reppulimus, cum castra tuis iam proxima muris
Starent, Collina fulmen pro turre cucurrit

Cl. Bell. Gild. 60
par Roma mihi (*sc. Romae*)
ibid. 113
altera (*sc. Roma*)
(Cf. In Ruf. II, 54
Urbs etiam, magnae quae dicitur aemula Romae
Sid. II, 31
Orbis Roma tui

Cl. Bell. Gild. 135
Et contusa genas mediis apparet in astris
Africa. Rescissae vestes et spicea passim
Serta iacent
Sid. V, 53
Subito flens Africa nigras
Procubuit lacerata genas. et cernua frontem
Iam male fecundas in vertice fregit aristas

---

*Cl. Bell. Gild. 161
pars tertia mundi (= *Africa*)
Unius praedonis ager
Sid. V, 56
Venio pars tertia mundi (= *Africa*)
Infelix felice uno. famula satus olim
Hic praedo

Cl. cons. Theod. 58
Tam celer assiduos explevit cursus honores.
Una potestatum spatiis interfuit aetas
Totque gradus fati iuvenilibus intulit annis
(Cf. epith. Pall. 65 seq.
grata senatus
Cons. Olybr. 66 seq. et 154)
Sid. II, 207
celerique gradu privata cucurrit
Culmina conscenditque senum puer ipse curulem
Sedit et emerito iuvenis veteranus in auro

Cl. cons. Theod. 67 seqq. *ubi de philosophis agitur, in universum confer cum*

Sid. II, 156 seqq. (vide etiam Sid. XV, 44 seq. et Sid. XXIII, 97 seq.)[1])

[Cl. cons. Theod. 69

Quantaque diversae producant *dogmata* sectae

Sid. II, 164

Praeterea didicit varias nova *dogmata* sectas]

Cl. cons. Theod. 101

doces — quae vis animaverit astra
Impuleritque choros, quo vivat machina mota *cet.*

Sid. XV, 38

Scrutantes — quid machina caeli,
Quid tellus *cet. cet.*

Cl. In Eutrop. I, 215

Attalus heredem voluit te Roma relinqui
— — —
Indomitos curru Servilius egit Isauros
— — —
In mercem veniunt Cilices, Iudaea, Sophene,
Romanusque labor Pompeianique triumphi

Sid. II, 462

Transcripsi Cilicas: hos Magnus fuderat olim
Adieci Syriae quos nunc moderaris Isauros:
Hos quoque sub nostris domuit Servilius armis
— — —
Transfudi Attalicum male credula testamentum

Cl. In Eutrop. I, 274

Et telas, non tela pati

Sid. XV, 149

Cum tenet haec telas, vult haec plus tela tenere

Cl. In Eutr. I, 383

Militet ut nostris detonsa Sigambria signis

Sid. ep. VIII, 9, 27

Hic tonso occipiti senex Sicamber
Postquam victus es, elicis retrorsum
— capillos

1) Cf. Riese Auson. et Anth. lat. n. 882 (Riese)

Cl. In Eutr. I, 444 *Porsenna* cf. Sid. V, 66
ibid. 445 *Cocles*[1]) cf. ibid. 69
ibid. 445 *Mucius* cf. ibid. 76

Cl. In Eutr. II, 135
plaudentem cerne senatum
Sid. VIII, 9
plaudente senatu

Cl. In Eutrop. II, 461
Tandem fila tibi neverunt ultima Parcae
Sid. VII, 600
felix tempus nevere sorores Imperiis tuis

Cl. cons. Stil. I, 51
Vix primaevus eras, paci cum mitteris auctor
Assyriae. Tanta foedus cum gente ferire
Commissum iuveni
Sid. II, 75
Huic quondam iuveni reparatio credita pacis
Assyriae

Cl. cons. Stil. I, 54
stupuere severi Persarum proceres
Sid. II, 76
stupuit primis se Parthus in annis

Cl. cons. Stil. I, 59
Turis odoratae cumulis et messe Sabaea
Pacem conciliant arae. Penetralibus ignem
Sacratum rapuere adytis rituque iuvencos
Chaldaeo stravere magi. Rex ipse micantem
Inclinat dextra pateram
Sid. II, 83
iuratur ab illis
Ignis et unda deus —
— — Chaldeus in extis
Pontificum de more senex arcana peregit
Murmura: gemmantem pateram rex ipse retentans
Fudit thuricremis carchesia cernuus aris

---

*Cl. cons. Stil. I, 69
Nubilis interea maturae virginis aetas
Urgebat patrias suspenso principe curas

[1) Cf. Cl. VIII, 405 cf. Sid. V, 71 et VII, 65]

ibid. 91
Talem quippe virum natis adiunxit et aulae,
Cui neque luxuries bello nec blanda periclis
Otia

Sid. II, 195
princeps, cui nubilis atque
Unica purpureus debebat nata nepotes,
Elegit generum. sed non ut deside luxu
Fortuna soceri contentus et otia captans
Nil sibi deberet

(Cf. Cl. XXIX, 159 et 184, XXII, 131)

Cl. cons. Stil. I, 212
Natis obsidibus pacem tam supplice vultu
Captivoque rogant (*scil. Germani*)

ibid. 233
Quotiens sociare catervas
Oravit iungique tuis Alamannia signis

Sid. ep. VIII, 9, 45
Ipse hic Parthicus Arsaces precatur,
Aulae Susidis ut tenere culmen
Possit foedere sub stipendiali

Cl. cons. Stil. I, 254 et 354 *eadem gentium nomina ut* Sid. V, 336

Cl. cons. Stil. I, 264
[III cons. Hon. 203
cons. Olybr. 160
In Ruf. I, 376]
} *flumina pro gentibus ad ea domicilia habentibus* { Sid. VII, 74.

Cl. cons. Stil. I, 362
Fracturumque reos humili sub iudice vultus

Sid. II, 306
Non tam victoris periit, quam iudicis ore

Cl. cons. Stil. II, 262
= Sid. II, 318
Oenotria (*persona*)

[Sid. II, 321 seq. *Oenotria procedit simili modo quo Roma* Bell. Gild. 21]

(Cf. *Africa* ibid. 135 *et Aurora* XX, 527.)

Cl. cons. Stil. II, 320
Annum redde tuum

Sid. II, 3
Annum pande novum

(Cf. cons. Stil. II, 268
anni pandentem claustra salutem
(= *Stilichonem*)

Cl. cons. Stil. III, 32 sqq.
(Cf. XXI, 370) } *in universum confer cum*
Sid. VII, 80 sqq.

Cl. cons. Stil. III, 90
Cum proelia mandet
Sid. II, 384
Non mandet — bella

Cl. cons. Stil. III, 118
posito iam purpura fastu
De se iudicium non indignatur haberi
(Cf. cons. VI Hon. 62)
Sid. II, 343
fastuque remoto — iam plus dignetur amari

Cl. cons. Stil. III, 143
Et Gallum terris (*sc. cum*) prosterneret, aequore Poenum,
Nunquam succubuit damnis et territa nullo
Vulnere post Cannas maior Trebiamque fremebat,
Et cum iam fremerent flammae murumque feriret
Hostis
Sid. V, 80
Brennum [1]) tremuisti
Post melior —
— sed reppulit unus
Tum quoque totam aciem
— — —
86
Post Trebiam Cannasque [2]) domas Romanaque tecta
Hannibal ante meus

Cl. cons. Stil. III, 158
bibimus passim Rhodanum, potamus Orontem
Sid. II, 443
potetur casside Ganges
(Cf. Cl. VII, 49.)

Cl. cons. Stil. III, 344
mapalia Mauri (*in fine versus*)
Sid. V, 591
mapalia Bocchi

[1) Cf. Cl. XV, 126]
[2) Sid. VII, 552 seq.; IX, 245]

Cl. cons. Stil. III, 350

ereptis elephas inglorius errat

Sid. II, 54

sic trunca reportat
Bosphoreis elephas inglorius ora tributis

Cl. Bell. Poll. 56

ut flumine verso
Irriget Aegyptum Tanais —
— Zephyrus se promat ab Indis,
Caucasiisque iugis calido nigrantibus Austro
Gaetulas Aquilo glacie constringat harenas

Sid. V, 282

(*si*) Atlantem Tanais, si Bagrada cernit
Caucason

286

Ad Tartesiacum venit Indus aquator Iberum

Cl. Bell. Poll. 261

Romula — virtus

= Sid. II, 13.

Cl. Bell. Poll. 292

Haec et Theutonico quondam patefacta furori
Colla catenati vidit squalentia Cimbri

Sid. VII, 76

Me Teutone iuncto
Quondam fracte subis Cimber gladiisque gravatas
Ante manus solas iussi portare catenas

Cl. Bell. Poll. 481

Crinigeri sedent patres

Sid. XII, 3

Inter crinigeras situm catervas

Cl. VI cons. Hon. 30

Phoebus — grypha iugalem
Riphaeo tripodas repetens detorsit ab axe

Sid. ep. VIII, 9, 8

novusque Apollo
Cortinam, tripodas, chelym, pharetras,
Arcus, grypas agam

Cl. cons. VI Hon. 65

quamvis diademate nondum
Cingebare comas

Sid. II, 4

quamquam diademate crinem
Fastigatus eas

(Cf. cons. III Hon. 84

ornat diademate crines)

Cl. VI cons. Hon. 71

positoque tiaram
Submisere genu (*sc. Persarum proceres*)

Sid. II, 50

ac supplice vultu
Flectit Achaemenius lunatum Persa tiaram

(Cf. epith. Hon. 225)

Cl. VI cons. Hon. 420 *Nerva* cf. Sid. V, 317

Cl. VI cons. Hon. 615

Assensuque cavae sublatus in aethera vallis
Plebis adoratae reboat fragor

Sid. VIII, 9

Vel quod adhuc populo simul et plaudente senatu
Ad nostrum reboat concava Roma sophos [1])

Cl. Laus Ser. 12 *Alcestis* Sid. XV, 165
ibid. 31 *Penelope* ibid. 160

Cl. Laus Ser. 17

Thybrinas

Sid. VII, 76

Tibrinum

Cl. Laus Ser. 44

cardine gemino

[vide iam indicem s. Stilicho] = Sid. II, 220.

Cl. Laus Ser. 70

Te nascente ferunt per pinguia culta tumentem
Divitiis undasse Tagum

(Cf. cons. III Hon. 18)

Sid. II, 105

Te nascente ferunt exorto flumina melle
Dulcatis cunctata vadis oleique liquore
Isse per attonitas bacca pendente trapetas

(Cf. Cl. XXI, 85

ferunt mellisque lacus et flumina lactis Erupisse

III, 381

stagnantia passim Vina fluent oleique lacus)

[1) Cl. carm. min. VI (LXXIV), 18]

Cl. Laus Ser. 90

fluxere rosae: candentia nasci Lilia

Sid. II, 110

rubuere rosae spretoque rigore
Lilia — insultavere

Cl. Laus Ser. 147

quos Smyrna dedit, quos Mantua libros
Percurrens

Sid. II, 183

totum percurrere suetus
Mantua quas acies pelagique pericula lusit
Smyrnaeas imitata tubas

Cl. Laus Ser. 166

Curru Pisaea marino
Fugit tela Pelops, nam perfidus obice rupto
Prodidit Oenomai decepti Myrtilus axem.
Hippomenes trepidus cursu ferroque secutam
Aurato volucrem flexit Schoeneida pomo.
Herculeas vidit fluvio lactante palaestras
Moenibus ex altis Calydon pretiumque labori
Deianira fuit iam pectore victor anhelo
Alcides fremeret retroque Acheloius iret

Sid. II, 490

reparatis Pisa quadrigis
Suscitet Oenomaum: natae quem fraude cadentem
Cerea destituit resolutis axibus obex.
— spectet de carcere circi
Pallentes Atalanta procos et poma decori
Hippomenis iam non pro solo colligat auro.
Deianira tuas Achelous gymnade pinguis
Illustret taedas et ab Hercule pressus anhelo
Lassatum foveat rivis rivalibus hostem

Sid. XIV, 12

Non hic Oenomai cruenta circo
Audit pacta Pelops nec insequentem
Pallens Hippomenes ad ima metae
Tardat Schoenida ter cadente pomo.
Non hic Herculeas videt palaestras
Aetola Calydon stupens ab arce
Cum cornu fluvii superbientis
Alcides premeret

Cl. Laus Ser. 182

Hunc cingit muralis honos, hunc civica quercus
Nexuit

Sid. V, 587

crinemque sacrum tibi more priorum
Nectet muralis, vallaris, civica laurus

Cl. Laus Ser. 198 [cf. index s. Stilicho]

peditumque equitumque magistros

Sid. II, 90

peditumque equitumque magister

Sid. VII, 377

peditumque equitumque magistrum

Cl. epith. Pall. 41

Dulce micant oculi

Sid. XXII, 33

Dulce natant oculi

Cl. epith. Pall. 79

meruitque repulsam Obvia maiestas

Sid. II, 211

diademata passa repulsam

Cl. epith. Pall. 130

Vivite concordes

epith. Hon. 340

Sic uterus crescat Mariae, sic natus *cet.*

Rapt. Pros. II, 367

unanimis consortia ducite somni

— — —

Iam felix oritur proles

371

et optatos Cereri proferte nepotes

Sid. XI, 131

Feliciter aevum
Ducite concordes. sint nati sintque nepotes,
Cernat et in proavo sibimet quod pronepos optet

Cl. carm. XXXIV *in universum confer cum*
Sid. XIII
[Cl. ibid. v. 49

sed tu Tyrinthius alter

Sid. ibid. v. 15

at tu Tyrinthius alter]

Cl. carm. XXXIV, 15

Et resides levi modulatus pectine nervos
Pollice festivo nobile duxit ebur

Vix auditus erat: venti frenantur et undae
Pigrior astrictis torpuit Hebrus aquis
Porrexit Rhodope sitientes carmina rupes

Sid. II, 71

Qui cantu flexit scopulos digitisque canoris
Compulit auritas ad plectrum currere silvas
Cum starent Hebri latices cursuque ligato
Fluminis attoniti carmen magis unda sitiret

Cl. carm. XXXIV, 18 *de Orphei cantu* cf. Sid. XXIII, 182

---

*Cl. carm. XXXIV, 29 *Hercules angues interficiens* Sid. XV, 136.

Cl. carm. XXXIV, 47

Firmior Herculea mundus cervice pependit

Sid. VII, 584

Tutior Herculeo sedisset machina dorso

---

*Cl. R. Pros. I, 19

firmat vestigia thyrsus

Sid. V, 514

firmas vestigia conto

Sid. XI, 46

firmantque pedum vestigia pinnis

---

†Cl. Rapt. Pros. I, 53

Longaque ferratis evolvunt saecula fusis

Sid. VII, 602

Fulva volubilibus duxerunt saecula pensis

---

*Cl. Rapt. Pros. I, 121

sententia sedit

Sid. VII, 336

sedit sententia

Cl. Rapt. Pros. I, 181

volucri qui (*i. e. dracones*) pervia nubila tractu
Signant

Cl. III cons. Hon. 163

liquido signavit tramite nubes

Sid. XI, 111

pendens rota sulcat inanem
Aera et in liquido non solvitur orbita tractu

Cl. Rapt. Pros. I, 187

Sulcatam fecundat humum. Flavescit aristis
Orbita. Surgentes condunt vestigia fruges
Vestit iter comitata seges

Sid. II, 329
Sed tamen ubertas sequitur: quacumque propinquat
Incessu foecundat iter comitataque gressum
Laeta per impressas rotat vindemia plantas

---

*Cl. Rapt. Pros. II, 66
Thermodontiaca
= Sid. XI, 76

Cl. R. Pros. II, 294
Parva loquor
= Sid. V, 198

Cl. R. Pros. III, 320
rubro — vallata profundo
(Cf. bell. Poll. 188
vallata mari — rupes)
Sid. II, 63
Vallatam pelago (*sc. orientis Romam*)

Cl. Gigant. 85
Occurrit pro fratre Mimas Lemnumque cadentem
— eruit
Sid. XV, 25
Hic Lemnum pro fratre Mimas contra aegida torquet

Cl. Gigant. 91
Tritonia virgo
Prosilit ostendens rutila cum Gorgone pectus
Aspectu contenta suo, non utitur hasta
Sid. XV, 23
Hic Pallas Pallanta petit, cui Gorgone visa
Invenit solidum iam lancea tarda cadaver

Cl. epist. II (XLI), 4
Cicerona tonas
Sid. VII, 175
Quo Cicerone tonas

Cl. carm. min. VI (LXXIV), 12
Nec tua securum te Maro fama vehit.
Ipse parens vatum princeps Heliconis Homerus
Sid. ep. IX, 15
Limans faceta quaeque sic poemata
Venetam lacessat ut favore Mantuam
Homericaeque par et ipse gloriae
Rotas Maronis arte sectans componi

---

* Cl. carm. min. XI (LXXXI), 4
Carmina sola loquor, si me meus implet Apollo
Sid. X, 22
Fescennina tamen non sunt admissa, priusquam
Intonuit solita noster Apollo lyra

Cl. carm. min. XIII (LII), 22
Plus habet hic vitae, plus habet ille viae
Sid. ep. VII, 17, 26
Finiti cursus istic vitaeque viaeque

Cl. carm. min. XIX (XLIV), 1
Oceani summo circumfluus aequore lucus
Trans Indos Eurumque viret.
[Cf. Phoenix anth. lat. [Riese], v. 1
Est locus in primo felix oriente remotus]
Sid. II, 407
Est locus Oceani, longinquis proximus Indis
Axe sub Eoo Nabathaeum tensus in Eurum

Cl. carm. min. XIX (XLIV), 66
redivivus sanguis
Sid. II, 417
rediviva — cinnama

Cl. carm. min. XLVII (XCII), 4
Si mihi nulla fides
Rapt. Pros. II, 234 (*in fine*)
reverentia patris
Sid. VII, 485
Si tibi nulla fides, nulla est reverentia patris

IX.

Stephani Gramlewiczii Claudiani auctorum conspectus ab editore in ordinem redactus emendatus locupletatus.

Claudianum eodem modo quo ceteri latini poetae posterioris aetatis eos qui antecesserant saepe imitatum esse seu potius exscripsisse nemini editorum non apparebat. Ubique in annotationibus suis quae poetae subiecerunt aliorum poetarum locos contulerunt. Nostra aetate primus continentem locorum seriem quibus Claudianus Vergilium secutus erat collegit Woldemarus Ribbeckius in

Vergilii editione ab Ottone fratre parata. Quae quidem collectio nimis est lacunosa. Multa postea quae huc spectant Antonius Zingerle in notis scriptis suis de posterioribus poetis latinis tetigit. Peculiarem vero libellum[1]) de Claudiani auctoribus nuper edidit vir doctus supra laudatus, quem non modo libellum praeclarissimo viro Martino Hertzio intercedente in editionis meae usum liberaliter transmisit, sed etiam locupletavit multis copiis ex suis scriniis sumptis, quae nondum erant typis expressae. Quibus ex opibus auctorum quem infra vides conspectum ita composui, ut ordinem instituerem carminum serie in editione nostra adhibita, quae ordinis disciplina sola lectoribus apte servit. Praeterea errores emendavi qui se offerebant, multa vero ex Vergilio ubique addenda subiunxi neque ea solum locos a viro docto plane omissos quibus Claudianus aperto erat Vergilii imitator, sed etiam ubicumque Vergilio praeterito alios poetas Claudiani auctorum loco nominavit, quamvis etiam ipse Vergilius similia haberet, quantum potui accurate locos Vergilianos annotavi. Ne vero quisquam dubitet, quid Gramlewiczio, quid mihi debeat, mea ubique asterisco in versus fronte accurate distinxi.

Cl. Prob. et Ol. cons. 9
saepe soles ductoribus illis
Instaurare vias
Stat. Silv. IV, 1, 17
qui saecula mecum
Instaurare paras
*(Verg. IV, 63
Instauratque diem)

Cl. Prob. et Ol. cons. 16
et prolem fata secuntur
Stat. Theb. 1, 213
et vocem fata secuntur

Cl. Prob. et Ol. cons. 51
Quantum stagna Tagi rudibus stillantia venis
Effluxere decus, quanto pretiosa metallo
Hermi ripa micat, quantas per Lydia culta
Despumat rutilas dives Pactolus harenas

1) *Quaestione Claudianeae* (dissert. Vratislav. 1877) scripsit Stephanus Gramlewicz.

Luc. VII, 755
Quidquid fodit Hiber, quidquid Tages extulit auri,
Quodque legit dives summis Arimaspus harenis

---

*Cl. Prob. et Olyb. cons. 55
Non mihi centenis pateant si vocibus ora
Verg. Georg. II, 43
Non mihi si linguae centum sint oraque centum
(Cf. Hostius fr. IV, Homer Il. II, 499, Verg. Aen. VI, 625 cet.)

Claud. Prob. et Ol. cons. 65
non anxia mentem
Spes agit et longo tendit praecordia voto
Stat. Theb. I, 322
spes anxia mentem
Extrahit et longo consumit gaudia voto

---

*Cl. Prob. et Olybr. cons. 87 cf. Verg. XI, 649.

---

*Cl. Prob. et Olybr. cons. 88
laxumque coercens
Mordet gemma sinum
Cl. In Eutrop. II, 184
mordebat fibula vestes
Verg. XII, 274
iuncturas fibula mordet

Cl. Prob. et Ol. cons. 94
Et formidato clipeus Titana lacessit
Lumine
Verg. Aen. VII, 526
aeraque fulgent
Sole lacessita et lucem sub nubilia iactant
Stat. Theb. III, 226
clipeique cruenta
Lux rubet et solem longe ferit aemulus orbis

Cl. Prob. et Ol. cons. 114
arbore fultus
Acclines umeros
Verg. Aen. X, 835
Arboris adclinis trunco

Cl. Prob. et Ol. cons. 116
surguntque toris maioribus herbae
Stat. Theb. I, 583
Gramineos dedit herba toros
* Verg. V, 388
viridante toro consederat herbae

Cl. Prob. et Ol. cons. 119
Qualis letifera populatus caede Gelonos
Procubat horrendus Getico Gradivus in Haemo
Stat. Theb. XII, 733
Ceu pater Edonos Haemi de vertice Mavors
Impulerit currus rapido mortemque fugamque
Axe vehens
*(Cf. Verg. Aen. III, 35 et XII, 331)

---

* Cl. Prob. et Ol. cons. 130
maxima rerum (= *Roma*)
= Verg. Aen. VII, 602.
(Cf. Claud. XXIX, 48)

Cl. Prob. et Ol. cons. 142
Sunt mihi pubentes alto de semine fratres
Verg. Aen. I, 71
Sunt mihi bis septem praestanti corpore nymphae
* Verg. Aen. IV, 230
alto a sanguine Teucri

---

* Cl. Prob. et Pl. cons. 144
fovi gremi
Verg. Aen. I, 718
gremio fovet

Cl. Prob. et Ol. cons. 158
Devoveas venientis iter. Non improba posco
Stat. Theb. XI, 505
firmate nefas, non improba posco
Stat. Ach. II, 268 (I, 942)
nimis improba posco

Cl. Prob. et Ol. cons. 166
Epist. V (XXXIX) 1
Cons. Stil. II, 246
} Usque adeone = Verg. Aen. XII, 646

Cl. de cons. Ol. et Prob. 169 seqq.
Ante — per flumina dammae
Errabunt
Verg. Ecl. I, 59
Ante leves ergo pascentur in aequore cervi
Hor. Carm. I, 2, 10 sqq.
pavidae natarunt aequore dammae

Cl. Prob. et Ol. cons. 171
Ante Thyesteis iterum conterrita mensis
Intercisa dies refugos vertetur in ortus
Ov. ex Pont. IV, 6, 47
Utque Thyesteae redeant si tempora mensae
Solis ad Eoas currus agetur aquas
(Cf. Stat. Theb. II, 184
Non fugeret diras lux intercisa Mycenas)

Cl. Prob. et Ol. 175
collesque canoris
Plausibus impulsi septena voce resultant
Verg. Aen. V, 150
pulsati colles clamore resultant
Verg. Aen. VIII, 305
collesque resultant

Cl. Prob. et Ol. cons. 177
et pollice docto
Iam parat auratas trabeas
Stat. Theb. XI, 401
et pollice docto
Stamina purpureae sociaverat aurea telae
*Ov. Met. XI, 170
docto — pollice stamina sollicat

Cl. In cons. Ol. et Prob. 179 seq.
Stamine, quod molli tondent de stipite Seres
Frondea lanigerae carpentes vellera silvae
Verg. Georg. II, 121
Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres

Cl. Prob. et Olybr. cons. 195
sacro ture vocatam
Iunonem Inachiis oculos advertere templis

Hor. carm. I, 30, 2

et vocantis
Ture te multo Glycerae decoram
Transfer in aedem

---

*Cl. Prob. et Ol. cons. 208

tonuerunt omina nimbi

Verg. Aen. II, 113

sonuerunt aethere nimbi

Cl. Prob. et Ol. cons. 209

Accepit sonitus curvis Tiberinus in antris

Verg. Aen. II, 308

Accipiens sonitum saxi de vertice pastor

Cl. De cons. Ol. et Prob. 214

Illi (*sc. Tiberino*) glauca nitent hirsuto lumina vultu,
Caeruleis infesta notis, — —
— crispo densantur gramine colla,
Vertice luxuriat toto crinalis harundo.

Verg. Aen. VIII, 31

Huic deus ipse loci fluvio Tiberinus amoeno
Populeas inter senior se attollere frondes
Visus, eum tenuis glauco velabat amictu
Carbasus et crinis umbrosa tegebat harundo

*(Cf. cons. Verg. VII, 30)

Cl. Prob. et Olybr. cons. 225

Ilia percurrens vitreas sub gurgite telas

Verg. Georg. I, 294

Arguto coniunx percurrit pectine telas

Verg. Aen. VII, 14

Arguto tenuis percurrens pectine telas

Cl. Prob. et Ol. cons. 234

Obstupuit visu

Verg. Aen. V, 90

Obstupuit visu

(*Cf. Verg. Aen. I, 613)

---

*Cl. Prob. et Ol. cons. 238

valido quamvis decernere caestu

Verg. Georg. III, 20

crudo decernet Graecia caestu

Cl. Prob. et Ol. cons. 247
Nunc pateras libare deis, nunc solvere multo
Verg. Aen. VII, 133
Nunc pateras libate Iovi precibusque vocate

Cl. In cons. Ol. et Prob. 252
Sudent irriguae spirantia balsama venae
Cl. epith. de nupt. Hon. 96
sudanti prorepunt balsama rivo
Verg. Georg. II, 118
odorato — sudantia ligno Balsama

Cl. Prob. et Ol. cons. 253
Currat, qui sociae roget in convivia mensae
Indigenas fluvios
* Ov. Met. I, 165. XII, 222
convivia mensae
Stat. Theb. VIII, 240
Tum primum ad coetus sociaeque ad foedera mensae
Oedipoden exisse ferunt

Cl. Prob. et Ol. cons. 256
Nar vitatius odoro
Sulphure
Verg. Aen. VII, 517
Sulpurea Nar albus aqua

Cl. Prob. et Ol. cons. 260
Oebaliae qui temperat arva Galesus
Verg. Georg. IV, 125
Namque sub Oebaliae memini me turribus altis,
Qua niger humectat flaventia culta Galaesus

Cl. in Ruf. I, 1
Saepe mihi dubiam traxit sententia mentem,
* Verg. Aen. XI, 314
quae sit dubiae sententia menti
Ov. Met. IX, 517
Hoc placet, haec dubiam vicit sententia mentem

Cl. in Ruf. I, 3
incerto fluerent mortalia casu
Luc. Ph. II, 13
habent mortalia casus

Cl. In Ruf. I, 4

Nam cum dispositi quaesissem foedera mundi
Praescriptosque maris fines annique meatus
Et locis noctisque vices — — —
— — — tellurem medio libraverit axe

Ov. Met. I, 32

Sic ubi dispositam quisquis fuit ille deorum,
Congeniem secuit sectamque in membra redegit:
Principio terram — — — — —
— — — — magni speciem glomeravit in orbis

Ov. Met. I, 12

Nec circumfuso pendebat in aere tellus

---

*Cl. In Ruf. 16

caeco quae currere semina motu
Affirmat magnumque novas per inane figuras

Verg. Ecl. VI, 31

canebat, uti magnum per inane coacta
Semina
[cf. Lucret.]

Cl. In Ruf. I, 28

Concilium deforme vocat

Stat. Theb. VIII, 275

Concilium rex triste vocat

*(Verg. Aen. III, 679

Concilium horrendum)

Cl. In Ruf. I, 29

quascumque sinistro
Nox genuit fetu

Luc. Ph. VI, 670

Huc quidquid foetu genuit natura sinistro
Miscetur

Cl. In Ruf. I, 29 seqq. cf. Verg. Aen. VI, 273 seqq.

Cl. In Ruf. I, 33

et scisso maerens velamine Luctus

Stat. Theb. III, 125

stat sanguineo discissus amictu
Luctus atrox

Cl. In Ruf. I, 42

Iussit et obstantes in tergum reppulit angues

* Verg. Aen. VII, 450
Reppulit — anguis
(Ov. Met. IV, 474
obstantes reiecit ab ore colubras
(* Culex, 221
Anguibus — reflexis [*de Cerbero*])

Cl. In Ruf. I, 66
Mugiit et totos serpentum erexit hiatus
*Verg. Aen. VII, 450
(Allecto) — geminos erexit crinibus anguis
* Verg. Georg. III, 38
tortos Ixionos anguis
* (Moret. 33
Torta comam)
Stat. Theb. II, 27
Cerberus atque omnes capitum subrexit hiatus

Cl. In Ruf. I, 81
Haec Athamantheae direxit spicula dextrae
* Verg. Aen. VII, 497
curvo derexit spicula cornu
Ov. Met. XII, 601
Certaque letifera direxit spicula dextra

Cl. In Ruf. I, 90
Tigride mobilius feta
Luc. Ph. V, 405
Ocior et caeli flammis et tigride feta

Cl. In Ruf. I, 93
quem prima meo de matre cadentem
Suscepi gremio
Stat. Theb. I, 60
si me de matre cadentem
Fovisti gremio

---

* Cl. In Ruf. I, 95
linguisque trisulcis
cf. Verg. Aen. II, 475, Georg. III, 439.

Cl. In Ruf. I, 118
Illa ubi caeruleo vestes conexuit angue
Ov. Met. IV, 482
Induitur pallam tortoque incingitur angue

Cl. In Ruf. I, 126
Illic umbrarum tenui stridore volantum
Flebilis auditur questus; simulacra coloni
Pallida defunctasque vident migrare catervas
Stat. Theb. II, 50
arcanus perhibent si vera coloni
Stridor ibi, et gemitus poenarum, atroque tumultu
Fervet ager, saepe Eumenidum vocesque manusque
In medium sonuere diem

---

*Cl. In Ruf. I, 130
ululatuque aethera rupit
Verg. Aen. VII, 395
ululatibus aethera complent

---

*Cl. In Ruf. I, 134
Tunc in canitiem mutatis sponte colubris
(*sc. Megaera*)
Longaevum mentita senem rugisque severas
Persulcata genas et ficto languida passu
Verg. Aen. VII, 415
Allecto torvam faciem et furialia membra
Exuit, in cultus sese transformat anilis
Et frontem obscenam rugis arat

Cl. In Ruf. I, 146
Novi, quo Thessala cantu
Eripiat lunare iubar
Hor. ep. V, 45
Quae sidera excantata voce Thessala
Lunamque caelo deripit
*(Cf. Verg. Ecl. VIII, 69
Carmina vel caelo possunt deducere Lunam)

Cl. In Ruf. I, 159
curvavi flumina lapsu
In fontes reditura suos
Ov. Met. VII, 199
cum volui ripis mirantibus amnes
In fontes rediere suos

Cl. In Ruf. I, 170
Ergo animi victus: Sequimur, quocumque vocabis,

Verg. Ecl. III, 49
Numquam hodie effugies; veniam quocumque vocaris.
(Cf. Verg. Georg. IV, 491.)

Cl. In Ruf. I, 206 seq.
inemptas — dapes
= Hor. ep. II, 48
*Verg. Georg. IV, 133
dapibus mensas onerabat inemptis

Cl. In Ruf. I, 208
Et picturatae fucantur murice vestes
Verg. Aen. III, 483
Fert picturatas auri subtegmine vestes
(Cf. Ov. Met. XI, 166 et Her. XIII, 37.)

Cl. In Ruf. I, 240
regione remotas
Ov. Trist. III, 4, 73
regione remotus

Cl. In Ruf. I, 242
stridens Aquilone
= Verg. Aen. I, 102

Cl. In Ruf. I, 249
Quis prodere tanta relatu
Funera, quis caedes possit deflere nefandas?
Verg. Aen. II, 361
quis funera fando
Explicet aut possit lacrimis aequare labores?

Cl. In Ruf. I, 259
At non magnanimi virtus Stilichonis eodem
Fracta metu
Luc. II, 234
At non magnanimi percussit pectora Bruti
Terror

Cl. In Ruf. I, 296
flamma Chimaerae
= Hor. carm. IV, 2, 16
*Verg. Aen. VI, 288
flammisque ornata Chimaera

Cl. In Ruf. I, 297
moribus impar
= Ov. Trist. V, 5, 47

Cl. In Ruf. I, 323
Est genus extremos Scythiae vergentis in ortus
Ov. Met. VIII, 779
Est locus extremis Scythiae glacialis in oris
Cl. In Ruf. I, 123
Est locus, extremum qua pandit Gallia litus

Cl. In Ruf. I, 334
Mavors, nubifero seu tu procumbis in Haemo
Stat. Theb. IX, 532
Getico qualis procumbit in Haemo —
Caelo mixta comas quercus

Cl. In Ruf. I, 358. VI. cons. Hon. 183
Ut rebare
Verg. Aen. X, 608
Ut rebare

Cl. In Ruf. I, 359
huc lumina flecte.
Aspice, barbaricis iaceant quot moenia flammis
Verg. Aen. VI, 788
Huc geminas nunc flecte acies, hanc aspice gentem

---

*Cl. In Ruf. I, 370
terras qui (*i. e. ultor*) nunc ipsumque fatigat Aethera
Verg. Aen. I, 280
Quae (*i. e. Iuno*) mare nunc terrasque metu caelumque fatigat

---

Cl. In Ruf. I, 373
Nec forti genitore minor, nec fratre corusco
Verg. Aen. X, 129
Nec Clytio genitore minor, nec fratre Menestheo

Cl. In Ruf. I, 376
pontemque pati cogetur Araxes
Verg. Aen. VIII, 728
pontem indignatus Araxes

Cl. In Ruf. I, 377
religata catenis
= Ov. Fast. I, 701

---

*Cl. In Ruf. I, 382
Rorabunt querceta favis
Verg. Ecl. IV, 30
Et durae querus sudabunt roscida mella

---

*Cl. In Ruf. I, 384
nec murice tinctis Velleribus quaeretur honos
Verg. Ecl. IV, 42
Nec varios discet mentiri lana colores

---

*Cl. In Ruf. I, 372—387
Honorii laus est imitatio laus Caesaris
Verg. Aen. VI, 792 seqq.

Cl. In Ruf. I, 385
sponte rubebunt
Attonito pastore greges
Verg. Ecl. IV, 45
Sponte sua sandyx pascentis vestiet agnos

Cl. praef. (carm. IV), 1
Pandite defensum reduces Helicona sorores,
Pandite
Verg. Aen. VII, 641. X, 163
Pandite nunc Helicona, deae, cantusque movete

Cl. praef. (carm. IV), 19
Oblitusque sui
Verg. Aen. III, 629
Oblitusve sui

Cl. In Ruf. II, 8
pollutaeque negant arescere fauces
Luc. Ph. I, 331
nullus semel ore receptus
Pollutas patitur sanguis mansuescere fauces

Cl. In Ruf. II, 18
Insontesque meae populos miscere ruinae!
Luc. Ph. VII, 655
trahere omnia secum
Mersa iuvat, gentesque suae miscere ruinae

Cl. In Ruf. II, 26
alii per terga ferocis
Danubii solidata ruunt
Luc. Ph. I, 308
ruerentque in terga feroces[1])
Gallorum populi?

---

1) Sententia eorum locorum prorsus diversa; est sola silimitudo externa.

Cl. In Ruf. II, 62
Exsultatque malis, summaeque ex culmine turris
Ov. Met. V, 291
Seque iacit vecors e summae culmine turris

Cl. In Ruf. II, 103
Partibus Italiae tuta sub pace relictis
Luc. Ph. II, 348
Da mihi castra sequi. Cur tuta in pace relinquar?

Cl. In Ruf. II, 109
collectae facili velamina nodo
Verg. Aen. I, 320
nodoque sinus collecta fluentis

Cl. In Ruf. II, 130
At procul exsanguis Rufinum perculit horror
* Verg. Aen. III, 29
frigidus horror Membra quatit
Luc. Ph. I, 192
Si cives, huc usque licet. Tum perculit horror
Membra ducis

Cl. In Ruf. II, 131
Infectae pallore genae. Stetit ore gelato
Luc. Ph. VII, 339
stat corde gelato Attonitus

Cl. In Ruf. II, 131
stetit ore gelato
Stat. Theb. IV, 497
gelat ora pavor gressusque tremiscunt

Cl. In Ruf. II, 165
manes et sidera testor
Stat. Theb. III, 63
Noctis vaga lumina testor
Et socium manes
* (Verg. Aen. IX, 429
Caelum hoc et conscia sidera testor)

Cl. In Ruf. II, 179
antraque docti Cornipedis
Stat. Ach. I, 239
speluncaque docti Muta senis

Cl. In Ruf. II, 189
Starent Arcadiae, starent Lacedaemonis agri
Verg. Aen. II, 56
Troiaque nunc staret, Priamique arx alta maneres

Cl. In Ruf. II, 207
penitus de stirpe revelli
Stat. Theb. I, 242
totumque a stirpe revellam Exitiale genus

Cl. In Ruf. II, 216
Cedo equidem
Verg. Aen. II, 704
Cedo equidem

Cl. In Ruf. II, 220
His dictis omnes una fremuere manipli,
Luc. Ph. I, 386
His cunctae simul adsensere cohortes
*(Cf. Verg. Aen. X, 96
cunctique fremebant — adsensu)

Cl. In Ruf. II, 249
Non est victoria tanti, Ut videar vicisse mihi
Luc. Ph. III, 51
nec vincere tanti, Ut bellum differret, erat
*(Verg. G. III, 112
tantae est victoria curae)

Cl. In Ruf. II, 266
Quid nobis patriam, quid cara revisere tandem
Pignora dilectosve iuvat coluisse penates?
Verg. Aen. II, 137
Nec mihi iam patriam antiquam spes ulla videndi,
Nec duplicis natos exoptatumque parentem

Cl. In Ruf. II, 268
Te sine dulce nihil
Verg. Aen. XII, 882
aut quicquam mihi dulce meorum
Te sine, frater, erit?

Cl. In Ruf. II, 293
Ut cessisse ducem, propius venisse cohortes
Cognita Rufino

Verg. Aen. I, 667

Frater ut Aeneas pelago — —
— — — iactetur — —
Nota tibi — —

Cl. In Ruf. II, 334

canit ambages

= Verg. Aen. VI, 99

Cl. In Ruf. II, 336

Iam summum radiis stringebat Lucifer Haemum

Verg. Aen. XII, 113

Postera vix summos spargebat lumine montes
Orta dies

Verg. Aen. IV, 584

Et iam prima novo spargebat lumine terras
— — — Aurora — —

Cl. In Ruf. II, 338

Festinamque rotam solito properantior urget
Tandem Rufini visurus funera Titan

Luc. Ph. I, 233

Iamque dies primos belli visura tumultus
Exoritur

Cl. In Ruf. II, 363

metuenda voluptas

Stat. Theb. VI, 72

miseranda voluptas

Cl. In Ruf. II, 369

Nomine quemque vocat

Verg. Aen. XI, 731. XII, 759

Nomine quemque vocans

Cl. In Ruf. II, 373

— — — Decrescere campus Incipit

Stat. Theb. VIII, 397

vident decrescere campum

---

*(Cl. In Ruf. II, 391

seges — ferri

(Cf. Cl. VII, 135)

Verg. Aen. III, 45—46

ferrea — Telorum seges

---

*Cl. In Ruf. II, 431
iuvat ire per artus *cet.*
Verg. Aen. II, 27
iuvat ire *cet.*
[Cf. totum locum apud utrumque].

Cl. In Ruf. II, 451 seq.
iacet en, qui possidet orbem,
Exiguae telluris inops et pulvere raro
Per partes tegitur
Hor. carm. I, 28, 1 seq.
Te maris et terrae numeroque carentis harenae
Mensorem cohibent, Archyta,
Pulveris exigui — parva —
Munera

Cl. In Ruf. II, 455
Amolitur onus
Luc. Ph. V, 355
Amolitur onus

Claud. In Ruf. II, 460
veluti pastoris in ora
Commotae glomerantur apes, qui dulcia raptu
Mella trahit, pennasque cient et spicula tendunt
Et tenuis saxi per propugnacula cunctae
Rimosam patriam dilectaque pumicis antra
Defendunt pronoque favos examine vallant
Stat. Theb. X, 574
Sic ubi pumiceo pastor rapturus ab antro
Armatas erexit apes, fremit aspera nubes;
Inque vicem sese stridore hortantur, et omnes
Hostis in ora volant, mox deficientibus alis
Amplexae flavamque domum, captivaque plangunt
Mella laboratasque premunt ad pectora ceras

---

*Cl. In Ruf. II, 491
Hos ubi per varias annis ter mille figuras
Egit Lethaeo purgatos flumine, tandem
Rursus ad humanae revocat primordia formae
Verg. Aen. VI, 748
Has omnis ubi mille rotam volvere per annos
Lethaeum ad fluvium deus evocat agmine magno
Scilicet inmemores supera ut convexa revisant
Rursus et incipiant in corpora velle reverti
(Cf. Cl. Rapt. Pros. I, 60)

Cl. praef. III cons. Hon. 1
Parvos non aquilis fas est educere fetus
Verg. Aen. VIII, 413
et possit parvos educere natos

Cl. III cons. Hon. 10
quem primo a limine vitae
Luc. Ph. II, 106
nec primo in limine vitae [1])
Sen. Herc. Fur. 1140
quas in primo limine vitae

Cl. III cons. Hon. 22
Reptasti per scuta puer regumque recentes
Exuviae tibi ludus erant
Stat. Theb. IX, 620
Inque meos reptavit protinus arcus
Tela puer lacrimis et prima voce poposcit

Cl. III cons. Hon. 34
Talis perdomito redeat mihi filius hoste
Ov. Trist. II, 1, 177
Hic tibi sic redeat superato victor ab hoste
Rapt. Pros. (*nunc*) II, 40
Et totiens uno victor ab hoste redis

Cl. III cons. Hon. 37
Turbidus et grato respersus pulvere belli
Armaque gaviso referat captiva parenti
Stat. Theb. IV, 260
Prosilit audaci Martis percussus amore
Arma, tubas audire calens, et pulvere belli
Flaventem sordere comam captoque referri
Hostis equo
(Cf. Stat. Theb. IX, 710
nymphae
Bellantem atque ipso sudore et pulvere gratum
Laudant)

Cl. III cons. Honor. 39 seq.
Mox ubi firmasti recto vestigia gressu,
Non tibi desidias molles nec marcida luxu
Otia nec somnos genitor permisit inertes,
Sed nova per duros instruxit membra labores

1) Lucanus Vergilium imitatus esse videtur *Aen. VI, 427. 'Limine leti' iam Culex v. 224.

Et cruda teneras exercuit indole vires:
Frigora saeva pati, gravibus non cedere nimbis,
Aestivum tolerare iubar, tranare sonoras
Torrentum furias, ascensu vincere montes,
Planitiem cursu, valles et concava saltu,
Nec non in clipeo vigiles producere noctes,
In galea potare nives, nunc spicula cornu
Tendere, nunc glandes Baleari spargere funda

Stat. Achill. II, 392 (II, 106)

Iam tunc arma manu, iam tunc cervice pharetrae,
Et ferri properatus amor durataque multo
Sole geluque cutis; tenero nec fluxa cubili
Membra, sed ingenti saxum commune magistro

Ibid. 405 (119)

Quid nunc tibi proelia dicam
Silvarum et saevo vacuos iam murmura saltus?

Ibid. 424 (138)

Nunc docet ingentes saltu me iungere fossas,
Nunc caput aerii scandentem prendere montis,
Quo fugitur per plana gradu

---

*Cl. III Hon. cons. 49

nunc spicula cornu
Tendere, nunc glandes Baleari spargere funda

Verg. Aen. VII 686

pars maxima glandes
Liventis plumbi spargit, pars spicula gaetas

Cl. III cons. Hon. 59

Hos tibi virtutis stimulos, haec semina laudum,
Haec exempla dabat

Stat. Ach. II, 373 (II, 87)

ritusque tuos elementaque primae
Indolis et valida mox accedente iuventa,
Quae solitus laudum tibi semina pandere Chiron
Virtutisque aditus

Claud. III Hon. 60

Non ocius hausit Achilles
Semiferi praecepta senis, seu cuspidis artes,
Sive lyrae cantus, medicas seu disceret herbas

Stat. Ach. II, 438 (II, 152)

Sic me sublimis agebat
Gloria, nec duri tanto sub teste labores.
Nam procul Oebalios in nubila condere discos
— — — — —
Ludus erat requiesque mihi; nec maior in istis

Sudor, Apollineo quam fila sonantia plectro
Cum quaterem priscosque virum mirares honores.
Quin etiam sucos atque auxiliantia morbis
Gramina

Cl. III cons. Hon. 73
Quae tibi tunc Martis rabies quantusque sequendi
Ardor erat? quanto flagrabant pectora voto
Stat. Silv. I, 2, 209
Quis tibi tunc alacri caelestum en munere claro
Stella dies? Quanto salierunt pectora voto

Cl. III cons. Hon. 77
Ut leo, quem fulvae matris spelunca tegebat
Uberibus solitum pasci, cum crescere sensit
Ungue pedes et terga iubis et dentibus ora;
Iam negat imbelles epulas et rupe relicta
Gaetulo comes ire patri stabulisque minari
Aestuat et caesi tabum sorbere iuvenci
Stat. Theb. IX, 739
Ut leo, cui parvo mater Gaetula cruentos
Suggerit ipsa cibos, cum primum crescere sensit
Colla iubis torvusque novos respexit ad ungues,
Indignatur ali, tandemque effusus apertos
Liber amat campos et nescit in antra reverti

---

*Cl. III cons. Hon. 83
rerumque tibi commendat habenas
Verg. Aen. VII, 600
rerumque reliquit habenas

Cl. IV cons. Hon. 102
inventor scelerum
= Verg. Aen. II, 164

Cl. III cons. Hon. 119
Illyrici legitur plaga litoris, arva teruntur
Dalmatiae, Phrygii numerantur stagna Timavi
Verg. Ecl. VIII, 6
seu magni superas iam saxa Timavi,
Sive oram Illyrici legis aequoris

Cl. III cons. Hon. 129
mediam veherere per urbem
Stat. Silv. II, 2, 134
celsusque duas veherere per urbes

Cl. III Hon. 189 Unanimi fratres Cl. cons. Olybr. 231 Unanimes fratres *(Verg. Aen. VII, 335 unanimos — fratres	= Stat. Theb. VIII, 670

Cl. De III cons. Hon. 197 seq.

Neptunus in alga
Nutrit equos, qui summa freti per caerula possint
Ferre viam segetemque levi percurrere motu
Nesciat ut spumas nec proterat ungula culmos

Verg. Aen. VII, 808

Illa vel intactae segetis per summa volaret
Gramina nec teneras cursu laesisset aristas,
Vel mare per medium fluctu suspensa tumenti
Ferret iter celeris nec tingueret aequore plantas

*Cl. De cons. Hon. 211

Indus ebur, [illegible]Panchaia, vellera Seres (*sc. dabunt*)

Verg. Georg. I, 57

India mittit ebur, molles sura Sabaei

Cl. IV cons. Hon. 116

Profuit hoc vincente capi

Ov. Her. III, 54

Utile dicebas ipse fuisse capi

Cl. IV cons. Hon. 123

Nullaque privatae passus contagia sortis

Luc. Ph. VI, 741

quae te contagia passam

Cl. IV cons. Hon. 159

immortalique dearum
Crescis adoratus gremio

Stat. Theb. IV, 355

et gremio miseros accrescere natos

Cl. IV Hon. 166

festinaque voti

= Stat. Theb. VI, 75

*Cl. IV cons. Hon. 183

risitque tuo natura sereno

Verg. Aen. I, 255

Voltu, quo caelum tempestatesque serenat

Cl. IV cons. Hon. 193 seq.

Claruit (*scil.* ventura potestas) Ascanio, subita cum luce comarum
Innocuus flagraret apex Phrygioque volutus
Vertice fatalis redimiret tempora candor

Verg. Aen. II, 682

Ecce levis summo de vertice visus Iuli
Fundere lumen apex tactuque innoxia mollis
Lambere flamma comas et circum tempora nasci

Cl. IV cons. Hon. 206

Haud aliter summo gemini cum patre Lacones
Progenies Ledaea sedent: in utroque relucet
Frater, utroque soror, simili chlamys effluit auro
Stellati pariter crines. Iuvat ipse Tonantem
Error

*Verg. Aen. X, 391

simillima proles
Indiscreta suis gratusque parentibus error

Stat. Theb. V, 437

ambiguo visus errore lacessunt
Oebalidae gemini; chlamys huic, chlamys ardet et illi,
Ambo hastile gerunt, umeros erectus uterque
Nudus uterque genas, simili coma fulgurat astro

Cl. IV cons. Hon. 239

confundere sacra profanis

Hor. epist. I, 16, 54

miscebis sacra profanis

Cl. IV cons. Hon. 327

quae fraudi comoda vallis

Verg. Aen. XI, 522

vallis adcomoda fraudi

Claud. IV cons. Hon. 361

patiar Romum servire clienti?
Usque adeone puer? Nec me polluta potestas
Nec pia cognati tanget vindicta cruoris?

Stat. Theb. IX, 791

quisnam adeo puer, ut bellare recuset
Talibus?

---

*Cl. IV cons. Hon. 369

Delibet oscula nati

Verg. Aen. I, 256

Oscula libavit natae

(Cf. Cl. XXIX, 99, Verg. Aen. XII, 434)

Cl. Fescenn. I, 2
Parthis sagittas tendere doctior
Hor. carm. I, 29, 9
Doctus sagittas tendere Sericas

---

*Cl. Fescenn. IV, 20
Quam lento premitur palmite populus
Verg. Ecl. IX, 41
hic candida populus antro
Imminet et lentae texunt umbracula vites

Cl. Nupt. Hon. 34
Fateor, Stilicho: non parva poposci,
Sed certe mereor princeps
Ov. Met. XIII, 16
Praemia magna peti fateor; sed demit honorem
Aemulus
Ov. Her. XV, 19
Praemia magna quidem, sed non indebita posco
*[Verg. Aen. VI, 66
non indebita posco (*sc. regna*)]

Cl. Nupt. Hon. 132
seu concha Libycum circumtonat (*scil.* Triton) aequor
Verg. Aen. VI, 171
forte cava dum personat aequora concha
Verg. Aen. X, 209
Triton et caerula concha
Exterrens freta

Cl. Nupt. Hon. 149
sinuatur in arcum
Ov. Met. III, 42
sinuatur in arcus
Ov. Met. XIV, 51
sinuatus in arcus
} *Verg. Aen. II, 208
sinuatque inmensa volumine terga
*(Cf. Verg. Aen. III, 533, Georg. II, 448)

Cl. Nupt. Hon. 170 seq.
Vimen erat, dum stagna subit; processerat undis:
Gemma fuit
Ov. Met. IV, 751
Vimen in aequore erat, fiat super aequora saxum

---

*Cl. Nupt. Hon. 176
devotum sentiat aequor
Verg. Eccl. X, 57
omne tibi stratum silet aequor

Cl. Nupt. Hon. 182
Continuo sublime volans ad moenia Gallis
Condita
Luc. Ph. I, 248
O male vicinis haec moenia condita Gallis

Cl. Nupt. Hon. 195
clangore tubarum
= Luc. IV, 750
*Verg. Aen. II, 313. XI, 192

Cl. Nupt. Hon. 204
quocumque vocaverit usus
Stat. Theb. II, 19
quoscumque vocaris in usus

Cl. Nupt. Hon. 244
Assurgit ceu forte minor sub matre virenti
Laurus
Verg. Georg. II, 18
etiam Parnasia laurus
Parva sub ingenti matris se subicit umbra

Cl. Nupt. Hon. 253
Magnorum suboles regum pariturаque reges
*Verg. Aen. IX, 642
Dis genite et geniture deos
(Cf. Stat. Silv. I, 1, 74)

---

*Cl. Bell. Gild. 2
convexa poli
Verg. Aen. IV, 451
caeli convexa

Cl. Bell. Gild. 7
Horret adhuc animus manifestaque gaudia differt,
Dum stupet, et tanto cunctatur credere voto
Stat. Theb. VIII, 108
Horret adhuc animus
Stat. Theb. VIII, 150
stupet haec et credere Adrastus
Cunctatur

Cl. Bell. Gild. 7

gaudia differt

= Ov. Met. IV, 350

Cl. Bell. Gild. 46

Armato quondam populo patrumque vigebam
Conciliis [*sic ego nunc pro* Consiliis]

Verg. Aen. II, 88

Dum stabat regno incolumis regumque vigebat
Conciliis

Cl. Bell. Gild. 55

complerent horrea venti

Luc. Ph. III, 67

complerunt horrea terrae

Cl. Bell. Gild. 139

Irrupit clamore fores

Stat. Theb. VI, 641

Irrupit clamore fores

*(Cf. Verg. Aen. II, 645

inrumpit limina)

Cl. Bell. Gild. 150

pulsis dominentur aratris
Dipsades et sitiens attolat gleba cerastas

Luc. IX, 851

pro Caesare pugnant
Dipsades et peragunt civilia bella cerastae

Cl. Bell. Gild. 161

pars tertia mundi

= Ov. Met. V, 372

Luc. IX, 411

Tertia pars rerum

Cl. De bello Gild. 208

afflavit Romam meliore iuventa

Verg. Aen. I, 590 seq.

nato genetrix lumenque iuventae — adflarat

Cl. Bell. Gild. 220

undarum verbere nutat
Descensura rates

Stat. Theb. III, 57

pelago iam descendente carina

Cl. Bell. Gild. 228

permixto tremuerunt gaudia fletu

Stat. Silv. V, 2, 10

quanto manarent gaudia fletu

Stat. Silv. V, 3, 217

quali confusus gaudia fletu

*(Cf. Ov. Met. IV, 673

trepido manabant lumina fletu)

Cl. Bell. Gild. 236

Hoc erat

= Verg. Aen. II, 664

Cl. Bell. Gild. 254

Exemplum sequerer Tulli laniataque dumis
Impia diversis aptarem membra quadrigis

Verg. Aen. VIII, 642

Haut procul inde citae Mettum in diversa quadrigae
Distulerant (at tu dictis, Albane, maneres!)
Raptabatque viri mendacis viscera Tullus
Per silvam, et sparsi rorabant sanguine vepres

Cl. Bell. Gild. 260

Ergo fas pretio cedet? Mercede placebit
Proditio?

Luc. Ph. I, 37

scelera ipsa nefasque
Hac mercede placent

Cl. Bell. Gild. 278 (= III cons. Hon. 65)

longi pro dedecus aevi

Ov. Fast. V, 589

et longi dedecus aevi

Luc. Phars. II, 117

nedum breve dedecus aevi

---

*Cl. Bell. Gild. 328

Carpebat teneros Maria cum coniuge somnos

Verg. Georg. III, 435

mollis sub divo carpere somnos

Cl. Bell. Gild. 330

Tantane devictos tenuit fiducia Mauros?

Verg. Aen. I, 132

Tantane vos generis tenuit fiducia vestri?

(Cf. Bell. Poll. 380)

Cl. Bell. Gild. 340
Captivum mihi redde meum, desiste morari
Stat. Theb. XI, 169
Decretum est, fixumque voco; desiste morari

Cl. Bell. Gild. 349
At iuvenem stimulis immanibus aemula virtus
Exacuit
Luc. Ph. I, 120
Permissum est ducibus. Stimulos dedit aemula virtus

Cl. Bell. Gild. 379
Finierat. Stilicho contra cui talia reddit
Verg. Aen. X, 530
Dixerat. Aeneas contra cui talia reddit

Cl. Bell. Gild. 381
Auferet ignavus clari solatia leti
Luc. Ph. VIII, 314
Quae feci; sed magna feram solatia mortis
* Ov. Met. V, 73
solatia mortis

Cl. Bell. Gild. 410
funere mersit
= Verg. Aen. VI, 429

Cl. Bell. Gild. 421
meritusque vocabula Felix
Stat. Theb. VI, 463
meritumque vocabula Cygnum

Cl. Bell. Gild. 425
Stat circumfusa iuventus Nixa hastis
Verg. Aen. IX, 229
Stant longis adnixi hastis

Cl. Bell. Gild. 433
raucosque repulsus Umbonum
Verg. Aen. II, 545
rauco quod protinus aere repulsum
Ex summo clipei nequiquam umbone pependit

Cl. Bell. Gild. 465
Tertia iam solito cervix mucrone rotetur
Luc Ph. VIII, 673
nondum artis erat caput ense rotare
* Cf. Verg. Aen. IX, 441. X, 577
rotat ensem

---

*Cl. Bell. Gild. 493
Si revolant mergi, graditur si litore cornix
Verg. Georg. I, 361
Quom — revolant ex aequore mergi
Ibid. I, 389
(Cornix) in sicca secum spatiatur harena

---

*Cl. cons. Manl. praef. 2
nostra Thalia
= Verg. Ecl. VI, 2

Cl. cons. Manl. Theod. 43
lateri custos
= Stat. Theb. X, 184

Cl. cons. Manl. Theod. 51
et nostro diducta Britannia mundo
Verg. Ecl. I, 66
Et penitus toto divisos orbe Britannos.

Cl. cons. Manl. Theod. 61
Postquam parta quies et summum nacta cacumen,
Iam secura petit privatum gloria portum
Verg. Aen. VII, 598
Nam mihi parta quies, omnisque in limine portus

Cl. cons. Manl. Theod. 113
Iam tibi compositam fundaverat ancora puppim;
Verg. Aen. VI, 4
Ancora fundabat navis

---

*Cl. cons. Manl. Theod. 128
Quae moveant momenta polum, quam certus in astris
Error, quis tenebras lucisque meantem
Defectum indicat numerus
Verg. Georg. II, 477
Accipiant caelique vias et sidera monstrent
Defectus solis varios lunaeque labores
Verg. Aen. I, 742
Hic canit errantem lunam solisque labores
(Cf. Cl. XXVI, 233 et Carm. min. XXX (XLVIII), 2)

Cl. cons. Manl. 187
non audit verbera currus
Verg. Georg. I, 514
neque audit currus habenas

Cl. cons. Manl. Theod. 206

Sed ut altus Olympi
Vertex, qui spatio ventos hiemesque relinquit,
Perpetuum nulla temeratus nube serenum,
Celsior exsurgit pluviis auditque ruentes
Sub pedibus nimbos et rauca tonitrua calcat

Stat. Theb. II, 35

Stat sublimis apex ventosque imbresque serenus
Despicit et tantum fessis insiditur astris.
Illic exhausti posuere cubilia venti
Fulminibus iter est; medium cava nubila montis
Insumpsere latus, summos nec praepetis alae
Plausus adit colles, nec rauca tonitrua pulsant

Cl. cons. Manl. Theod. 275

Manlius igniferos radio descripserat arcus

Verg. Ecl. III, 41

Descripsit radio totum qui gentibus orbem

Verg. Aen. VI, 850

caelique meatus
Describent radio

Cl. cons. Manl. Theod. 292

Non aspernata rogantem

Stat. Silv. I, 2, 105

Illa refert, multum non aspernata rogari

---

* Cl. In Eutr. I, 2

Moenibus et mediis auditum nocte luporum Murmur

Verg. Georg. I, 486

Per noctem resonare lupis ululantibus urbes

---

* Cl. In Eutr. I, 3

pecudes — locutas

Verg. Georg. I, 478

pecudesque locutae

---

* Cl. In Eutr. I, 5

puteosque cruore Mutatos

Verg. Georg. I, 485

puteis manare cruor

Cl. In Eutr. I, 11
Pandite pontifices Cumanae carmina vatis
Luc. Ph. I, 564
Diraque per populum Cumanae carmina vatis
Vulgantur
Luc. Ph. VIII, 824
Haud equidem immerito Cumanae carmina vatis
*(Cf. Verg. Ecl. IV, 4. Aen. III, 433, VI, 211)

Cl. In Eutrop. I, 24
Hoc regni Fortuna tenes? Quaenam ista iocandi
Saevitia?
Horm. carm. III, 29, 49
Fortuna saevo laeta negotio et
Ludum insolentem ludere pertinax

Cl. In Eutr. I, 82
vel aerata Danaen in turre latentem
Hor. carm. III, 16, 1
Inclusam Danaen turris aenea

Cl. In Eutr. I, 85
Non blandior ullus euntis
Ancillae tetigisse latus
Ovid. Art. am. I, 605
Insere te turbae leviterque admotus eunti
Velle latus digitis et pede tange pedem

Cl. In Eutr. I, 92
iam turba procax noctisque recedit
Ambitus et raro pulsatur ianua tactu
Hon. carm. I, 25, 1
Parcius iunctas quatiunt fenestras
Iactibus crebris iuvenes protervi

Cl. In Eutr. I, 138
Est ubi despectus nimius iuvat
Stat. Theb. X, 493
Est ubi dat vires nimius timor

Cl. In Entrop. I, 161—166 *agitur de Busiride et Phalaride* cf. Ov. Art. Am. I, 647—654

Cl. In Eutrop. I, 170

obsitus aevo

= Verg. Aen. VIII, 307

Cl. In Eutr. I, 238

Erubuit Mavors aversaque risit Enyo

Stat. Theb. V, 356

audaces rubuit mirata catervas
Pallas, et adverso risit Gradivus in Haemo

Stat. Silv. I, 6, 62

ridet Mars pater et cruenta virtus

Cl. in Eutr. I, 244

squalent populatibus agri

Luc. Ph. II, 534

Ardent Hesperii saevis populatibus agri

Cl. In Eutr. 271

Quid te turpissime bellis
Inseris, aut saevis pertemptas Pallada campis?
Tu potes alterius studiis haerere Minervae;
Et telas, non tela, pati

Ov. Art. am. I, 691

Quid facis, Aeacide? non sunt tua munera lanae.
Tu titulos alia Palladis arte petas.
Quid tibi cum calathis? clipeo manus apta ferendo est

---

*Cl. In Eutr. I, 277

habeas pro Marte Cybebe
Rauca Celaenaeos ad tympana disce furores.
Cymbala ferre licet

ibid. 281

Arma relinque viris

Verg. Aen. IX, 618

O vere Phrygiae (neque enim Phryges), ite per alta
Dindyma, ubi adsuetis biforem dat tibia cantum.
Tympana vos buxusque vocat Berecyntia Matris
Idaeae: sinite arma viris et cedite ferro

Cl. In Eutr. I, 288

longique labor commiserit aevi

Verg. Aen. XI, 425

Multa dies variusque labor mutabilis aevi
Rettulit in melius

Cl. In Eutr. I, 328
Troianam sola Minervam
Virginitas Vestalis adit flammasque tuetur
Luc. Ph. I, 597
Vestalemque chorum ducit vittata sacerdos,
Troianam soli cui fas vidisse Minervam

---

*Cl. in Eutr. I, 349
corvo certante ligustris
(*celerius conieci* corvus candore ligustri)
Verg. Eccl. VIII, 55
Certent et cycnis ululae

Cl. in Eutr. I, 350
Atque aliquis
= Luc. Phars. II, 67

Cl. in Eutr. I, 353
Prona petunt retro fluvii iuga
Hor. carm. I, 29, 11
Pronos relabi posce rivos Montibus

Cl. In Eutr. I, 355
et assuetum silvis delphina videbo
Hor. art. poet. 30
Delphinum silvis adpingit

---

*Cl. In Eutr. I, 363
Nocte dieque patet
= Ov. Met XII, 46
Verg. Aen. VI, 127
Noctes atque dies patet

Cl. In Eutr. I, 391
Tum sic orsa loqui
= Verg. Aen. VI, 125

Cl. praef. In Eutr. II, 25
Canitiem raram largo iam pulvere turpat
Verg. Aen. XII, 611
Canitiem inmundo perfusam pulvere turpans
Verg. Aen. X, 844
Canitiem multo deformat pulvere

Cl. In Eutrop. II, praef. 63
mater amorum
= Ov. Am. III, 15, 1

Cl. In Eutr. II, 1
Mygdonii cineres,
Verg. Aen. II, 431
Iliaci cineres

Cl. In Eutr. II, 5
Cautior ante tamen violentum navita Caurum
Prospicit et tumidae subducit vela procellae
Luc. Ph. VI, 286
qui Caesaris arma
Segnius haud vidit, quam malo nauta tremente
Omnia Circeae subducit vela porcellae

[Cl. In Eutr. II, 10]
Tunc decuit
= Verg. Aen. IV, 597

Cl. In Eutr. II, 44
mediisque ferae se credere muris
Luc. Ph. III, 331
nostrisque velis te credere muris

Cl. In Eutr. II, 45
Tum vates sine more rapi lymphataque passim
Pectora terrifici stimulis ignescere Phoebi
Verg. Aen. VII, 377
Immensum sine more furit lymphata per urbem

---

*Cl. In Eutr. II, 88
At soror et — uxor
Verg. Aen. I, 47
Et soror et coniunx

Cl. In Eutr. II, 108
Subrisit crudele
Stat. Theb. VIII, 581
formidabile ridens

Cl. In Eutr. II, 176
Tandem Tarbigilum — Geticae dux improbus alae
Hic erat — aggreditur
Stat. Theb. X, 466
Ecce et Dirceae iuxta dux concitus alae
Venerat Amphion

Cl. In Eutr. II, 185
Inque orbem tereti mitra redimita capillum
Strinxerat
Ov. Her. IX, 63
Ausus es hirsutos mita redimire capillos
*(Cf. Verg. Aen. IX, 616
habent redimicula mitrae)

Cl. in Eutr. II, 244
sed quid non longa valebit
Permutare dies?
Verg. Aen. III, 415
Tantum aevi longinqua valet mutare vetustas

Cl. In Eutrop. II, 247
Thraces arant
= Verg. Aen. III, 14

Cl. in Eutr. II, 257
Hic et Apollinea victus testudine pastor
Suspensa memores illustrat pelle Celaenas
Stat. Theb. IV, 185
Conticuit praeceps, qui non certamina Phoebi
Nosset et illustres Satyro pendente Celaenas

Cl. In Eutr. II, 276
spes nulla salutis,
Nulla fugae
Luc. Ph. X, 538
Hinc tergo insultant pedites: via nulla salutis,
Non fuga
*(Verg. Aen. IX, 131, X, 121
Nec spes ulla fugae)

Cl. In Eutr. II, 292
Immobilis haeret
Terminus. Haec dudum nato placuere Tonanti
Verg. Aen. IV, 614
Et sic fata Iovis poscunt, hic terminus haeret
*Cf. Cl. Carm. min. XXI (XLVI), 10 et Verg. Aen. VII, 250
immobilis haeret

Cl. In Eutr. II, 296
Iamque vale
= Verg. Aen. II, 789. V, 738. XI, 827. Georg. IV, 497

Cl. In Eutr. II, 331
Gnara coloratis viridis defertur ab Indis
Veorg. Georg. IV, 293
Usque coloratis amnis devexus ab Indis

Cl. In Eutr. II, 332
quorumque profundam
Ingluviem nan Aegaeus, non alta Propontis,
Non freta longinquis Maeotia piscibus explent
Verg. Georg. III, 430
hic piscibus atram
Improbus ingluviem ranisque loquacibus explet

Cl. In Eutr. II, 365
Non haec spectacula tempus Poscere
Verg. Aen. VI, 37
Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit

Cl. In Eutrop. II, 413
nudoque sub axe
= Verg. Aen. II, 512

Cl. In Eutrop. II, 445
More suis, dapibus quae iam devota futuris
Verg. Aen. I, 712
pesti devota futurae
ibid. I, 210
Illi se praedae accingunt dapibusque futuris

---

*Cl. In Eutr. II, 447
mucrone corusco
= Verg. Aen. II, 333

---

*[Cl. In Eutrop. II, 450
Flagrat opus]
Verg. Aen. I,
Fervet opus
(Cf. Verg. Aen. IV, 407, Georg. IV, 169)

Cl. in Eutr. II, 470
Geminantur vera pavoris
Ingenio
Stat. Theb. III, 343
Deus omnia credere suadet
Armipotens geminatque acceptos fama pavores

---

*Cl. In Eutr. II, 525
gressus caligine figunt
Verg. Aen. VI, 159
vestigia figit

Cl. In Eutrop. II, 555
publica iura
= Luc. IX, 249

---

*Cl. cons. Stil. I, 12
imponam glaciali Pelion Ossae
Verg. Georg. I, 281
imponere Pelio Ossam
(Cf. Ov. Met. I, 155
subiecto Pelion Ossae)

Cl. cons. Stil. I, 42
nullis haerere potentum Liminibus
Hor. ep. II, 7
Forumque vitat et superba civium
Potentiorum limina
*(Cf. Verg. Aen. II, 673
in limine coniunx Haerebat)

Cl. cons. Stil. I, 59
Penetralibus ignem
Sacratum rapuere adytis
Verg. Aen. II, 297
Aeternumque adytis effert penetralibus ignem
Verg. Aen. V, 660
rapiuntque focis penetralibus ignem

Cl. cons. Stil. I, 85
mellisque lacus et flumina lactis
Erupisse solo
Ov. Met. I, 111
Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant

Cl. cons. Stil. I, 102
turmas equitum peditumque catervas
Hor. epist. II, 1, 190
equitum turmae peditumque catervae

Cl. cons. Stil. I, 110
non falce Gelonus,
Non arcu pepulere Getae, non Sarmata conto
Stat. Ach. II, 418 (II, 132)
quo turbine contum
Sauromates falcemque Getes arcumque Gelonus
Tenderet

---

*Cl. cons. Stil. I, 120
dum carperet oscula saltem
Per galeam
Verg. Aen. XII, 434
per galeam delibans oscula
(Cf. Cl. XXIX, 216)

Cl. cons. Stil. I, 123
Edonas hiemes et tardi flabra Bootae
Sub divo Riphaea tulit
Stat. Theb. V, 78
Dulcius Edonas hiemes Arctonque frementem
Excipere

Cl. cons. Stil. I, 127
lateque corusco
Curvatas glacie silvas umbone ruebat
Cl. Bell. Poll. 354
aut spelaea subit metuenda ferarum
*Verg. Ecl. X, 52
inter spelaea ferarum
Stat. Theb. I, 377
vasto metuenda umbone ferarum
Excutiens stabula et prono virgulta refringit
Pectore

Cl. De cons. Stil. I, 134
Dicite Bisaltae vel qui Pangaea iuvencis
Scinditis, offenso quantae sub vomere putres
Dissiliant glaebis galeae vel qualia rastris
Ossa peremptorum resonent immania regum
Verg. Georg. I, 493
Scilicet tempus veniet, cum finibus illis
Agricola incurvo terram molitus aratro
Exesa inveniet scabra robigine pila
Aut gravibus rastris galeas pulsabit inanis
Grandiaque effossis mirabitur ossa sepulchris

Cl. cons. Stil. I, 152
nec tantis dissona linguis
Turba, nec armorum cultu diversior umquam
Confluxit populus
Luc. Ph. III, 288
coiere nec umquam
Tam variae cultu gentes, tam dissona vulgi
Ora

Cl. cons. Stil. I, 163
servator honesti
= Luc. II, 389

Cl. cons. Stil. I, 183
Partheniumque nemus
= Ov. Met. IX, 188

Cl. cons. Stil. I, 189
Cum solo terrore ruant
Stat. Theb. VII, 741
Signa ruunt solo terrore

Cl. cons. Stil. I, 246
Post domitas arctos
Luc. Ph. VII, 15
Post domitas gentes

Cl. cons. Stil. I, 257
stant pulvere Syrtes
Gaetulae, Poenus iaculis obtexitur aer
Verg. Aen. XII, 407
Iam pulvere caelum
Stare vident: subeunt equites et spicula castris
Densa cadunt mediis

Cl. cons. Stil. I, 258
iaculis obtexitur aer
(Cf. In Ruf. II, 122)
Luc. Ph. VII, 519
ferro subtexitur aerther
*Verg. Aen. XII, 578
obumbrant aethera telis

Cl. cons. Stil. I, 303
non brachia centum
Non Briareus aliis numero crescente lacertis
Tot simul obiectis possent confligere rebus
*Verg. Aen. X, 565
centum quoi bracchia dicunt Centenasque manus
Stat. Theb. X, 293
optet nunc bracchia centum
Centenasque in bella manus

Cl. cons. Stil. I, 312

Argum fama canit

Luc. Ph. II, 672

Tales fama canit

Cl. cons. Stil. I, 328

morem Rettulit

= Verg. Aen. V, 596

Cl. De cons. Stil. I, 356

proiectat missile Mazax

Luc. IV, 681

tremulum cum torsit missile Mazax

(Cf. Totum locum ibid. v. 676—686 cum Cl. Stil. I, 355—357.)

---

*Cl. cons. Stil. II, 12

ture calentibus aris

Verg. Aen. I, 417

Ture calent arae

Cl. cons. Stil. II, 20

Obvia prosternas prostrataque more leonum
Despicias, alacres ardent qui frangere tauros,
Transiliunt praedas humiles. Hac ipse magistra
Das veniam victis

Cl. carm. min. V (XXXIX), 28

torvique leones,
Quae stravisse valent, eadem prostrata relinquunt,
Nec nisi bellantis gaudent cervice iuvenci
Nobiliore fame

Stat. Theb. VIII, 594

Innumeris veluti leo forte potitus
Caedibus inbelles vitulos mollesque iuvencas
Transmittit; magno furor est in sanguine mergi,
Nec nisi regnantis cervice recumbere tauri

Cl. cons. Stil. II, 85
civilibus armis

{ = Luc. VIII, 102, 351, 559, IX, 150

Cl. cons. Stil. II, 117

Traxit ad exemplum

Ov. Met. VIII, 245

Traxit in exemplum

Cl. cons. Stil. II, 194

Rursum cote novat nigras robigine falces
Exesosque situ cogit splendere ligones

Stat. Theb. III, 582

tunc fessa putri robigine tela
Horrentesque situ gladios in saeva recurvant
Vulnera et attrito cogunt iuvenescere saxo

*(Cf. Verg. Aen. VII, 626 seqq.)

---

*Cl. cons. Stil. II, 248

verrit vestigia

= Verg. Georg. III, 59

Cl. cons. Stil. II, 326

Plus est servasse repertum
Quam quaesisse novum

Ov. Art. am. II, 13

Nec minor est virtus, quam quaerere, parta tueri

Cl. cons. Stil. II, 329

Tandem vince tuum, qui vincis cuncta, pudorem

Ov. Her. III, 85

Vince animos iramque tuam, qui cetera vincis

Cl. cons. Stil. II, 351

primae signatus flore iuventae

Stat. Silv. V, 5, 18

tenerae signatum flore iuventae

*Verg. Aen. VIII, 160

prima genas vestibat flore iuventas

Cl. cons. Stil. II. 352

Eucherius flectebat equum iaculisque vel arcu
Aurea purpureos tollentes cornua cervos
Aureus ipse ferit (*i. e. Eucherius stamine repraesentatus*)

*Verg. Aen. V, 252

Intexusque puer — iaculo cervos cursuque fatigat

(Cf. Ov. Am. I, 2, 42

Ibis in auratis aureus ipse rotis)

Cl. cons. Stil. II, 467

Sic fatus, croceis radiantes ignibus hortos
Ingreditur

Verg. Georg. IV, 109

Invitent croceis halantes floribus horti

Cl. praef. cons. Stil. III, 1

Italicis, qui solus ab oris

Verg. Aen. I, 1

Troiae, qui primus ab oris

Cl. cons. Stil. III, 12
Hic est felix bellator ubique,
Defensor Libyae
Luc. Ph. X, 488
sed adest defensor ubique (Caesar) *cet.*

---

*Cl. cons. Stil. III, 72
ut tempora quercu Velaret
Verg. Georg. I, 349
redimitus tempora quercu

---

*Cl. cons. Stil. III, 170
genetrix turrita (= *Cybele*)
Verg. Aen. VI, 784
mater — turrita
(Cf. Cl. XXXVI, 271)

---

*Cl. cons. Stil. IV, 191
Macte novis consul titulis
Verg. Aen. IX, 641
Macte nova virtute puer

Cl. cons. Stil. III, 199
solio seu fultus eburno
Stat. Theb. I, 526
solioque effultus eburno
Cl. VI cons. Hon. 588
solio fultus genitoris eburno
*(Cf. Verg. I, 506
solio subnixa)

Cl. Bell. Poll. 26
semina belli
= Lucan. III, 150

Cl. Bell. Poll. 78
Aspice, quam rarum referens inglorius agmen
Italia detrusus eat
Stat. Theb. IV, 82
ne rara movens inglorius iret
Agmina, neu raptos patriae sentiret honores

Cl. Bell. Poll. 183
Sperchiusque et virginibus dilectus Enipeus
Verg. Georg. II, 487
Spercheosque et virginibus bacchata Lacaenis
Taugeta
(Cf. praef. Vol. I, p. LXII)

Cl. Bell. Poll. 234

Noctibus aerisonas crebris ululata per urbes

Verg. Aen. IV, 609

Nocturnisque Hecate triviis ululata per urbes

---

* Cl. Bell. Poll. 248

.in exiguum moriens vanesceret ignem

Verg. Aen. IX, 658

in tenuem ex oculis evanuit auram

Cl. Bell. Poll. 262

Sed malus interpres rerum metus omne trahebat
Augurium

Stat. Theb. III, 6

Pessimus in dubiis augur timor

---

* Cl. Bell. Poll 264

Nutricemque lupam

Verg. Aen. I, 275

lupae — nutricis

(Cf. Cl. I, 97)

Cl. Bell. Poll. 281

Idcirco spes omnis abit

Luc. Ph. V, 455

Naufragii spes omnis abit

Cl. Bell. Poll. 302

Me quoque non impar naturae cura remordet

Verg. Aen. VII, 402

si iuris materni cura remordet

Verg. Aen. I, 261

quando haec te cura remordet

Cl. Bell. Poll. 468
Martis imago = } * Verg. Aen. VIII, 557
Ov. Trist. V, 7, 17

---

* Cl. Bell. Poll. 486

defixus lumina terrae

Verg. Aen. I, 226

defixit lumina regnis

(Cf. ibid. VI, 156)

Cl. Bell. Poll. 519

loquentem
Obliquisque tuens oculis non pertulit ultra

Stat. Theb. III, 291

lacrimas non pertulit ultra

Cl. Bell. Poll. 601

toto descendimus ense

Luc. Ph. I, 31

penitus descendere ferro

Cl. Bell. Poll. 604

haurire cruorem

= Ov. Met. XIII, 331

Cl. Bell. Poll. 627

gemmata monilia matrum

Cl. Carm. min. XLV (LXXIII), 9

gemmata monilia collo

= Ov. Met. X, 113

Ov. Met. V, 52

aurata monilia collum

Bell. Poll. 647

Discite vesanae Romam non temnere gentes

Verg. Aen. VI, 620

Discite iustitiam moniti et non temnere divos

Cl. praef. VI cons. Hon. 8

Et vigil elapsas quaerit avarus opes

Ov. Am. I, 12. 26

In quibus absumptas fleret avarus opes

Ov. Am. II, 10. 33

Quaerat avarus opes

Cl. praef. VI c. Hon. 21

Additur ecce fides, nec me mea lusit imago

Ov. Met. III, 463

Iste ego sum! sensi, nec me mea fallit imago!

Cl. VI cons. Hon. 5

neque enim campus sollemnis et urna
Luditur in morem, species nec dissona coetu
Aut peregrina nitet simulati iuris imago

Luc. Ph. V, 392

Fingit sollemnia campus
Et non admissae dirimit suffragia plebis,
Decantatque tribus et vana versat in urna

Cl. VI cons. Hon. 33

Tunc sacer horror aquis

Stat. Theb. V, 505

Interea campis, nemoris sacer horror Achaei

Cl. VI cons. Hon. 38

Atque suas ad signa iubet revirescere laurus

Ov. Met. II, 408

Arboribus laesasque iubet revirescere silvas

Cl. VI cons. Hon. 45

Cernere Trapeia pendentes rupe Gigantas

Luc. Ph. I, 435

Gens habitat cana pendentes rupe Gebennas

Cl. VI cons. Hon. 116

Pavit Iuleos inviso sanguine manes

Luc. Ph. I, 39

Impleat et Poeni saturentur sanguine manes

Cl. VI cons. Hon. 139

Ludibrium pelagi

= Luc. Ph. VIII, 710

Cl. VI cons. Hon. 139

Ludibrium pelagi vento iactatur et unda

Ov. Her. II, 35

Per mare, quod totum ventis agitatur et undis

---

*Cl. VI cons. Hon. 159

Ille caput placidis sublime fluentis Extulit

Verg. Aen. I, 127

Prospiciens summa placidum caput extulit unda

---

*Cl. VI cons. Hon. 161

Aurea roranti micuerunt cornua (*sc. Eridani*) vultu

Verg. Georg. IV, 371

Et gemina auratus taurino cornua voltu
Eridanus

---

*Cl. VI cons. Hon. 166
glaucos incendit amictus
Verg. Aen. XII, 885
glauco contexit amictu

---

*Cl. VI cons. Hon. 197
inque novem consurgens ora Timavus
Verg. Aen. I, 245
Unde (*i. e. Timavus*) per ora novem vasto cum murmure montis
It mare

Cl. VI cons. Hon. 209
Ionios Athesis mutavit sanguine fluctus
Cl. cons. Stil. I, 133
Flumina, quae largo mutastis sanguine fluctus
Luc. Ph. VII, 537
non alio mutentur sanguine fontes

Cl. VI cons. Hon. 259 sqq.
qualis Cybeleia quassans
Hyblaeus procul aera senex revocere fugaces
Tinnitu conatur apes
Verg. Georg. IV, 64
Tinnitusque cie et Matris quate cymbala circum:
Ipsae consident

Cl. VI cons. Hon. 265
Ergo ubi praeclusae voci laxata remisit Frena dolor
Verg. Aen. XI, 151
Et via vix tandem voci laxata dolorest

Cl. VI cons. Hon. 266
notas oculis umentibus Alpes Aspicit
Luc. Ph. IV, 522
Ante ducis voces oculis umentibus omnes Aspicerent

Cl. VI cons. Hon. 315
offensi comites, odere propinqui?
Quid moror invisam lucem?
Verg. Aen. IV 321
Te propter Libycae gentes Nomadumque tyranni
Odere, infensi Tyrii
325
Quid moror?

Cl. VI cons. Hon. 321

Comitatur euntem
Pallor et atra Fames et saucia lividus ora
Luctus

Ov. Met. IV, 484

Luctus comitatur euntem
Et Pavor et Terror trepidoque Insania vultu

Cl. VI cons. Hon. 378

Palladiaque comas innexus harundine Triton

Verg. Aen. VIII, 277

comas foliisque innexa pependit

Cl. VI cons. Hon. 401

Namque inter socias acies cognataque signa
Ut vinci miserum, nunquam vicisse decorum

Ov. Met. IX, 6

nec tam Turpe fuit vinci, quam contendisse decorum est

Cl. VI cons. Hon. 530

et nota maior se Roma videndam Obtulit

Verg. Aen. II, 773

Visa mihi ante oculos et nota maior imago

---

*Cl. VI cons. Hon. 622

Armatos hic saepe choros certaque vagandi
Textas lege fugas inconfusosque recursus
Et pulchras errorum artes iucundaque Martis
Cernimus, insonuit cum verbere signa magister

ibid. 630

Ferreus alterno concentus clauditur ense

ibid. 636

Discreto revoluta gradu torquentur in orbes
Agmina. Perpetuis immoto cardine claustris
Ianus bella premens laeta sub imagine pugnae
Armorum innocuos Paci largitur honores

Verg. Aen. V, 578

signum clamore paratis
Epytides longe dedit insonuitque flagello.
Olli discurrere pares atque agmina terni
Diductis solvere choris rursusque vocati
Convertere vias infestaque tela tulere,
Inde alios ineunt cursus aliosque recursus
Adversi spatiis alternosque orbibus orbes
Impediunt pugnaeque cient simulacra sub armis

(Cf. Cl. ibid. 573
simulacraque belli)

Cl. Laus Ser. 26

cui tanta paratur
Scaena pudicitiae; terrae pelagique labores

Cl. Bell. Gild. 5

Patriis quod solum defuit armis

* Verg. Aen. I, 597—98

labores — terraeque marisque

Luc. Ph. IX, 1016

Rex tibi Pellaeus terrae(?) pelagique labores
Donat et Emathiis quod solum defuit armis
Exhibet

Cl. Laus Ser. 54

pretiosa metallis

= Ov. ex Pont. III, 8, 27

Cl. Laus Ser. 73

Vellere purpureo passim mutavit ovile

Verg. Ecl. IV, 43

Ipse sed in pratis aries iam suave rubenti
Murice, iam croceo mutabit vellera luto

Cl. Laus Ser. 75

effossis nec pallidus Astur oberrat Montibus

Luc. IV, 297

tam longe luce relicta
Merserit Asturii scrutator pallidus auri

(Cf. De Manlii cons. 41 seqq. Sil. Ital. I, 231; XVI, 584; Stat. Silv. IV, 7, 15)

---

* Cl. Laus Ser. v. 92

Purpura surgebat violae

Verg. Georg. IV, 275

violae sublucet purpura

Cl. Epith. Pall. et Cel. praef. 3

Hic socius, dux ille mihi

Luc. Ph. V, 290

Dux erat, hic socius

---

* Cl. Epith. Pall. et Cel. 5

Pampinus et mites sudanti ventilat auras (uvas *prius*)

Verg. Georg. I, 448

tum' mitis defendet pampinus uvas

Cl. Epith. Pall. et Cel. 6
Ora decet neglecta sopor
Ov. Art. am. III, 153
Et neglecta decet multas coma
Ov. Art. am. I, 509
Forma viros neglecta decet

Cl. Epith. Pall. et Cel. 27
Et reliquum nitido detersit pollice somnum
Ov. Met. XIII, 745
Quas ubi marmoreo detersit pollice virgo

Cl. Epith. Pall. v. 28
Utque fuit turbata comas, intecta papillas
Ov. Met. IV, 473
Tisiphone canos, ut erat, turbata capillos
Tibull. I, 3, 91
Tunc mihi qualis eris longos turbata capillos
Stat. Theb. III, 680
Sicut erat pridem laceris turbata capillis
Ovid. Fast. VI, 493
Haec quoque, funestos ut eras laniata capillos

Cl. Epith. Pall. et Cel. 29
Mollibus exsurgit stratis
Verg. Aen. VIII, 415
Mollibus e stratis opera ad fabrilia surgit

---

* Cl. Epith. Pall. et Cel. 35
inaequales cera texebat avenas
Verg. Ecl. II, 32
calamos cera coniungere pluris

Cl. Epith. Pall. et Cel. 97
noctem ducere ludo
Cl. III cons. Hon. 48
vigiles producere noctes
Stat. Theb. II, 74
Insomnem ludo certatim educere noctem
Val. Flacc. Arg. I, 251
ludoque educite noctem
Luc. Phars. X, 173
longis Caesar producere noctem
Inchoat alloquiis

Verg. Aen. IX, 166

noctem custodia ducit
Insomnem ludo
* (Verg. Georg. III, 379)

Cl. Epith. Pall. et Cel. 108

et ruptis obmutuit unda querelis

Stat. Theb. V, 542

et ruptis immutuit ore querelis

Stat. Theb. VI, 185

abruptisque obmutuit ore querelis

Cl. Epith. Pall. et Cel. 109

Eridani ripas et raucae stagna Padusae
Diffugiens nudavit olor

Verg. Aen. XI, 457

cum forte catervae
Consedere avium piscosove amne Padusae
Dant sonitum rauci per stagna loquacia cycni

Cl. Epith. Pall. et Cel. 113

pronique manus in verbera tendunt

Verg. Aen. V, 147

propinque in verbera pendent

Cl. carm. XXXIV, 14

Desuetae repetit fila canora lyrae
Et resides levi modulatus pectine nervos

Verg. Aen. I, 722

Iam pridem resides animos desuetaque corda

Cl. carm. XXXIV, 28

Massylam cervi non timuere iubam

Verg. Ecl. IV, 22

nec magnos metuent armenta leones

---

* Cl. carm. XXXIV (praef.), 29

actusque canebat
Herculis et forti monstra subacta manu,
Qui timidae matri pressos ostenderit angues

(Cf. Laud. Herc. 45, 51 seq.)

Verg. Aen. VIII, 287

qui carmine laudes
Herculeas et facta ferunt; ut prima novercae
Monstra manu geminosque premens eliserit angues

Cl. carm. XXXIV, 41
non crescere profuit Hydrae
= Ov. Met. IX, 192

---

*Cl. ibid. 45
Te Libyci stupuere sinus
Verg. Aen. VIII, 296
Te Stugii tremuere lacus

Cl. carm. XXXIV, 45
maximus Atlas
= Verg. Aen. I, 741, IV, 481

Claud. Rapt. Pros. I, 2
profundae Iunonis thalamos
*Verg. Aen. VI, 138
Iunoni infernae dictus sacer

---

*(Cl. Rapt. Pros. I, 4 cf. Verg. VI, 258)

---

*Cl. Rapt. Pros. I, 10
Auditur fremitus terris templumque remugit
Verg. Aen. IX, 504
sequitur clamor caelumque remugit
(Cf. ibid. XII, 928)

Cl. Rapt. Pros. I, 11
sanctasque faces extollit Eleusis
Stat. Theb. XII, 132
Eleusin — arcanos — extulit ignes

Cl. Rapt. Pros. I, 15
Ecce procul ternis Hecate variata figuris
Stat. Theb. X, 365
Arcanae moderatrix Cynthia noctis,
Si te tergeminis perhibent variare figuris
*(Cf. Verg. Aen. IV, 511
tergemina Hecate)

---

*Cl. Rapt. Pros. I, 19
firmat vestigia
= Verg. Aen. III, 659, Stat. Theb. II, 11

Cl. Rapt. Pros. I, 20 seqq. cf. Verg. Aen. VI, 264 seqq. et Stat. Theb. IV, 473 seqq.

Cl. Rapt. Pros. I, 21
Vulgus iners
= Luc. Ph. V, 365

Cl. Rapt. Pros. 1, 22
Styx — interfusa
= Verg. Aen. VI, 439

---

*Cl. Rapt. Pros. I, 30
et glande relicta
Cesserit inventis Dodonia quercus aristis
Verg. Georg. I, 8
Chaoniam pingui glandem mutavit arista
(Cf. ibid. I, v. 147 seqq.)

Cl. Rapt. Pros. I, 32
Dux Erebi quondam tumidas exarsit in iras
Verg. Aen. VII, 445
Talibus Allecto dictis exarsit in iras

Cl. Rapt. Pros. I, 32
Dux Erebi
= Stat. Theb. VIII, 22

Cl. Rapt. Pros. I, 42
Paene reluctatis iterum pugnantia rebus
Rupissent elementa fidem penitusque revulso
Carcere laxatis pubes Titania vinclis
Vidisset caeleste iubar
Luc. Ph. V, 634
Extimuit natura chaos: rupisse videntur
Concordes elementa moras rursusque redire
Nox manes mixtura deis

---

*Cl. Rapt. Pros. I, 44
pubes Titania
= Aen. Verg. VI, 580

---

*Cl. Rapt. Pros. I, 53
evolvunt (*sc. Parcae*) saecula fusis

Verg. Ecl. IV, 46
'Talia saecla', suis dixerunt, 'currite' fusis
(Cf. Verg. Georg. IV, 348)

Cl. Rapt. Pros. I, 57
qui finem cunctis et semina praebes
Nascendique vices alterna morte rependis,
Qui vitam letumque regis, nam quidquid ubique
Gignit materies, hoc te donante creatur
Debeturque tibi: certis ambagibus aevi
Rursus corporeos animae mittuntur in artus
*Cf. Verg. Aen. VI, 748 seqq.
Stat. Theb. VIII, 91
O cunctis finitor maxime rerum — Et sator!

Claud. Rapt. Pros. I, 69
ceu turbine rauco
Cum gravis armatur Boreas glacieque nivali
Hispidus et gelida concretus grandine pennas
Disrumpit pelagus, silvas camposque sonoro
Flamine rapturus; si forte adversus aenos
Aeolus obiciat postes, vanescit inanis
Impetus et fractae redeunt in claustra procellae
Stat. Theb. X, 245[1])
His tandem virtus iuvenum frenata quievit.
Non aliter moto quam si pater Aeolus antro
Portam iterum saxo premat imperiosus et omne
Claudat iter, iamiam sperantibus aequora ventis

*Cl. Rapt. Pros. I, 70
glacieque nivali Hispidus et gelida concretus grandine
Verg. Georg. I, 236
glacie concretae atque imbribus atris

Cl. Rapt. Pros. I, 84
Ore tonat
= Verg. Aen. IV, 510

Cl. Rapt. Pros. I, 85
ingens Ianitor (= *Cerberus*)
= Verg. Aen. VI, 400

Cl. Rapt. Pros. I, 89 seq.
Altlantis Tegeaee nepos, commune profundis
Et superis numen

1) Statius imitatus est Vergilium Aen. I, 53 seqq.

Hor. carm. I, 10, 1
Mercuri facunde nepos Atlantis
— — superis deorum
gratus et imis

Cl. Rapt. Pros. I, 93
Tantum ne tibi saevissime frater
In me iuris erit? Sic nobis noxia vires
Cum caelo Fortuna tulit? Num robur et arma
Perdidimus, si rapta dies? An forte iacentes
Ignavosque putas — — —
Nonne satis visum, quod grati luminis expers
Tertia supremae patior dispendia sortis
Informesque plagas — — —
113
Si dictis parere negas, patefacta ciebo
Tartara: Saturni veteres laxabo catenas
Obducam tenebris solem: compage soluta
Lucidus umbroso miscebitur axis Averno

Stat. Theb. VIII, 38
magno me tertia victum
Deiecit fortuna polo mundumque nocentem
Servo, nec iste meus dirisque en pervius astris
Inspicitur. Tumidusne meas regnator Olympi
Explorat vires? habeo iam quassa Gigantum
Vincula et aethereum cupidos exire sub axem
Titanas miserumque patrem. Quid me otia maesta
Saevus et implacidam prohibet perferre quietem,
Amissumque odisse diem? pandam omnia regna,
Si placet, et Stygio praetexam Hyperiona caelo

---

*Cl. Rapt. Pros. I, 115
compage soluta
Verg. Aen. I, 122
laxis laterum compagibus

Cl. Rapt. Pros. I, 121
Certa requirenti tandem sententia sedit
Verg. Aen. XI, 551
Versanti subito vix haec sententia sedit

Cl. Rapt. Pros. I, 130
Iam vicina toro plenis adoleverat annis
Virginitas
Verg. Aen. VII, 53
Iam matura viro, plenis iam nubilis annis
(Cf. Cl. Laus Ser. 59
iam nubilis aetas)

---

*Cl. Rapt. Pros. I, 138
Flava Ceres
= Verg. Georg. I, 96

Cl. Rapt. Pros. I, 152
Aetna Giganteos nunquam tacitura triumphos
Luc. Ph. VIII, 622
Saecula Romanos nunquam tacitura labores

Cl. Rapt. Pros. I, 157
Vertitur et dubiae nutant cum moenibus urbes
Ov. Met. II, 214
Parva queror: magnae pereunt cum moenibus urbes
*Verg. Aen. XII, 116
magnae sub moenibus urbi

Cl. Rapt. Pros. I, 164
damnisque suis incendia mittit (sc. Aetna)
Ov. Met. II, 213
Materiamque suo praebet seges arida damno
*(Cf. Verg. Aen. III, 575)

Cl. Rapt. Pr. I, 169
fumoque fideli
Lambit contiguas innoxia flamma pruinas
Verg. Aen. II, 683
tactuque innoxia mollis
Lambere flamma comas

---

*Cl. Rapt. Pros. I, 193
gratissima tellus
= Verg. Aen. III, 73

Cl. Rapt. Pros. I, 196
Praemia digna manent
*Verg. Aen. I, 605
Praemia digna ferant
Ov. Art. am. II, 702
Si modo duraris, praemia digna feres

Cl. Rapt. Pr. I, 209
Conticuere chori
= Stat. Theb. V, 195
*(Cf. Verg. Aen. II, 1
Conticuere omnes)

Cl. Rapt. Pros. I, 219
Rem peragi tempus
(Cf. Bell. Gild. v. 428)
Verg. Aen. V, 638
Iam tempus agi rem
(Cf. Stat. Theb. V, 140)

Cl. Rapt. Pros. I, 221
Crastina purpureos cum lux detexerit ortus
Verg. Aen. IV, 118
ubi primos crastinus ortus
Extulerit Titan radiisque retexerit orbem

Cl. Rapt. Pr. I, 231
Augurium qualis laturus iniquum
Praepes sanguineo delabitur igne cometes
Prodigiale rubens
Verg. Aen. X, 272
Non secus ac liquida si quando nocte cometae
Sanguinei lugubre rubent

Cl. Rapt. Pros. I, 236
Devenere locum
Verg. Aen. I, 365
Devenere locos

Cl. Rapt. Pros. I, 248
veterem qua lege tumultum
Discrevit Natura parens et semina iussis
Discessere locis. Quidquid leve, fertur in altum,
In medium graviora cadunt, incanduit aer,
Legit flamma polum, fluxit mare, terra pependit
Ov. Met. I, 21
Hanc deus et melior litem natura diremit.
Nam caelo terras et terris abscidit undas
Et liquidum spisso secrevit ab aere caelum.
Quae postquam evolvit caecoque exemit acervo,
Dissociata locis concordi pace ligavit.
Ignea convexi vis et sine pondere caeli
Emicuit summaque locum sibi fecit in arce
Ov. Fast. I, 109
Flamma petit altum, propior locus aera cepit

---

*Cl. Rapt. Pros. I, 257
raucum bibulis inserpere murmur harenis

Verg. Georg. I, 109
cadens raucum — murmur ciet
Ibid. I, 114
umorem bibula deducit harena

---

*Cl. Rapt. Pros. I, 258
Addit quinque plagas *cet.*
Verg. Georg. I, 233
Quinque tenent caelum zonae *cet.*
(Cf. Ov. Met. I, 45 seqq.)

Cl. Rapt. Pros. I, 264
aeterno contristat frigore telas
Verg. Georg. III, 279
pluvio contristat frigore caelum

Cl. Rapt. Pros. I, 266
nec defuit omen
= Stat. Theb. VII, 586

Cl. Rapt. Pros. I, 267
subitis maduerunt fletibus ora
Stat. Theb. V, 728
alio maduerunt lumina fletu

---

*Cf. Rap. Pros. I, 271
niveos infecit purpura vultus
Per liquidas succensa genas castaeque pudoris
Illuxere faces. Non sic decus ardet eburnum,
Lydia Sidonio quod femina tinxerit ostro
Verg. Aen. I, 590
lumenque iuventae
Purpureum et laetos oculis adflarat honores:
Quale manus addunt ebori decus
*Cl. Rapt. Pros. I, 273 cf. Verg. XII, 67

Cl. Rapt. Pros. I, 275
sparso nox umida somno
Languida caeruleis invexerat otia bigis
*Verg. Aen. V, 721
Nox atra polum bigis subvecta tenebat
Ciris 38
sidera caeruleis orbem pulsantia bigis.
Stat. Theb. I, 337
mundo subvecta silenti
Rorifera gelidum tenuaverat aera biga

Cl. Rapt. Pros. I 282
Aethonque (? *Chthoniusque*) sagitta
Ocior
*Verg. Aen. X, 248
Ocior et iaculo et ventos aequante sagitta
Verg. Aen. V, 242
illa Noto citius volucrique sagitta

Cl. Rapt. Pros. II, 2
tremulis vibravit in undis
Ardor et errantes ludunt per caerula flammae
Verg. Aen. VII, 9
splendet tremulo sub lumine pontus

Cl. Rapt. Pros. II, 17
Fibula purpureos gemma suspendit amictus
Verg. Aen. IV, 139
Aurea purpuream subnectit fibula vestem

Cl. Rapt. Pros. II, 26
tantum stridentia colla
Gorgonis obtentu pallae fulgentis inumbrat
Verg. Aen. XI, 66
Exstructosque toros obtentu frondis inumbrant

Cl. Rapt. Pros. II, 27
At Triviae lenis species et multus in ore
Frater erat
Stat. Ach. I, 164
et plurima vultu
Mater inest

---

*Cl. Rapt. Pros. II, 30
levibus proiecerat auris
Indociles errare comas arcuquè remisso
Otia nervus agit; pendent post terga sagittae
Verg. Aen. I, 318
Namque umeris de more habilem suspenderat arcum
Venatrix dederatque comam diffundere ventis

Cl. Rapt. Pros. II, 59
pigra vado Camerina palustri
Verg. Aen. III, 700
fatis numquam concessa moveri (*scil.* Camerina)

---

*Cl. Rapt. Pros. II, 66
Thermodontiaca Tanaim fregere securi

*Ov. Met. XII, 607
Thermodontiaca malles cecidisse bipenni
(Cf. Ov. Met. IX, 189. Stat. Silv. I, 6, 56)

Cl. Rapt. Pros. II, 97
Non tales volucer pandit Iunonius alas
Ov. Med. fac. 33
Laudatas homini volucris Iunonia pennas
Explicat
Cf. Ov. Am. II, 6, 55 et Art. am. I, 627

Cl. Rapt. Pros. II, 101
curvata tumore
Parvo planities et mollibus edita clivis
Creverat in collem
Luc. Ph. IV, 11
Colle tumet modico lenique excrevit in altum
Pingue solum tumulo
*(Cf. Verg. Ecl. IX, 7 seq.)

Cl. Rapt. Pros. II, 107
Apta fretis abies
Stat. Theb. VI, 106
Alnus amica fretis

Cl. Rapt. Pros. II, 107
bellis accommoda cornus
Verg. Georg. II, 447 seq.
bona bello Cornus

Cl. Rapt. Pros. II, 112
Haud procul inde lacus (Pergum dixere) Sicani
Ov. Met. V, 385
Haud procul Hennaeis lacus est a moenibus altae,
Nomine Pergus, aquae

Cl. Rupt. Pros. II, 121
Dum meus umectat flaventes Lucifer agros
Verg. Georg. IV, 126
Qua niger umectat flaventia culta Galaesus

Cl. Rapt. Pros. II, 125 seq.
cerea — Castra
= Verg. Aen. XII, 589
Cf. Verg. Georg. IV, 202
cerea regna

Cl. Rapt. Pros. II, 127
Mellifer electis exercitus obstrepit herbis
Stat. Theb. XI, 248
Adgemit et pulsis exercitus obstrepit armis

Cl. Rapt. Pros. II, 128
Pratorum spoliatur honos
*Verg. Georg. II, 404
silvis Aquilo decussit honorem

Cl. Rapt. Pros. II, 148
Parthenium canibus scrutatur odoris
Verg. Ecl. X, 57
Parthenios canibus circumdare saltus

Cl. Rapt. Pros. II, 173
Siculae sonuere cavernae —
Audiit et si quem glacies Alpina coercet
(Cf. Cl. Prob. et Olybr. cons. 36)
Verg. Aen. VII, 515
silvae insonuere profundae;
Audiit et Triviae longe lacus, audiit amnis

Cl. Rapt. Pros. II, 181
trifida Neptunus cuspide montes
Impulit adversos
Verg. Aen. I, 81
cavum conversa cuspide montem
Impulit in latus

Cl. Rapt. Pros. II, 189
vetito se proluit Arctos
Aequore
Ovid. Met. II, 172
Et vetito frustra temptarunt aequore tingui (triones)
*Verg. Georg. I, 246
Arctos Oceani metuentes aequore tingui

Cl. Rapt. Pros. II, 190
praecipitat pigrum formido Booten
Ov. Met. II, 176
te quoque turbatum memorunt fugisse Boote,
quamvis tardus eras
(Cf. Verg. Georg. I, 246)

Cl. Rapt. Pros. II, 202
corrumpit spiritus auras
Letifer, infectae spumis vitiantur harenae

Ov. Met. III, 75

quique halitus exit
Ore niger Stygio, vitiatas inficit auras

---

*Cl. Rapt. Pros. II, 208

crimenque — acerbat

Verg. Aen. XI, 407

crimen acerbat

---

*Cl. Rapt. Pros. II, 234

Sis memor o longumque vale

Verg. Ecl. III, 79

Et 'Longum formonse vale vale'
(*sic interpungendum esse apparet*)

Cl. Rapt. Pros. II, 245

maestoque diu lugebere Cyntho,
Delphica quin etiam fratris delubra tacebunt

Stat. Theb. VIII, 196

mutisque diu plorabere Delphis

Cl. Rapt. Pros. II, 250

Cur non torsisti manibus fabricata Cyclopum
In nos tela pater?

Ov. Met. I, 259

Tela reponuntur manibus fabricata Cyclopum

Cl. Rapt. Pros. II, 322

Reginam casto cinxerunt agmine matres
Elysiae teneroque levant sermone timores

Sat. Theb. II, 226

et sonat aula tumultu
Femineo; casta matrum cinxere corona
Argolides, pars virginibus circum undique fusae
Foedera conciliant nova solanturque timorem

(Cl. Rapt. Pros. I, 133

Personat aula procis)

Cl. Rapt. Pros. II, 333

Verbera nulla sonant

Luc. Ph. VI, 78

Classica nulla sonant

Cl. Rapt. Pros. II, 339

Squalentisque novem detexit (*scil. Tityos*) iugera campi

*Verg. Aen. VI, 596

Cernere erat (*sc. Tityon*) per tota novem cui iugera corpus
Porrigitur

(Cf. Stat. Theb. I, 568

Cyrrhaeique dedit centum per iugera campi)

Cl. Rapt. Pros. III, 3

Illa colorato Zephyros illapsa volatu

Stat. Theb. VII, 6

I, medium rapido Borean illabere saltu

Cl. Rapt. Pros. III, 19 seq. cf. Verg. Georg. I, 121 seq., imprimis ibid. III, 25 seq.

neu vina tumerent Fontibus et toti fremerent in pocula rivi

Verg. Georg. I, 132

Et passim rivis currentia vina repressit

Cl. Rapt. Pros. III, 23

Sollicitae placuit (*scil.* Iovi) stimulis impellere vitae[1])

*Verg. Georg. I, 123

Movit agros canis acuens mortalia corda

(Cf. Manil. I, 79)

Cl. Rapt. Pros. III, 28

sed quod dissuasor honesti
Luxus et humanas oblimat copia mentes,
Provocet ut segnes animos

Verg. Georg. III, 135

Hoc faciunt, nimio ne luxu obtunsior usus
Sit genitali arvo et sulcos oblimet inertis

Cl. Rapt. Pros. III, 58

natarumve agminis una

Verg. Aen. I, 329

nympharum sanguinis una

Cl. Rapt. Pros. III, 69

Terrebant simulacra mali noctesque timorem
Ingeminant omnique perit Proserpina somno.
Namque modo adversis invadi viscera telis,
Nunc sibi mutatas horret pallescere vestes

**Sic Didonem similiter nocturna terrent* Verg. Aen. IV, 450, *etiam somnia* v. 465

Cl. Rapt. Pros. III, 96

fallimur umbra

= Ov. Met. IX, 460

---

1) Luc. Phars. II, 5 quem locum hic Graml. attulit cum Claudiani loco nihil commune habet.

Cl. Rapt. Pros. III, 99
Tantane te nostri tenuere oblivia?
Ov. Trist. I, 8, 11
Tantane te fallax cepere oblivia nostri —?
Stat. Theb. V, 625
Tantane me tantae tenuere oblivia curae?

Cl. Rapt. Pros. III, 113
tali compellat voce Cybeben
*Verg. Aen. V, 161
compellat voce Menoeten
(Cf. Aen. IV, 304, VI, 449)
Luc. Ph. IX, 226
tali compellat voce regentem

Cl. Rapt. Pros. III, 117
Nec mihi, Cyclopum quamvis exstructa caminis,
Culmina fida satis
Verg. Aen. VI, 630
Cyclopum educta caminis
Moenia conspicio

Cl. Rapt. Pr. III, 125
nullusque dies non triste minatur
Augurium
*Verg. Aen. V, 7
Triste — augurium

---

*Cl. Rapt. Pros. III, 130
Si buxos inflare velis
Verg. Ecl. V, 2
Tu calamos inflare levis

Cl. Rapt. Pros. III, 133
Procul irrita venti
Dicta ferant
Verg. Aen. IX, 312
aurae Omnia discerpunt et nubibus inrita donant
Ov. Met. VIII, 134
an inania venti
Verba ferunt

Cl. Rapt. Pros. III, 152
atque imis vibrat timor ossa medullis

Verg. Aen. II, 120. XII, 447
gelidusque per ima cucurrit
Ossa tremor

Cl. Rapt. Pros. III, 153
Succidui titubant gressus
Stat. Theb. IV, 663
Succiduique gradus
*(Ov. X, 458 [Avien. Arat. v. 194]
Poplite succiduo
Verg. Aen. IX, 162, 700
succiso poplite
Aen. V, 332
titubata vestigia)

Cl. Rapt. Pros. III, 165
Attonitus stabulo ceu pastor inani
Cui pecus aut rabies Poenorum inopina leonum
Aut populatrices infestavere catervae:
Serus at ille redit vastataque pascua lustrans
Non responsuros ciet imploratque iuvencos
Stat. Theb. III, 45
haut aliter saltu devertitur orbus
Pastor ab agrestum nocturna strage luporum,
Cuius erile pecus silvis inopinus abegit
Imber et hibernae ventosa cacumina lunae.
Luce patent caedes; domino perferre recentes
Ipse timet casus haustaque informis harena
Questibus implet agros stabulique silentia magni
Odit et amissos longo ciet ordine tauros

Cl. Rapt. Pros. III, 193
aspectus miserae non ferre parentis
Emptum morte velit
Verg. Aen. X, 503
Turno tempus erit, magno cum optaverit emptum
Intactum Pallanta

---

*Cl. Rapt. Pros. III, 198
multoque minus quod rere
Verg. Aen. VI, 97
quod minime reris

Cl. Rapt. Pros. III, 215
Nostra rudis gaudere malis
Ov. Met. XI, 106
Laetus abit gaudetque malo

Cl. Rapt. Pros. III, 216

Nunc arma habitumque Dianae
Induit et digitis attemptat mollibus arcum
— — — — —
— et ingentem clipeum gestare laborat

* (Cf. Cl. IV cons. Hon. v. 162)

* *Nos in universum locus relegat ad Camillam* Verg. Aen. XI, 572

Cl. Rapt. Pros. III, 233

sparsosque bibunt violaria sucos

Verg. Georg. IV, 32

inriguumque bibant violaria fontem

---

*Cl. Rapt. Pros. III, 261

lumina torquens

= Verg. Aen. VII, 448

Cl. Rapt. Pros. III, 263

Arduus Hyrcana quatitur sic matre Niphates
Cuius Achaemenio regi ludibria natos
Avexit tremebundus eques

Stat. Theb. IV, 315

raptis velut aspera natis
Praedatoris equi sequitur vestigia tigris

---

* Cl. Rapt. Pros. III, 283

Tanti quae causa furoris?

Verg. Georg. IV, 495

Quis tantus furor?

Cl. Rapt. Pros. III, 318

Non requies, non somnus erit, dum pignus ademptum
Inveniam, gremio quamvis mergatur Hiberae
Tethyos et rubro iaceat vallata profundo

Stat. Ach. I, 540

Licet ille sonantibus antris
Tethyos adversae gremioque prematur aquosi
Nereos invenies

*(Cf. Verg. VIII, 715

Gremium caeruleum)

---

*Cl. Rapt. Pros. IV, 1 (III, 332)
Lucus erat prope flavum Acin
Verg. Aen. VIII, 597
Est ingens gelidum lucus prope Caeritis amnem

---

*Cl. Rapt. Pros. IV, 14 (III, 345)
centumgemini strictos Aegaeonis enses
Verg. Aen. VI, 287
centumgeminus Briarens

Cl. Rapt. Pros. IV, 27 seq. (III, 358)
vibratque (*Ceres*) infesta securim
— Succidere pinus,
Et magis enodes dubitat prosternere cedros
Luc. III, 433
primus (*Caesar*) raptam librare bipennem
Ausus et aeriam ferro proscindere quercum
ibid. v. 440
Procumbunt orni, nodosa impellitur ilex *cet.*
*(Cf. Verg. Aen. VI, 180 seqq. *in universum,*
Verg. Aen. VII, 510
rapta — securi)

---

*Cl. Rapt. Pros. IV, 35 (III, 361)
Et varium rudibus silvis accommodat usum
Verg. Aen. I, 552
Et silvis aptare trabes

Cl. Rapt. Pros. IV, 44 (III, 375)
Exstant et socio despectant vertice lucum
Stat. Theb. IV, 165
et toto despectans vertice bellum

Cl. Rapt. Pros. IV, 49 (III, 380)
Et pariter posuere comas
*Verg. Aen. X, 209
posuitque comas
Luc. Ph. III, 443
Tum primum posuere comas
[*Omnes tres loci de frondibus*]

Cl. Rapt. Pros. IV, 55 (III, 386)

Qualis pestiferas animare ad crimina taxos
Torva Megaera ruit, Cadmi seu moenia poscat,
Sive Thyesteis properet saevire Mycenis

Stat. Theb. IV, 56

Seu Thracum vertere domos, seu tecta Mycenis
Impia Cadmeumve larem

* *Thebarum et Mycenarum fata coniuncta etiam* Verg. IV, 470

Cl. Rapt. Pros. IV, 76 (III, 407)

Non tales gestare tibi Proserpina taedas
Sperabam; sed vota mihi communia matrum
Et thalami festaeque faces caeloque canendus
Ante oculos Hymenaeus erat

Stat. Theb. VI, 138

Non hoc Argolidum coetu circumdata matrum
Speravi te nate sequi; sed talia demens
Fingebam votis annorum elementa tuorum
Nil saevum reputans

Cl. Rapt. Pros. IV, 81 (III, 412)

Quam nuper sublimis eram quantisque procorum
Cingebar studiis! Quae non mihi pignus ob unum
Cedebat numerosa parens! Tu prima voluptas,
Tu postrema mihi; per te fecunda ferebar.
O decus, o requies, o grata superbia matris:
Qua gessi florente deam, qua sospite nusquam
Inferior Iunone fui, nunc squalida, vilis

Stat. Theb. IX, 382

tu nobile quondam
Undarum nemorumque decus, quo sospite maior
Diva et nympharum longe regina ferebar.
Heus ubinam ille frequens modo circa limina matris
Ambitus orantesque tibi servire Napaeae?

Cl. Rapt. Pros. IV, 88 (III, 419)

Cur autem ascribimus illum
His lacrimis? Ego te, fateor, crudelis ademi,
Quae te deserui solamque instantibus ultro
Hostibus exposui

Stat. Theb. V, 622

quos arguo divos?
Ipsa ego te (quid enim timeam moritura fateri?)
Exposui fatis

Cl. Rapt. Pros. IV, 97 (III, 428)
Qua te parte poli, quo te sub cardine quaeram?
Luc. Ph. IX, 873
Qua te parte poli, quo te tellure reliqui?

Cl. Rapt. Pros. IV, 107 (III, 438)
Sic ait et prima gressus molitur ab Aetna
Exitiique reos flores ipsumque rapinae
Detestata locum sequitur dispersa viarum
Indicia et pleno rimatur lumine campos
Inclinatque faces. Omnis madet orbita fletu:
Omnibus admugit. Quocumque it in aequore, fulvis
Adnatat umbra fretis extremaque lucis imago
Italiam Libyamque ferit
Stat. Theb. XII, 270
Qualis ab Aetnaeis accensa lampade saxis
Orba Ceres magnae variabat imagine flammae
Ausonium Siculumque latus, vestigia nigri
Raptoris vastosque legens in pulvere sulcos
Illius insanis ululatibus ipse remugit
Enceladus ruptoque vias illuminat igni

---

*Cl. XXXVII, 48
tenebras e naribus efflant
Verg. Aen. XII, 115
lucemque elatis naribus efflant

---

*Cl. carm. min. II (XLI), 19
Quin age rumpe moras
Verg. Aen. IV, 569
Heia age rumpe moras
(Cf. Verg. Georg. III, 42. Aen. IX, 13. Cl. XXVI, 546)

Cl. carm. min. V (XXXIX), 13
Manibus Hectoreis atrox ignovit Achilles
Ov. Trist. III, 5, 37
Maius apud Troiam forti quid habemus Achille?
Dardanii lacrimas non tulit ille senis

Cl. carm. min. V (XXXIX), 16 seq.
Pellaeum iuvenem regum flexere ruinae:
Darium famulis manibus doluisse peremptum
Fertur et ingenti solatus fata sepulcro

Ov. Trist. III, 5, 39 seq.
Quae ducis Emathii fuerit elementia, Porus
Dareique docent funeris exequiae

Cl. carm. min. V (XXXIX), 41
fronde Minervae
= Luc. III, 306

---

*Cl. carm. min. XI (LXXXI), 2
Quidquid fatidico mugit cortina recessu
Verg. Aen. III, 92
et mugire adytis cortina reclusis

---

*Cl. carm. min. XI (LXXXI), 4
si me meus implet Apollo
Verg. Aen. III, 434
animum si veris implet Apollo
Verg. Ecl. IV, 10
tuus iam regnat Apollo

Cl. carm. min. XIII (LII), 5
Illum non vario traxit fortuna tumultu,
Nec bibit ignotas mobilis hospes aquas.
Non freta mercator tremuit, non classica miles,
Non rauci lites pertulit ille fori
Hor. ep. 2, 4
Solutus omni faenore,
Neque excitatur classico miles truci
Nec horret iratum mare,
Forumque vitat

---

*Cl. carm. min. XIV (LXIX), 1
Quid non saevus amor flammarum numine cogat?
Verg. Aen. IV, 412
Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis!
Verg. Ecl. VIII, 47
saevus amor
(Cf. Improbe (*initio versus* = *Amor*) Cl. X, 112)

Cl. carm. min. XVIII (LXXXVIII), 1
Sordidus ex umeris nodo dependet amictus
= Verg. Aen. VI, 301

Cl. carm. min. XVIII (LXXXVIII), 2
Exercentur equis et colla comantia pectunt

Verg. Aen. VII, 163
Exercentur equis domitantque in pulvere currus
ibid. XII, 86
Pectora plausa cavis et colla comantia pectunt

Cl. carm. min. XXI (XLVI), 12
Et vivos impune ferox depascitur artus
Verg. Aen. II, 215
Inplicat et miseros morsu depascitur artus

---

*Cl. carm. min. XXIII (LIV), 7
amati conscia tauri Gnosos
Verg. Aen. VI, 23
Gnosia tellus: Hic crudelis amor tauri

Cl. carm. min. XXIX (LXXXVI) cf. Verg. I, 509 seqq:
Est in secessu longo locus: insula portum
Efficit obiectu laterum, quibus omnis ab alto
Frangitur inque sinus scindit sese unda reductos

---

*Cl. carm. min. XXIX (LXXX), 1
regio summota recessu
Verg. Aen. VIII, 193
spelunca fuit vasto summota recessu

---

*Cl. carm. min. XXXIV (LIX), 4
itque reditque vias
Verg. Aen. VI, 122
Itque reditque viam

---

*Cl. carm. min. XLIII (LXVIII), 7
Inclusus variis famulatur spiritus astris
Et vivum certis motibus urget opus
Verg. Aen. VI, 725
Titaniaque astra
Spiritus intus alit totamque infusa per artus
Mens agitat molem

---

*Cl. carm. min. XLIV (LXXII), 8
ostro texebat et auro (*sc. equum*)
Verg. Aen. IV, 134
ostroque insignis et auro (*sc. sonipes*)
Cl. carm. min. XLVIII (LXXVIII) cf. Verg. VII, 506 seq.
quod cuique repertum Rimanti, telum ira facit

Sub finem nonnulla de pretio illorum locorum similium collectionis, quam supra expressimus, addere liceat. Eam tanta diligentia edendam non curavi, ut ex Zingerlei exemplo demonstrarem certas quasdam formas vel dicendi figuras easque quidem etiam certis hexametri locis a dactylicis latinis adhibitas esse. Id si placet, alii quantumcumque volunt investigent, praesertim cum ipse satis aliter de usu quaestionis eiusmodi sentiam atque de eo videtur sentire doctissimus Zingerleius. Imprimis id pertinet ad pares vel similes hexametri exitus, quibus saepe iisdem multi poetae latini usi sunt; nam accentus ratio quem post caesuram legitimam cum accentu verborum in hexametris concidere constat, poetas saepissime haud dubie perduxit, ut si res quasdem in versus fine dicere volebant, prorsus eosdem exitus adhiberent. Alias enim videlicet voces atque eae erant, quas lingua latina dabat, procreare non potuerunt. An putas poetas dactylicos latinos, nisi laedere voluissent legitimum versus cursum, in hexametri exitu aliter potuisse dicere 'tauri cornua' significaturos atque 'córnua taúri', quandoquidem scilicet '*Hörner*' '*cornuum*' '*Stier*' vero '*tauri*' notionem in lingua latina habent? Talia autem in diligentissimis illis collectionibus plurima inveniuntur. Ea esse nullius sint imitationis exempla, sed similitudines linguae necessitate, ut ita dicam, effectas, ex meo iudicio negari nequit.

Neque vero puto locorum similium conspectibus, quos fecimus, emendationem scriptoris, ad quem ei congesti sunt, praeclaro semper modo adiuvari. Rarissime in Claudiani usum exemplum se praebet, quale est in carmine Claudiani de cons. Theod. v. 69, quo loco Burmanni celeberrima coniectura 'dogmata' Sidonii carmine II, v. 164 certissime confirmatur (cf. p. LXVI): etiam raro offeruntur exempla, quae quin testimonia certarum scripturarum habenda sint dubium non potest esse. Ut ex pluribus pauca meae sententiae illustrandae causa afferam, nomino Cl. Rapt. Pros. I, 164, III, 3 (cf. p. CXXVIII et CXXVII).

Summum vero in illa comparandi ratione periculum est, ne quis in gratiam locorum quos diligenter collegit, scriptores suos reddere studeat uniformes. Quam disciplinam imprimis voluptate quadam hodie interdum tirones exercent. Est vero foedissimus et, ut graece dicam, *βαναυσικώτατος* emendandi conatus. Quare valde miratus sum, quod eam colebat Gramlewiczius meus in sua dissertatione p. 33, quo loco ex Sidonii carmine VII, 602 (cf. p. CXXVII).

'Fulva volubilibus duxerunt saecula pensis'

Cl. Rapt. Pros. I, 53 corrigere voluit hoc modo:

'Longaque ferratis evolvunt saecula pensis (*pro* fusis)',

mihi simul vindicans una illa lectione nisum me codices Raptus Proserpinae in classes discrevisse. Quod ultimo loco dixi, melius fuisset, si Gramlewiczius, priusquam talia mihi obiecisset, legisset, quae contra Bonnetium amicum Parisiensem exposui vol. I, praef. LVI seq.; qui vir doctus dudum eam rem loco c. p. LV commemorato accurate in examen vocaverat. De studio vero Gramlewiczii ardentiori Claudiani corrigendi non tantum ad Vergilii locos, quos ad nostrum Raptus Proserpinae locum collegi, doctos relego, sed etiam ex eo ipso quaero, cur non scripserit Rapt. Pros. III, 117 'educta' pro 'exstructa', ibid. III, 107 'alnus' pro 'abies', cur non cons. Stil. III, 467 'halantes' pro 'rorantes' (sic mss.) cet. cet. Ubique loci ex aliis poetis sumpti eum adiuvissent. At satis est paucis exemplis perversam istam rationem demonstrasse.

Nolite denique putare me iuraturum esse Claudianum semper eum ipsum locum exscripsisse, quem contulimus, vel vice versa Sidonium Claudiani locum, quamquam multis locis non potest dubitari, quin id factum sit. In universum tales collectiones et comparationes multorum poetarum, quorum alii post alios vixerunt, docent ingenium seu potius naturam totius poesis latinae. Illam quidem ex iis videmus fuisse angustis quodammodo, et, ut ita dicam, scholasticis finibus circumscriptam. Docemur facultatem poetarum latinorum ultra quendam inventionis modum non transiisse eosque semper denuo, quae semel maiores procreaverunt, vel aliter repetisse vel prorsus eadem ratione, illos qui antecesserunt exscribentes. Utrum is semper, quem attulimus in nostris comparationum conspectibus poeta, fuerit, ex quo hauserunt quos nominavimus imitatores, an alter quidam, cuius scripta et poemata dudum temporum iniuria deperdita sunt, nunc accurate dici non licet latina litteratura sic ut factum est truncata. Iudicare modo possumus eandem rem iam antea a poeta vel scriptore quodam item tractatam esse, id quod eo dignius est commemoratione, quo saepius vel certius repetitio eiusdem potest demonstrari. Sic tandem perveniemus non tantum ad meliorem interioris historiae litterarum Romanarum notitiam, sed etiam ad iustiorem eius quam nunc dicimus aestheticam aestimationem, a qua satis longe nos adhuc abesse puto. Quanto vero magis poetas conferimus ex certa quadam disciplina, tanto celerius nos accedemus metam illam, quam finem omnis quaestionis

esse debere non nego. Sic enim fit, ut poetarum Romanorum suum cuique locum in historia quae docet universi generis humani eruditionem, accurate tandem possimus attribuere neque cogamur titubare diutius inter nimiam laudem et nimiam vituperationem.

X.

De veteribus editionibus caput.

Maximilianus Bonnet (Revue Critique 1877, p. 186 seq.) nonnullis versibus, qui in mss. desunt iure, ut puto, a me ex vetere editione cum aliis editoribus in contextum receptis coniecit veteres editiones nimis adhuc neglectas esse, quippe quae (quoniam illi versus non possent desiderari neque interpolatoris manum ostenderent) vestigia integrioris lectionis servasse viderentur. Idem nuper iracunde contendit Batavus arbiter doctissimi Bonnetii nomine omisso, ut suam esse istam sententiam lectores crederent.

Contuli infra carmen de IV cons. Hon. editionis principis Vicentinae anni 1482 [V] editionis quam Camers paravit anno 1510 [C], Aldinae anni 1523 [A], Basilicanae anni 1534 [B], recensionis quam Thadaeus Ugoletus [U] fecit, cuius exemplar anno 1500 prolatum adhibui, cum rarissima et vetustissima editio anni 1493 qua olim Florentiae usus sum, in Germania non praesto esset: omnia vero laboravi, ut iustis Bonneti votis satisfacerem. Subiunxi nonnullos locos ex omnibus fere Claudiani carminibus congestos. Orthographiam interdum praetermisi; contuli cum mea editione; ubi omnes editiones consentiunt, O posui. Iuntinam (β) [a. 1519] et Colinaei editionem (α) [a. 1530] iis modo locis excerpsi, quos sub α et β infra notavi.

v. 3 passim (*in marg.*) B
4 Exultant O α β
5 legumque O α β
8 Quirini O α β
9 Lectori U ‖ caedunt V U
11 senatu] tumultu V
12 palmamque U
13 humeris O α β
15 Paccata V U
17 eridiani (*sic*) U α β
20 Ibera O ‖ tantam O α β ‖ aula (*in marg.*) B
21 seriem gentis O α β
24 cui] quo V
v. 25 maxilias V massilas U C A B α β ‖ adnexuit O ‖ lauros O α β
26 calydoniis V
27 medio A B α β
28 Britani A
29 Littoris O α β
30 sidera V U C B α β ‖ frigora A
32 Orchades C ‖ Pictonum O α β ‖ thide V
33 Hyberne C U B ‖ Hybernae α β A hibernae V
34 Quis O α β ‖ obsisti U
40 Bochi V U C
45 tamen *deest* U

v. 46 petitus VCABα potitur (*sic*) β potius (*sic*) U
47 suplex C
49 quum VCUBαβ ‖ pennitus U
50 misto A
51 deserta] referta V ‖ Artos UA Arcthos C
52 Dannubii UC ‖ quum VCUBαβ
53 Quum VCUBαβ ‖ Mysia Oαβ
54 reperirent B
57 extinxitque O ‖ agrosque coloris Oαβ
58 laeti VU
63 Quum VCUB ‖ insāe (*sic*) U ‖ phaetonta VCU
65 torvus O
66 heriles O
68 rursusque VCABαβ (*in marg.* currusque B) rursuque (*sic*) U
69 traditur Oαβ
70 Servaturque Oαβ
71 periculis V
73 Thracibus V ‖ Britania A
74 exul O
75 Ausus] Anius (*sic*) U
77 tantumque O ‖ sequenti O
78 tuta] vita V
80 inter Oαβ
82 haud C ‖ mistis A
83 vultus O
86 proh A
89 fontes U
90 arte *in marg.* B ‖ tirannos U
93 puntus U
94 author A
95 per V
98 triumpho B
99 Preaesentes (*sic*) V
101 suis UB (*in marg.* sibi B)
102 utrunque O
103 Perculti (*sic*) U
104 Extruite O
105 vastasque VCU ‖ sylvas O
106 Apeninumque O
107 Permixtis VCUBαβ Permistis A ‖ societate (*sic*) C sociatae B sociare U ‖ Hemum VCUB Aemum A
109 vindicat VCA

v. 111 caedentibus VC
113 Mallebat VUA ‖ mittis U
117 Prospera V ‖ cathenae A catervae *in marg.* B
119 Pronus et in Oαβ ‖ gaudens O
120 validum] odium V
123 Hullaque (*sic*) V
124 exceptis A
126 temerata O (violata *in marg.* B)
128 Auriferus A
129 Bosporus VU ‖ hisperio U
131 vendicat O
133 apolineo U
134 Certaque VU ‖ raptata U
136 littora O
137 Cinthi CUB
139 Acclivis O ‖ genitrix O ‖ circunflua CB
140 Tyriis — toris VCU
143 Quis VU ‖ Ammon V
144 ruperi (*sic*) U
145 Hetruscus Oαβ
146 inspectis stupuit Babylonius astris A
147 Caldaei VCU
148 Sibillae C
149 Non V ‖ Cibeleius UA cibelleius V
150 Coribas O
151 angustior V
152 Sensit Oαβ
155 Perveheris VCU ‖ signans O
159 deorum Oαβ
163 clypeo CAB
164 interitus V ‖ angues O
165 tum] nunc V
167 laevibus UB
169 miratur A
170 nec VCA
171 nullis O
172 hominibus V ‖ atris Oαβ
173 hyems O ‖ hymbres VUA ymbres C
174 cum mox A ‖ quum V
177 Bosporus V ‖ Calcedona VUCA Calchedona B
180 moetida V maeotica UCAB
185 resuso (*sic*) V
186 Boetes V

v. 188 quum VCUB ‖ lueret U luceret C *in marg.* B
189 Seve U
190 Divus avus seu te claris properantibus astris O α β (Dives *pro* Divus U)
193 quum VCUB
194 redimeret VU
196 illustrans U ‖ omnia O
199 Matura U ‖ nundum VU
201 Noturae U ‖ connexa U
208 similis O α β ‖ chlamis CA clamys V chalamis U ‖ affluit V
209 Stelanti U
212 secum *in marg.* B
213 loquutus V
214 tulisset *in marg.* B
215 Chare VCUB ‖ aeois V
216 thiaras VUA thyaras C
217 geaus (*sic*) *pro* genus U
224—227 *antepositi sunt* v. 221—223 O α β
222 incertos VCAB (*in marg.* incestos B) in certos U ‖ placaverit O
224 facto VAUB
225 lavēs (*sic*) U ‖ tenebris O
226 Praederit U ‖ obscuro O
227 recitet V
228 orbis O ‖ quod U ‖ sibi O ‖ quum VCUB
229 aethereis O
230 Synceram VB Sincerem U ‖ patri O (patrio *in marg.* B ‖ Olymbo CU
231 reiunxit V
232 quum VCUB ‖ flecti *in marg.* B
233 Ille V
236 laburi U
238 lucavit U
239 prophanis VCUB
244 stupefacta VCU tepefacta AB (stupefacta *in marg.* B) ‖ quumque VUCB
246 madidumque fluenti O (furenti *in marg.* B)
248 nil collatura] secum latura A ‖ celatura V

v. 250 resserat U reseret A ‖ dum VCUB cum A ‖ bellua O
253 moesta O ‖ *in marg.* silet [*pro* dolet] B
255 potuit si quis O α β
258 Moedus VA
259 parva, *in marg.* prava B parva VCUA α β
260 patiare U
261 Ulterius V
262 Quum VCUB
264 effraena CU ‖ tunc O ‖ castae V
265 quum VUB ‖ tunc VCAB
266 Consuluimus (*sic*) VU Consultur (*sic*) A Consulimus, *in marg.* Consulitur B ‖ quum VCUB
270 orbe O
271 cuntis U
272 usquam O α β
274 Ocultum U ‖ nil VUCA
275 obstrusos O (*in marg.* abstrusos B) ‖ implorat O α β ‖ phama V
276 quum VCU
278 Heu V
281 nec VCA ‖ circunstantia O α β
283 simples U
285 ligat O
286 Conspirant O
287 littore O
290 iste V ‖ tyrannus V
291 invideat CU
292 iuvant V ‖ scepti (*sic*) V septi CA
293 artes VC
295 Nec VCUB
298 vetat O (negat *in marg.* B) quum VCUB
299 Actorem VA
301 vita] dicta V
303 nec VCAUB α β
304 Heu (*sic*) U
307 nec VCUB
308 foemina VCA
311 loquuntur O α β
313 quam VCU
314 quam CU ‖ caprarum U ‖ tetra O

v. 315 Incoesto C Incaesto UA
316 qui VC
317 fuerat CUAB || parthim (*sic*) U
318 stratis AB stractus (*sic*) U
319 Nec Oαβ
322 brunae (*sic*) U || hybernacula O
325 densari Oαβ || cuneus Oαβ
327 fraudi quae VCUB || accommoda Oαβ
328 fidis V
330 rotet Oαβ || praetectaque VUB (*in marg.* protectaque B)
331 emensura V
332 operata C
334 Inclusumque V Inclusumve UCAB
335 somnoque VCBUAαβ
336 incaute C
337 longa V
338 neve] non VC
339 flantibus austris Oαβ
340 caedas VU || ne V
341 sumoveant V summoveant CUAB
342 utare UCAB || cybis VU
344 sylvam O || cedere UAB
345 Ne pudeat sumpta Oαβ
347 Praetentet O || fluvios] primum V || curru Oαβ
348 Haerentes VCUB
349 turma U
350 tum O
351 tum O || geretur VC
353 subit AB
356 quur (*sic*) V || diseris V
357 certes nec V
358 Dunc (*sic*) U
359 Spicua (*sic*) U palescat VU
365 Quur V || obiicis VCAU quur V
366 quum VUCB
371 honor V
375 Porhum A pyrrhum V || quum VUCB
376 fleuuisse (*sic*) U
378 fas] sat A
384 Vendicat Oαβ
385 praelia O || differt Oαβ || tegit V

v. 386 iuvenem *in marg.* Venerem B venerem VCU
387 Te V
389 quicquid O
390 sequundos B
391 partesque Oαβ
392 Iberos O
395 utrunque O
396 instet O
397 imittere U
402 Metii Oαβ
404 despue Oαβ (*in marg.* despice B)
405 Vel] Vir C *in marg.* B
406 Mutii Oαβ
407 arctis CAB
411 Regulae V
412 in quantum VCUB (*in marg.* hinc B) hic quantum A
413 cum reges A || quum VCUB
414 quum VB
415 Seranus V
416 facesque VU
418 rura] rude V
419 praeceta (*sic*) U
421 hyems O || festus U || armis V
423 rogatur U
424 Sydere A || possit VC
425 serenis VCU fareni (*sic*) A
426 occidus (*sic*) V
427 cyntia U
428 quacunque VA
431 obtabile
432 *deest in* VCUAαβ
433 Descendes U || clypeum CA
435 tentare O
436 lybiae U || arenas CA harena U
438 Sirtibus VU Syrtibus CAB (navita Syrtes *in marg.* B)
440 paccare V
441 Vectis U
442 rhetia VAB rethia UC
446 Sicambri Oαβ
448 miratur *in marg* B
449 Alemania Oαβ
450 Basternae Oαβ
truces] duces VCUA || sylvae O
451 Brusterus (*sic*) V || Eocinae VCU Herciniae AB

v. 452 Cimbrus O $\alpha\beta$ ‖ ceruci V cheruci CU
453 Accepit U
454 Annuit V C A ‖ magno pacem O
458 allii U
459 Stiliconis O
460 Militis *in marg.* B
462 Corynthum VAU
463 Neptūnus (*sic*) C
464 hismiaci V istimiaci (*sic*) U ‖ littoris O ‖ exul O
466 Castra O $\alpha\beta$ ‖ moritur *pro* metitur VUCB
467 Licaei VC licei U
468 ErimantheaeA Erymanthaeae V erimantheiam U
469 Innmeris (*sic*) V ‖ exuta V C U ‖ nudataque] exutaque VC, *in marg.* exutaque B
470 sylvas O
471 Ephyrae AB ephire U ‖ parthanus V
472 exanguis O ‖ proculet U
474 scyticos U ‖ ulla] illa CU ‖ Tryones CU
475 quoi V ‖ atos U
476 Quum V
481 stilico O ‖ arcu O
482 ignote U ‖ vales U
483 adverso VCAU
484 quum VCUB
485 Sarmatha V ‖ discor U
486 fraude O (pelle *in marg.* B) ‖ gelonuss (*sic*) U
490 crebis U
493 palido A ‖ iminet CU
495 moestus VCA ‖ exul O
496 cessan (*sic*) U ‖ augomenta U
497 refixas O
498 avidis emptor VCUA $\alpha\beta$ avidas emptor B
500 largis *marg.* B ‖ es VCBU et A $\alpha\beta$
506 emendauntur (*sic*) C
508 Pandioneae VCU ‖ sic iam potens U
509 *deest in* VCUA $\alpha\beta$
510 gravis CAUB
511 Nec legitur O $\alpha\beta$ ‖ qui V
515 quae O (*in marg.* quam B)
v. 516 Ingeni U
518 radiax (*sic*) U ‖ parva (*pro* torva) *in marg.* B
519 augusti V ‖ maiesta (*sic*) U
521 Tentatur O ‖ vibrata V ‖ ignes (*sic*) U
522 romanamque U ‖ moraris(*sic*)A
523 quoties CAB ‖ clypeatus CAB
525 quum VCUB
526 purum (*sic*) V
527 quum VCUB ‖ cortynia V
529 iusum (*sic*) U
530 Sis V
532 amphionae U ‖ palestrae VCU
533 dircaeque U
534 Praetentare O
537 Cerules (*sic*) U ‖ prestratus (*sic*) V ‖ apolline V ‖ phiton V
538 Implicavit U ‖ sylvis O
539 Quum VCUB ‖ aequo U
540 simulare *in marg.* B
544 sequuntur O
545 fruentesque V
547 arenas CAUB
548 sperguntur (*sic*) V
553 Conbibit C
557 Xantus C
560 Bellerophontaeas O
561 Quinetiam B
562 roseque (*sic*) U
563 quoties CAB
566 quum VCUB
570 Sydereum AB ‖ nymphis VU
573 Laniger V ‖ imposita CAB et posita V ‖ veste VCA
574 sistris] ripis V
575 variosque VC
577 frequentat O
578 Tibridis VAUB Tybridis C ‖ soboles O
579 Quicquid O ‖ actor V author A
580 consule *deest in* U
582 thagus V
583 stipatur C
585 Ornatusque V Ornaturque U
587 Amethistus VCU ‖ iberus VA
588 iacynthi V hiacynthi CU
590 methallis V
591 multaque ornantur O $\alpha\beta$

v. 592 nereida V ‖ baccha VCU bacca AB
594 manus] colus O α β ‖ quoius V
595 tellae U
597 Tethios C
598 Gremia (*sic*) UC ‖ arenas VA
600 Sydonii O
601 Hidaspes O
602 cinctu VCU ‖ gradere (*sic*) V
603 pamaineos (*sic*) U ‖ proferret VAB (*in marg.* transferret B) praeferret CU ‖ tyrsos VCAU
604 visa (*sic*) V Nisa A ‖ bacchi VCAB
605 Quoi V ‖ furrerent U
606 erithraeis V
609 Moenades C
611 Aspice O α β
612 solennia O
613 Omnia VCUB
614 herilis CU herili VAB
618 promissi VCUB ‖ foelix U
619 romulaeis V
621 Dam (*sic*) U ‖ quoties CAB
622 tocies CAB
623 transnare O ‖ Grutunni VC Gruthunni A Grotunni U Gothunni, *in marg.* Grutunni B
v. 624 ter A tibi VCUB (*in marg.* ter B)
627 contulit C concutit B
631 Hostia VCAU
634 debeat O
635 Facta VC ‖ Grutunnorum VCU Gruthumnorum A Gothunnorum, *in marg.* Grutunnorum B
636 Ister O ‖ fluctus] montes VCA
637 *deest in* VCAU α β
639 Non erit V Nunc erit CAU
641 praecor U ‖ assidue VCBU ‖ maritque (*sic*) U
642 mundi O α β
643 quum VCUB
644 Quum VCUB ‖ prodiderit VCAUB (*in marg.* protulerit B) ‖ thedas V tedas CA
645 devota A donata VCUB ‖ fulgeas (*sic*) U
651 Connubiale O
652 quum VCUB
653 Archadius V ‖ honustus VA honestus CU
654 *in marg.* meliore B
655 Suevus] Lyaeus O
656 Vultima (*sic*) U

In Ruf. I, 158 fulmen] flumina VCA α flamina B β, *in marg.* fulmina B [1])
165 aspectu] intuitu VCAB α β
204 opulentior] augustior VAB α β angustior C
308 Iamque Getas] Iam gentes VCAB α β
II, 22 resolvat] remittat VUCAB α β
49 fatis] causis VUCAB α β
71 Exceptis] Praeceptis VUCAB α β
84 coactae] togaeque VUCAB α β
103 tuta sub pace relictis] tranquilla in pace locatis VUCAB α β (*in marg.* relictis C)
227 queruntur] moventur VUB movetur CA α β
230 leges vibrato] stricto leges VUCA α β leges vibrato B
298 poscere] vincere VUCAB (*in marg.* poscere B) α β
446 quisquis] nequis VUCAB α β (*in marg.* quisquis B)

---

1) In Ruf. I, v. 51—369 in U (exemplari Lipsiensi) fasciculis absconditis nunc desunt.

In Ruf. II, 491 per varios annis ter mille figuras] per varios amnes per mille figuras V per varios annos per mille figuras UCABαβ
Cons. III Hon. 82 celsi tabo sordere] caesi terga absorbere VUCABαβ caesi tergat (*sic*) absolvere U
Hon. epithal. 19 Thessalicos roseo — pollice] Tessalico roseos — pectine (pectinae U) VUCAB (*in marg.* pollice B) αβ
145 verrebant] velabant VUCABαβ
291 Turbata] Curvata VUCABαβ
Cons. Theod. 53 ferox] celer VUCABαβ
176 nam quae] nunquam VUCABαβ
In Eutrop. I, 274 Et] Tu VUCABαβ
301 onerante] onerare VUCABαβ (*in marg.* ornare B)
499 sistro] ritu VUCABαβ
II, 161 aegida] aethera VCABαβ aetherea U
280 Cybebe] cybellae V Cybelle UCAαβ Cybele B
481 Saporem] sodalem VUCABαβ
Cons. Stil. I, 331 Romuleae leges rediere] romuleas leges rediisse VUCABαβ
III, 157 Lusus] Rursus VUCABαβ
Bell. Pollent. 64 tremuisse] timuisse VUCABαβ
410 et avite] vel notae αβVCAB vel note U
Cons. VI Hon. 175 flexibus] fluctibus VCABαβ flactibus (*sic*) U
328 purificumque] terrificumque VUCABαβ

Ex eo scripturarum conspectu sequitur satis dilucide, ut antiquissimi Claudiani editores non meliores codices adhibuerint, quam illi sunt, quos adhuc habemus. Ubique editiones recentiorum codicum classem redolent, quam libro Vossiano in apparatu critico illustravimus; ea quidem classis librorum mss. ex parte etiam deteriore modo illis editionibus repraesentatur, quam Vossiano codice. Quare exemplaria et codices antiquissimos vel libros venerandae vetustatis, quos nonnulli illorum vetustissimorum editorum praedicant, in malam partem abire denuo iubeo ex intimo pectore.

Facile vero iam apparet versus 432, 509, 637 IV cons. Hon. non antiquiori vel meliori fonti deberi, quam quem antiquissimi codices praebent, quibus nunc utimur, sicut excerpta Florentina et Vaticanus liber. Ii versus aut ab editore editionis Basileae a. 1534 prolatae, in qua editione primum leguntur, bene compositi et iusto loco additi sunt, quo sententia interrumpebatur, aut a librario quodam critico adiecti in margine exemplaris mss., quo editor ille usus est, et ab editore iure in contextum tralati. Simile exemplum invenimus Rapt. Pros. II, 118. Quos, cum bene metrum et sententia in iis procedant, cur aliis versibus repellamus, non esse nemo non concedit.

XI.

Excerpta ex Quaestionum Claudianearum specimine scripto a Leopoldo Reinhardto.

Perlustrans catalogum programmatum quae priore tempore gymnasia semper protulerunt, nunc in annos rarius edunt, inveni etiam quaestiones, quarum titulum supra descripsi. Cum vero edendi tempus nondum venisset — catalogum enim legi in Teubneri typographia —, ad Reinhardtum scripsi, ut ad me correcturae fasciculos transmitteret. Magna vero liberalitate totum manuscriptum dedit id addens quod magno mihi erat maerori, eos qui suae urbis res moderentur, quamvis gymnasii urbani patroni sint, nolle typorum sumptus pendere. Eo usque igitur venimus! O lucem quam sana scilicet ista quae dicunt civium iudicia a rebus superioribus prorsus aliena ubique dissipant!

Quae cum ita sint, meum est Reinhardti coniecturas, quas ut plurima ex parte probem, fieri non potest, quae vero ubique maxime commemoratione digna sunt, infra breviter cum poetae amicis communicare. Reinhardto vero summas gratias publice ago, quod arguta emendationis supplementa mihi misit. Valde tamen queror ea in manus meas illo modo tempore pervenire potuisse, quo non tantum prius volumen dudum editum, sed etiam carmina alterius voluminis iam erant typis expressa. Pertinent ad Raptum Proserpinae et ad libros in Rufinum.

Rapt. Pros. I, 76 Vix illa peregit, *deinde versus nonnullos excidisse putat, quorum initium sic fere fuisse videtur* 'Flebilibus Clotho cum fata est talia dictis cet.'
261 sitiebat flamine sole
II, 200—201 *interpolatos putat*
II, 341 Abreptusque
II, 344 Ore bibunt *non male*
III, 94 In te *non male*
III, 103 Indulges Phrygiasque etiam nunc perstrepis urbes
III, 105 Si tu nostra parens et non me Caspia tigris edidit
III, 164 toros sedesque ubi *seu* locos sellasque ubi
III, 284 tenui digito
IV, 28 (III, 359) Ipsum etiam tactura Iovem
In Ruf. I, 97 Meque ipsa tradente dolos artesque nocendi
I, 133 Rhenus reiecta torpuit urna *seu* Rhenus reiecta torpuit unda
I, 232 Non patres egisse sat est *seu* Cognatosve egisse sat est
I, 321 Hunorum capturus
II, 64 Victos Romanos

In Ruf. II, 122 cum classicus iret (Cons. IV Hon. 438 *item tentat* intrabit classicus undas)
II, 393, 394, 395, 398, 399, 396, 397 *sequi putat*; 396 Vulneribus mox mota ruit
II, 484 vulpibus indit

XII.

Varia Addenda Corrigenda.

Sub finem praefationis amoenissimum est meum iis summas gratias referre, qui me in laborando diligentia sua adiuverunt.

Primo loco nomino doctissimum virum Maximilianum Bonnet, nunc Parisiensem, qui rara cura singula folia, qualia prodierunt ex officina, legit correxit emendavit; etiam Richardus Sachsius collega amicissimus ut priori volumini, sic huic alteri suam diligentiam advertit in praefatione corrigenda me adiuvans. Neque minus viris doctis gratias ago, qui in usum alterius voluminis codices contulerunt vel collatos mihi transmiserunt. Erant vero clarissimus Monsignore de' Giuliari, bibliothecae capitularis Veronensis summus praefectus, vir doctissimus Grion Lucensis lycei realis praeses, etiam qui notitia literarum orientalium maxime floret Guidius, universitatis Romanae decus, prioris amicitiae memor in meum usum bibliothecam Vaticanam saepius adiit. Praeterea Maximilianus Bonnet notissima sua liberalitate usus, quamquam valde studiis aliisque officiis occupatus, codices quos volui Parisinos contulit. Collationes vero amico animo dederunt viri doctissimi Holderus, praeclarus Horatii emendator, et Peiperus de poesia latina meritissimus. Praeterea denuo bibliotheca Lugduni Batavorum liberalissimo mss. conservatore Du Rieu auctore non modo rara librorum impressorum exemplaria misit, sed etiam manu scriptorum, ut iis commode domi uti possem. Idem fecerunt bibliothecae Goettingensis et Guelferbytanae praefecti.

Neque defuerunt prioris voluminis doctissimi arbitri, inter eos amplissimus poetarum latinorum cognitor, qui de mea editione benigne iudicavit Jen. Literztg. 1877, p. 284. Nec minus mihi usui erat Maximilianus Bonnet, qui de mea Claudiani editione doctissime scripsit Revue critique 1877, p. 186 seqq. Summa porro cum gratia commemoro eum qui de me egit Liter. Centralbl. eodem anno et Henricum Koestlinum, qui ne me nimis laudaverit Phil. Anz. VIII, p. 45 seq. valde timeo. Denique Hol-

derus mihi laudandus est, qui Hermes 1877, p. 503 nonnulla ex codice Bruxellensi supplevit. Iis locis, quibus multitudine variarum scripturarum, quas in meo Claudiani exemplari intra multos annos annotaveram perturbatus, ut fit, erravi, inter corrigenda scripturas omissas infra exprimendas curavi. Neque vero omnibus locis ab Holdero allatis apparatus criticus corrigendus, nam longe plurimis illis locis consilio tantum ea typis expressi, quae ad emendationem utilia et necessaria videbantur, imprimis orthographiae nugis omissis. Accuratius in bello Pollentino B codicis scripturas notavi, cum id carmen in V deesset.

Praeterii obtrectatorem meum, qui Maximiliani Bonneti iudicium dedita ut videtur opera nomine eius non commemorato pro suo denuo protulit.

Iam vero addenda corrigenda accedamus.

Vol. I p. XI v. 16 lege v. 21 (pro v. 19); ad p. XIV vide Indicem s. Claudianus; p. 15 XV—XVI de inscriptione nunc vide etiam C. I. L. VI, 1 n. 1710; ad p. XVII noli oblivisci etiam in Aegypto, quae provincia erat orientis Claudianum facillime potuisse ab inimicis Stilichonis trucidari, quandoquidem Stilicho orientali aulae semper fuerat suspiciosus, cf. Index s. Stilicho; p. XVIII annota in cod. Theod. I, 14, 2 edictum legi ad Rufinum prid. Non. Dec. a. 395 datum; at etiam Stilichone interfecto edictum in illo codice habemus nomine interfecti ornatum; talia illis, quorum nomina prae se ferunt, viventibus scripta erant, non vero ante eorum mortem ab imperatore suscripta et publicata; p. XX designaturam ordinariorum consulum hoc tempore ubique inscriptiones docent, sicut C. I. L. VI, 1 n. 1721; p. XX v. 14 lege II, 76; ad p. XXI vide Indicem s. Rufinus et Stilicho; p. XXVI v. 1 lege 'quid'; p. XXVI v. 33 IN EVTROPIVM; p. XXVII v. 6 immorari, p. XXXII v. 2 lege 1875; p. XXXIV v. 4 post LIII adde LXXXIII; ibid. v. 8 lege (XLI et XLII) pro (XXXIX); p. XXXV v. 21 ante XLVI adde denuo LXXXIII; p. XXXVI v. 16 XLVI pro LXXVI et ibid. v. 19 ante LIV adde LXXXI; ibid. v. 23 bene nota me Vossianum denuo multis locis contulisse, totum vero Rapt. Pros. contuli, quare apparatum peculiaris illius carminis editionis ubique emendatum invenies; p. XXXVII v. 15 quamquam codex Reginensis quem doctissimus Guidius Romanus contulit veneranda est vetustate, tamen nullum usum ad emendationem habet. Pessimus est v. 25, 33, 36, 40, 41, plerumque alibi cum V convenit; p. XXXVIII v. 30 lege Vossianum n. 294; p. LVII v. 6 ante 'maior' adde 'ubi'; p. LXII in media parte adde cons. VI Hon. v. 637; p. LXIII in conspectu locorum adde cons. VI Hon. 526; p. LXV supra adde cons. VI Hon. praef. v. 8 'vigili elapsas' et Carm. min. XLIII (LXVIII), v. 13 'falso insontem'; p. LXVII supra cf. app. crit. cons. VI Hon. v. 550; ibid. v. 18 iam lego cum L. Muellero 'Heus ubi'; p. 2 app. crit. v. 16 adde signantia L; p. 3 v. 45 seqq. Koeslinus l. c. p. 47 scripsit ita:

Quippe velut densos rorantia nubila nimbos
Cernere semper erat populis undare Penates

Assiduos intrare inopes, remeare beatos.
Princeps illa domus fluvios superabat Hiberos
Aurea dona vomens. Quicquid tellure revulsa
Dalmaticis fodiens cet. cet.

p. 6 app. crit. v. 99 lege Ṭ Pingunt V 1 (*m. I*) Tingunt LN Fingunt lF; p. 8 v. 169 lege dammae; p. 17 v. 56 lege vitiisque; p. 18 v. 91 nunc rursus lego Euripi cf. Niceph. Call. XVI, 35, C ἀλλὰ νῦν μὲν ἐπὶ τοῦτο, νῦν δὲ ἐπ' ἐκεῖνο δίκην Εὐρίπου μεταβαλλόμενον; p. 18 app. crit. v. 77 Nec nisi V 1; p. 19 v. 97 adde artes G; p. 19 v. 103 app. crit. adde si hauserit G, ut totus locus in G lectus sit: totum quoque si hauserit; p. 20 v. 120 ab aggere; p. 21 app. crit. v. 154 litavi O; p. 22 app. crit. v. 160 nēu G *corr.* (= ne), lege ergo 'ne G neu LV1 ne VB; ibid. v. 175 discriminat VB; p. 24 v. 218 nec G; p. 28 app. crit. v. 294 geryon G geryones V cet; p. 33 app. crit. v. 27 remis L; p. 41 v. 210 Libertas; p. 41 app. crit. v. 206 N°umina V; p. 47 app. crit. v. 345 iactabat VBV1; p. 48 app. crit. v. 355 seuum G; p. 49 app. crit. v. 381 graviter apprensa L; p. 69 v. 33 glacialis; p. 72 app. crit. v. 119 adde gaudet *ego* gaudens LV1; p. 74 app. crit. v. 172 hominibus V1 (pro L); p. 76 app. crit. v. 228 adde ortus *ego* sibi LV1 subit *ego*; p. 77 app. crit. v. 266 Consulimur GV1 Consulimur (tur) L; p. 85 app. crit. v. 466 Castra LV1; v. 86 app. crit. v. 483 adverso LV1, ibid. v. 486 tibique L fraude V1; p. 89 app. crit. v. 574 adde sistris G; p. 96 app. crit. v. 29 flamineo V1; p. 97 app. crit. v. 12 *Stilicho socer est*] Stilicho pater est G; p. 100 app. crit. v. 16 exactos VV1; p. 108 app. crit. v. 169 doto (cl) V; p. 118 *nunc lego* Conciliis, cf. II, p. CI; p. 120 v. 91 lacunam esse putat etiam Luc. Muellerus l. c. p. 285; p. 122 app. crit. v. 139 post *complectens* adde V; p. 126 app. crit. v. 227 simul ut BV1 sic ut (vel simul) V sic ut L ac g; p. 130 app. crit. v. 301 * adde c. XV, 295 seqq.; p. 132 v. 360 infecta; p. 133 v. 380 dele comma; p. 140 app. crit. in fine GILDONIS; p. 144 v. 47 Sic cum; p. 145 app. crit. v. 69 adde Cf. vol. II praef. p. LXVI; p. 148 app. crit. v. 130 indicat G iudicat V1 cet; p. 150 v. 185 natura; p. 152 app. crit. v. 234 adde placidus *ego* rapidus VLV1; p. 159 app. crit. v. 23 nobis O (*dele igitur* G); p. 160 app. crit. v. 63 arintheo V arentheo GBV1 cet; p. 161 app. crit. v. 79 oisque; ibid. v. 83—84 adde post *interiectus est* '*in* V1'; p. 164 app. crit. v. 154 adde abundantii L; p. 165 app. crit. v. 161 primus V1 primū VL; p. 171 v. 294 novos; p. 172 app. crit. v. 317 Obstrepuere GBLV1 cet.; p. 172 v. 334 Penthesilea; p. 173 v. 349 *nunc cum codd. lego*, cf. II p. CVIII; p. 174 app. crit. v. 357 post *praeterea* adde H2; p. 176 app. crit. v. 420 adde tutum (vel tan) L; p. 182 app. crit. v. 14 adde aura V1; p. 188 app. crit. v. 65 turpidique (e) V1; p. 189 app. crit. v. 83 lege 'bizas' pro 'bizus'; p. 190 app. crit. v. 111 spectabat (e) V; p. 193 app. crit. v. 189 adde cum *scripsi* quam O; p. 194 app. crit. v. 216 Presidet GVL Possidet V1; p. 197 v. 265 pelagus; p. 203 app. crit. v. 406 corrige exitis O exitus (*sic*) G, v. 407 cet.;

p. 207 v. 481 Saporem, ibid. app. crit. v. 493 multoque; p. 209 app. crit. v. 529 Non LV1 Nec. VB; p. 221 v. 226 alveum *pro* Albim [vide Indicem, idem recte voluit Koestlinus l. c. p. 47]; p. 223 v. 263 vipereae; p. 225 v. 304 *nunc deleverim*, pr. II, p. XXII; ibid. v. 318 dilectu; p. 229 app. crit. v. 11 adde Discussit L, ibid. v. 12 thure LV1; p. 230 adde post v. 19 in app. crit. *Inter* v. 19 *et* 20 *hic versus in* L: Parce substractis. ceu nobit ira leonis; ibid. v. 21 adde '*qui*] c̄ L; ibid. v. 29 flumina L; ibid. v. 37 sevire G; p. 231 app. crit. v. 43 lege '*in* facilis'; p. 232 app. crit. v. 67 Omen V1 [*dele igitur* G] *pro* om̄e (*sic* omeN); ibid. v. 72 adde domitū (o *m. II corr. ex* e), *in marg. m. II* dūm (= *dominum*) V1; p. 234 app. crit. v. 136 adde fuscata V1; p. 235 app. crit. v. 154 adde sub te q'd V1'; ibid. v. 157 adde iactatu (*pro* iactatū) V1; p. 237 app. crit. v. 203 amisissimus (*sic*) V1; p. 239 app. crit. v. 249 *post* mentitur O adde 'cf. praef. I, p. LXVI'; p. 245 v. 378 lucos, ibid. app. crit. dele 'locos editt. lucos O'; p. 250 app. crit. v. 23 *post* quintos O adde 'cf. praef. I, p. XV'; p. 256 v. 146 premerent, p. 261 v. 271 harenam; p. 263 v. 317 luxuriantis; p. 264 v. 349 omnibus. — [Nonnullis locis errore meo accusativi in *es* servati sunt, ubi in G accusativi in *is* leguntur; peto, ut ubique formas codicis G lectores recipiant.]

Vol. II, praef. p. VI v. 19 archetypum; ibid. p. VII, 23 Isidis; ibid. v. 35 ut; p. IX v. 18 *post* vulminis *adde* adde ordine; p. XIV v. 21 eam; p. XV v. 3 accurate; p. XVIII *infra* quas; p. XXI, v. 31 arctoqȝ; p. XXIX, v. 33 voluptate; p. 22 app. crit. 506 adde geris G; p. 69 app. crit. ad titulum adde '*Ad praef. quae in Ald. legiturp. 167 discreta ab epithalamio, quod sine praef. est p. 159, ascripsit* g: In antiquo incipit epithal. dictū Palladio V. C. tribuno et notario. caeterea non pcipiuntur; p. 79 ad Rapt. Proserp. nota me Gudianum codicem ms., quem vol. I praef. p. LV attuli, re iterum iterumque deliberata in app. crit. omisisse; p. 80 app. crit. v. 4 adde augusta *legere vult Gustafsson Mus. Rhen.* 1878, p. 480; ibid. v. 6 adde '*vide Gustafsson l. c.* p. 481'; p. 81 app. crit. v. 15 hecate L; p. 84 app. crit. v. 100 adde '*vide Gustafsson l. c. p. 481;* p. 93 app. crit. v. 23 adde Ima viget, parte emoriens et parte superstes *coniecit Gustafsson l. c. p. 481;* p. 106 app. crit. v. 1 lege taumantida LV, ibid. v. 12 adde series V sedes L; ibid. v. 17 Nyades L; p. 112 v. 180 fletusque; p. 113 v. 188 Briareia; p. 123 app. crit. v. 6 *post* crebri φG *adde* V1 cbri L, p. 128 app. crit. v. 117 adde *antris*] undis V1; p. 152 app. crit. adde v. 4 *fides*] dies L; p. 162 lege app. crit. v. 87 *deest in* G v. 87 Parcharumque cet.; p. 163 app. crit. lege v. 7 redundat GRVAV1; p. 165 v. 38 Aegaeo.

Index notarum.

G = excerpta Lucensia.
g = excerpta Gyraldina.
φ = codex Veronensis n. 163.
V = codex Vaticanus n. 2809.
S = codex Sangallensis (cf. vol. I, praef. p. XXXVII).
R = codex Reginensis (cf. vol. I, praef. p. XXXVII).
B = codex Bruxellensis n. 5381.
M = excerpta Monacensia ex cod. Fris. n. 92.
A = codex Ambrosianus M. 9 sup.
L (excepto Raptu Proserpinae) = Laurentianus n. 250.
V1 (excepto Raptu Proserpinae) } = Vossianus n. 294.
V (in Raptu Proserpinae) }
L (in Raptu Proserpinae) = Laurentianus (cf. vol. I, praef. p. L et LIV).
De ceteris notis vide indicem notarum prioris voluminis.

CL. CLAUDIANI

IN LIBRUM

DE

BELLO POLLENTINO (GETICO)

PRAEFATIO. (XXV.)

Post resides annos longo velut excita somno
  Romanis fruitur nostra Thalia choris.
Optatos renovant eadem mihi culmina coetus,
  Personat et noto Pythia vate domus.
Consulis hic fasces cecini Libyamque receptam:
  Hic mihi prostratis bella canenda Getis.
Sed prior effigiem tribuit successus aenam
  Oraque patricius nostra dicavit honos.
Annuit hunc princeps titulum poscente senatu.
  Respice: iudicium quam grave Musa subis!

INCIPIT DE BELLO POLLENTINO V *cf. Goetzius in mus. Rhenano 1877, p. 341, ann. 1* ‖ *De titulo praefationis in* B *vide subscriptionem ad alterum librum in Eutropium* ‖ Incipit liber. XIIIJ' claudiani. De cultu clarissimo stiliconis per romanos. *Add. praeterea:* debet sequi post librum XIII supra L ‖ liber de victoria honorii q attribuit stiliconi V 1 *m. II Ibidem recentissima manus add.* praefatio de victoria stiliconis contra alaricum ‖ De bello Getico *edd.* ‖ *Barthius hoc carmen significavit quartum librum de laudibus Stilichonis tres libros de consulatu Stilichonis eodem titulo exornans. Hoc non vituperat Paul progr. Glogav. 1857, p. 17. Male Barthius Aldo teste usus est, qui quidem* 'de bello Getico liber quartus' *inscripsit* 1 velud L V 1 ‖ sompno L 2 talia V 1 3 coetus] cantus H *coniecisse notat Clercq* 4 phythia G pyntia (*sic* [t *corr. ex* c]) B phitia L V 1 5 cecinit L ‖ lybiamque B libiamque L V 1 (*in* V 1 *m. recentissima corr.* libyamque) 6 gethis L 7 aenam G B ahenam g amenam L V 1 9 hunc] hic B 10 Respice (i *in ras. ex* e) B

Ingenio minuit merces properata favorem.
  Carminibus veniam praemia tanta negant
Et magis intento studium censore laborat,
  Quod legimur medio conspicimurque foro.
Materies tamen ipsa iuvat solitumque timoris
  Dicturo magna sedula parte levat.
Nam mihi conciliat gratas impensius aures
  Vel meritum belli vel Stilichonis amor.

CL. CLAUDIANI
DE
BELLO POLLENTINO
LIBER. (XXVI.)

Intacti cum claustra freti coeuntibus aequor
Armatum scopulis audax irrumperet Argo
Aeetam Colchosque petens, propiore periclo
Omnibus attonitis solus post numina Tiphys
Incolumem tenui damno servasse carinam
Fertur et ancipitem montis vitasse ruinam

11 minuit (†metuit) V1 13 in tanto (intnto) V1 ‖ censore BLV1 censisse Gg ‖ laborat *sic corr. in ed. princ. Flor.* G 15 timoris Gg timorem BLV1 16 levat BLV1 iuvat Gg 18 belli B libri V1 lib L

INCIPIT DE BELLO POLLENTINO V *Carmen ipsum de bello contra Getas gesto prorsus in* V *deest, cf. vol. I praef. p. XXXIV; recens quaedam manus add. hoc distichon:*

Nympha suo paridi quamvis meus esse recuset
Mittit ab ydeis verba legenda iugis

INCIPIT LIBER PRIMVS DE BELLO GOTbICO B *Titulus deest in* L *et* V 1 (*m. recentissima add.* De victoria Stiliconis contra Alaricum) DE BELLO GETICO *pleraeque editt.* 1 INTACTI (I *rubro colore exaratum*) B ‖ claustra LV1 lustra B ‖ coeuntibus] cohibentibus *Hertelius progr. Torgav. 1848, p. VII* 2 Artatum *coniecit Scaliger* ‖ irruperet B ‖ argo G 3 Aeetam gB Oetham G Oetheam L Oetam V1 Aeten *coniecit Scaliger* ‖ colchosque gB colcosque LV1 4 Om̄ibuſ B ‖ týphis B typhis L tiphis V1 5 Incolumen B ‖ dampno LV1

Deceptoque vagae concursu rupis in altum
Victricem duxisse ratem. Stupuere superbae
Arte viri domitae Symplegades et nova passae
Iura soli cunctis faciles iam puppibus haerent,
Ut vinci didicere semel. Quod si ardua Tiphyn
Navis ob innocuae meritum sic gloria vexit:
Quae tibi pro tanti pulso discrimine regni
Sufficient laudes Stilicho? Licet omnia vates
In maius celebrata ferant ipsamque secandis
Argois trabibus iactent sudasse Minervam,
Nec nemoris tantum iunxisse carentia sensu
Robora, sed caeso Tmarii Iovis augure luco
Arbore praesaga tabulas animasse loquaces.
Plurima sed quamvis variis miracula monstris
Ingeminent teneras victuri carmine mentes,
Harpyiasque truces insopitisque refusum
Tractibus aurati custodem velleris anguem
Et iuga taurorum rapidis ambusta favillis
Et nitidos galeis sulcos fetasque novales
Martis et in segetem crescentia semina belli:
Nil veris aequale dabunt. Prohibere rapaces
Scilicet Harpyias unaque excludere mensa
Nobilior titulus, quam tot potuisse paratas
In Latii praedam Geticas avertere fauces.

7 vag-re *sic corr. in ed. pr. Flor.* G vagę B vage L V 1 ‖ puppis (*sic*) L 8 dixisse V 1 (u *m. I add.*) 9 simplegades L V 1 10 cuncti L (s *add. m. II*) ‖ faciles cunctis *ita corr.* G *in ed. pr. Flor.* ‖ facile B 11 typhin B tiphī L V 1 13 pulso G ‖ tantis — regnis *coniecit* H 14 Sufficient G L V 1 Sufficiant H *cum deterr.* ‖ stilico L V 1 ‖ oma vates B 15 ipsamque fcdis B 16 iactant V 1 17 tantum] mutı (*sic*) B ‖ iunxisse G 18 tmarii H tonari B teni (= *teneri*) V 1 monitu L 18 caesa (Arbore 19) *malit* H 2 H 3 19 u *in* tabulas *in ras.* a *litterae* B ‖ armasse L armasse *in marg.* V 1 *add.* 21 vincturi *sic corr.* G *in edit. pr. Flor.* vincturi B vincturo L victuro (*sic*) V 1 ‖ montes L 22 Arpyasque B Harpiasque L Arpiasque V 1 25 nitidos *scripsi* virides B L V 1 ‖ succos L ‖ fętasque B L 26 crescentia L crescentis G B V 1 28 arpyas (y *ex* i *corr.*) B harpias L arpias V 1 29 titulus G 30 gethicas L

Anne ego terrigenas potius mirabor in ipsis
Procubuisse satis, vitae quibus attulit idem
Principium finemque dies, quam caesa Getarum
Agmina, quos tantis aluit Bellona trophaeis
Totaque sub galeis Mavortia canuit aetas?
Per te namque unum mediis exuta tenebris
Imperio sua forma redit claustrisque solutae
Tristibus exsangues audent procedere leges.
Iamque potestates priscus discriminat ordo
Iustitiae, quas ante pares effecerat una
Nube timor. Tua nos urgenti dextera leto
Eripuit, tectisque suis redduntur et agris
Damnati fato populi, virtute renati.

Iam non in pecorum morem formidine clausi
Prospicimus saevos campis ardentibus ignes,
Alta nec incertis metimur flumina votis
Excidio latura moram, nec poscimus amnes
Undosam servare fidem nubesve fugaces
Aut coniuratum querimur splendere serenum.
Ipsa quoque internis furiis exercita plebis
Securas iam Roma levat tranquillior arces.
Surge precor veneranda parens et certa secundis
Fide deis humilemque metum depone senectae
Urbs aequaeva polo. Tum demum ferrea sumet
Ius in te Lachesis, cum sic mutaverit axem
Foederibus natura novis, ut flumine verso
Irriget Aegyptum Tanais, Maeotida Nilus,

31 An ego B An n'eego V1 33 getharum L 34 q (= *quo?*) L ‖ ∴ aluit (*m. I in marg.* ∴ aluit; *in ras. erat* u) B ‖ tropheis B V 1 triumphis L 35 galeis GBL galeas *corr. m. I in* galeis V1 36 Parte *corr. m. I in* Perte V1 ‖ unum] uirum (*sic*) L iterum *temptavit* H 38 exangues LV1 40 suffuderat *seu* infecerat *coniecit* H2 H3 offecerat H *coniecisse dicit Clerq* offuderat *coniecit Schraderus* 41 leto B 42 tectis(q;) V1 43 Dampnato(i) L Dampnati V1 44 causi(l) L 46 flumina] fulmina g 47 nec GL n̄ (= *non*) V1 non B ‖ ām̄es L 48 nubesve B nubesque LV1 ‖ fugatas B 50 internis G interius BLV1 ‖ feriis (u *m. I*) V1 52 secundis] scd̄is BV1 53 diis B ‖ humilisque H *legisse testatur Clercq* 54 tunc G ‖ sumet G 55 inte B ‖ mutaverit G 57 egiptum LV1 ‖ thanais L

Eurus ab occasu, Zephyrus se promat ab Indis,
Caucasiisque iugis calido nigrantibus Austro
Gaetulas Aquilo glacie constringat harenas.
  Fatales huc usque manus crebrisque notatae
Prodigiis abiere minae; nec sidera pacem
Semper habent ipsumque Iovem turbante Typhoeo,
Si fas est, tremuisse ferunt, cum bracchia centum
Montibus armaret totidem spiramque retorquens
Lamberet attonitas erectis anguibus Arctos.
Quid mirum, si regna labor mortalia vexat,
Cum gemini fratres, genuit quos asper Aloeus,
Martem subdiderint vinclis et in astra negatas
Temptarint munire vias steteritque revulsis
Paene tribus scopulis caelesti machina bello.
Sed caret eventu nimius furor: improba numquam
Spes laetata diu. Nec pervenere iuventae
Robur Aloidae. Dum vellere Pelion Otus
Nititur, occubuit Phoebo moriensque Ephialtes
In latus obliquam proiecit languidus Ossam.
Aspice Roma tuum iam vertice celsior hostem:
Aspice, quam rarum referens inglorius agmen
Italia detrusus eat quantumque priori
Dissimilis, qui cuncta sibi cessura ruenti
Pollicitus patrii numen iuraverat Histri,

58 zephirus L V1 ‖ promat B L prodat V1 59 Caucaseisque B L V1 60 Gętulas B Gethulas L Getulas V1 ‖ glatię (s sic corr. *m. II*) L ‖ constringat G 62 abiere G ‖ sydera L 63 typhęo B tiphoco L tipheo (o) V1 64 tremuisse G g B timuisse L V1 ‖ brachia B L V1 65 spiramque G B L spirasque V1 66 Lanberet L ‖ artos V1 68 fratres] frſ B ‖ aloeus B aleus L V1 (*m. I corr. in* alous) 69 sub diderint B 70 Tentarint G 71 cęlesti B celesti L V1 caelestis *malim* 74 Robora B ‖ aloidę B aloiade G L aleide *m. I corr. in* aloide V1 otus B othryn g othis L otys V1 76 obliqū († quam) V1 v. 77 *post* v. 78 *in Aldina positus est, sed in exemplari Lugdunensi* g *litteris* b *et* a *in marg. additis in iustum ordinem redegit* 78 Aspice quam rarum referens inglorius agmen *sic totum versum qui* G *fecit descripsit in marg. ed. pr. Flor., nam is deerat* ‖ v. 78 *deest, in marg. add. m. II, sed* as *litterae voculae* aspice *nunc abscissae sunt, ut tantum restet* pice V1 ‖ raṭum (r) (*sic*) L 79 Ithalia L ‖ decursus erat (*sic*), *in marg. m. II* † detrusus eat † ///// abit (*sic eras.*) L decursus eṛat V1 80 cenṣura (*sic*) L 81 histri G L V1 hystri B

Non nisi calcatis loricam ponere rostris.
O rerum fatique vices! Qui foeda parabat
Romanas ad stupra nurus, sua pignora vidit
Coniugibus permixta trahi. Qui mente profundas
Hauserat urbis opes, ultro victoribus ipse
Praeda fuit. Nostri quondam qui militis auro
Aggressus temptare fidem, desertus ab omni
Gente sua manibusque redit truncatus et armis.
  Hoc quoque quod veniam leti valuere mereri,
Depositis pendas odiis: ignoscere pulchrum
Iam misero, poenaeque genus vidisse precantem.
Quae vindicta prior, quam cum formido superbos
Flectit et assuetum spoliis affligit egestas?
Sed magis ex aliis fluxit clementia causis,
Consulitur dum Roma tibi. Tua cura coegit
Inclusis aperire fugam, ne peior in arto
Saeviret rabies venturae conscia mortis.
Nec tanti nomen stirpemque abolere Getarum,
Ut propius peterere, fuit. Procul arceat altus
Iuppiter, ut delubra Numae sedesque Quirini
Barbaries oculis saltem temerare profanis
Possit et arcanum tanti deprendere regni.
Quamquam, si veterum certamina rite recordor,
Tunc etiam, pulchra cum libertate vigerent
Et proprio late florerent milite patres,
Semper ab his famae petiere insignia bellis,
Quae divisa procul tuto trans aequora vires
Exercere dabant. Currus regumque catenae

82 deponere V1 ‖ rostris G 85 profundas gB profunda LV1 88 omni] om̄i B 90 leti] litui (*sic*) B 91 Sepositis *Paul l. c. p. 14 coniecit, quod mutavi in* Depositis; Si positis BLV1 *cum eodem post* odiis *graviorem interpunctionem posui* ‖ pulcrum LV1 92 p̄cantem B 97 peius H *coniecisse dicit Clercq; frustra vero confert In Eutrop. I, 190, ubi iam* 'pectus' *legitur* ‖ arcto V1 98 conscia GBLV1 nuncia g 99 getharum L 100 Ut pprius B Ut propiufs V1 101 Iupiter LV1 ‖ sedesque Gg sedem BLV1 102 occulis L 103 possir *corr. est in ed. pr. Flor.* G *in* possit ‖ archanū BLV1 105 pulcra LV1 106 pa^{re}ts (*sic m. II* r *add.* = *patres*) L 107 S Pemper (S *(add. m. II)* L ‖ hiis V1 108 divisa gB diversa LV1 ‖ tutas *mavult* H 109 Exercere G ‖ catenę B cathene LV1 catervae H *ex deterr.*

Inter abundantis fati ludibria ductae.
At vero Italiam quotiens circumstetit atrox
Tempestas ipsumque caput laesura pependit,
Non illis vani ratio ventosa favoris,
Sed graviter spectata salus ductorque placebat,
Non qui praecipiti traheret semel omnia casu,
Sed qui maturo vel laeta vel aspera rerum
Consilio momenta regens, nec tristibus impar,
Nec pro successu nimius spatiumque morandi
Vincendique modum mutatis nosset habenis.
Cautius ingentes morbos et proxima cordi
Ulcera Paeoniae tractat sollertia curae
Parcendoque secat, ferro ne largius acto
Irrevocandus eat sectis vitalibus error.
Sublimi certe Curium canit ore vetustas,
Aeaciden Italo pepulit qui litore Pyrrhum,
Nec magis insignis Pauli Mariique triumphus,
Qui captos niveis reges egere quadrigis.
Plus fuga laudatur Pyrrhi quam vincla Iugurthae.
Et quamvis gemina fessum iam clade fugarit,
Post Decii lituos et nulli pervia culpae
Pectora Fabricii, donis invicta vel armis,
Plena datur Curio pulsi victoria Pyrrhi.

110 habundantis LV1 111 circumstitit GL 112 capud V1 || pependit] petivit H *coniecisse testatur Clercq* 113 favoris] furoris g 114 ductorque G 115 semel BV1 simul L || omnia] oña B 117 Conçilio L || nec BV1 non L 118 pro] prae *seu* post H *legisse testatur Clercq* || nimio (*sic corr. m. II*) L 119 Vicendique L || modum G || abenis G 121 solertia LV1 122 ferro largius (ne *deest*, *in marg. m. II add.* † longius) L largius V1 123 Inrevocandus B 124 cuñ (*sic corr. m. II*) L 125 Eacidē L || italo] gallo L || littore L || pirrum LV1 126 magis] māgñ (*sic corr. m. II*) L || insignis, *sed prius* n *ex* m *corr.* B insigni[s], (s *add. m. II*) L marii paulique, *quod erat in ed. pr. Flor.* G *ita corr.* marii paulique 128 pirri LV1 || iugurtę B iugurthe LV1 129 clade B || fugarit L 132 curio *quod erat in ed. pr. Flor.* G *corr. ita* curio || puri (*sic*) L pirri V1 || perculsi gloria Pyrrhi *coniecit Paul l. c. p. 20*

Quanto maius opus solo Stilichone peractum
Cernimus! Hic validam gentem, quam dura nivosis
Educat ursa plagis, non Chaonas atque Molossos,
Quos Epirus alit, nec Dodonaea subegit
Agmina fatidicam frustra iactantia quercum.
Primus fulmineum lento luctamine Poenum
Compressit Fabius; campo post ausus aperto
Marcellus vinci docuit; sed tertia virtus
Scipiadae Latiis tandem deterruit oris.
Unus in hoc Stilicho diversis artibus hoste
Tres potuit complere duces: fregitque furentem
Cunctando vicitque manu victumque relegat.
Atque haec tanta brevi miscentem incendia Pyrrhum
Sustinuit toto maerens Oenotria lustro,
Et prope ter senas Itali per graminis herbas
Massylus Poeno sonipes vastante cucurrit,
Hannibalemque senem vix ad sua reppulit arva
Vindex sera patrum post bellum nata iuventus.
Hic celer effecit, bruma ne longior una
Esset hiems rerum, primis sed mensibus aestas
Temperiem caelo pariter belloque referret.
Sed quid ego Hannibalem contra Pyrrhumque tot annis
Certatum memorem vilis cum Spartacus omne
Per latus Italiae ferro bacchatus et igni
Consulibusque palam totiens congressus inertes
Exuerit castris dominos et strage pudenda

133 stilicone L V1 135 plagis] iugis V1 ‖ ç(a)onas V1 ‖ molosos L V1 136 Quo — sępẏrus (*sic*) V1 Quos epẏrus B Quos epyrus L 138 cunctamine *pro* luctamine *malit* H 141 horis L V1 142 stilico L V1 143 Tris G ‖ complere B V1 superare L ‖ frangitque *coniecit Scaliger* 144 vincitque L 145 incendia B V1 proelia L ‖ pẏrrum B pirrum L V1 147 ithali L 148 Massẏlus B Massilus L V1 149 repulit B 150 patrum per bellum *coniecit Paul secundum bellum Punicum respiciens l. c. p. 20* 152 primis G ‖ mensibus G B m̃sibus (*in marg.* t messib;) V1 *cf. Goetzius mus. Rhen. l. c.* messibus L 154 contra Gg B V1 c(a)c (= *circa*) L ‖ pẏrrhumque B pirrumque L V1 155 uilis cū B V1 uilis c̄ L ‖ parthacus *in ed. pr. Flor. corr. in* [s]parthacus G spartacus B parthicus L ·partacus V1 omne] om̃e V1 156 italię B ythalię L italie V1 ‖ bachatus B L bacatus V1 157 Consulibus[q;] (q; *add. m. II*) V1 ‖ totiens G 158 Exuerit G ‖ dominos castris V1

Fuderit imbelles aquilas servilibus armis.
Nos terrorum expers et luxu mollior aetas
Deficimus queruli, si bos abductus aratro,
Si libata seges. Non hanc ergastula nobis
Immisere manum, nec coniurantis harenae
Turba fuit. Qualem Stilicho deiecerit hostem,
Thraces Haemonii poterunt Moesique fateri.
Frigida ter decies nudatum frondibus Haemum
Tendit hiems vestire gelu; totidemque solutis
Ver nivibus viridem monti reparavit amictum,
Ex quo iam patrios gens haec oblita Triones
Atque Histrum transvecta semel vestigia fixit
Threicio funesta solo, seu fata vocabant,
Seu gravis ira deum seriem meditata ruinis.
Ex illo, quocumque vagos impegit Erinys,
Grandinis aut morbi ritu per devia rerum
Praecipites per clausa ruunt. Nec contigit ullis
Amnibus aut scopulis proprias defendere terras.
Nil Rhodope, nil vastus Athos, nil profuit Hebrus
Odrysiis. Facili contemptum Strymona saltu
Et frustra rapidum damnant Haliacmona Bessi.
Nubibus intactum Macedo miratur Olympum

160 Nos G ‖ lusu G 161 Deficimur H *legisse affert Clercq* ‖ abductus Gg 163 neq; V1 164 stilico L V1 165 Traces L V1 ‖ hęmonii B hemonii L V1 ‖ moesique G B mesique L V1 166 frondibus G ‖ hęmum G B hemum L emum V1 167 hiems G B V1 hiemps L ‖ totidemque G totiēsque B L V1 168 viridem nivibus V1 170 hystrum L ‖ transvecta G 171 Treicio L V1 ‖ solo] polo L 172 medi[t]ata L 173 quocunque B ‖ erynis G B herinis L V1 174 dura viarum *pro* devia rerum *coniecit Paul l. c. p. 17* 175 clausa B V1 claustra L 176 Āpnibus L 177 rhodope G *ita in ed. pr. Flor. corr.* rhodope ‖ rodope (*sic = rhodope*) B rodope L V1 ‖ hebrus G B L ebrus V1 Aemus *editt. plurimae* 178 odrysiis g othrisiis G otrisiis V1 odrisii[s] L ‖ contemptum G B L conte[p]ntum V1 ‖ strimona B L V1 179 dampnant L V1 haliacmona bessi B hachalmona bessi G alimonia sibessi L ali[a]cmona bessi V1 halcamona legi (?) é (? = *ego*) in vetusto *in Lugdunensi exemplari Aldinae add. qui ex g excerpsit in marg.; in contextu corr.* aliacmona (g ?) 180 hinc tectum *legere vult* H hinc tactum *idem temptavit* en tectum *praeterea proposuit* H2 insertum, obtectum, inductum *hariolatus est Burmannus* ‖ olimpum L V1

More pererratum campi. Gemit irrita Tempe
Thessalus et domitis irrisam cautibus Oeten.
Sperchiusque et virginibus dilectus Enipeus
Barbaricas lavere comas. Non obice Pindi
Servati Dryopes nec nubifer Actia texit
Litora Leucates. Ipsae, quae durius olim
Restiterant Medis, primo conamine ruptae
Thermopylae. Vallata mari Scironia rupes
Et duo continuo conectens aequora muro
Isthmos et angusti patuerunt claustra Lechaei.
Nec tibi Parrhasios licuit munire colonos
Frondosis Erymanthe iugis equitataque summi
Culmina Taygeti trepidae vidistis Amyclae.
Tandem supplicium cunctis pro montibus Alpes
Exegere Getis: tandem tot flumina victor
Vindicat Eridanus. Docuit nunc exitus alte
Fatorum secreta tegi. Quisquamne reclusis
Alpibus ulterius Latii fore credidit umbram?
Nonne velut capta rumor miserabilis urbe
Trans freta, trans Gallos Pyrenaeumque cucurrit;
Famaque nigrantes succincta pavoribus alas
Secum cuncta trahens a Gadibus usque Britannum

181 pererratum] perrant̄ (*sic*) L ‖ inita L 182 Tessalus V1 ‖ i^r^risam L ‖ cautibus B cotibus LV1 ‖ oeten GB oethem L oetem V1 183 *De metro huius versus cf. praef. vol. I, p. LXII* ‖ enipheus GLV1 enipęus B 184 labere B 185 driopes LV1 ‖ actia] atbia L 186 Littora L ‖ leuchates L ‖ ipsae quae] ipsaeq; B 187 Restiterunt H *maluisse testatur Burmannus* ‖ conamine gV1 certamine BL ‖ ruptę B rupte LV1 raptae G 188 thermopyle g termophile L termopile V1 ‖ mari G ‖ scironia B cyronia L cironia V1 ‖ rupes GgLV1 rupis B ripa *frustra temptavit Burmannus* 190 Hysmos L Hismos V1 ‖ angusti g ‖ Lechaei *coniecit Scaliger* lichaei B licei LV1 191 parrasios BLV1 192 herymante B erimanthe L erimante V1 ‖ equitataque LV1 aequataque B 193 taigeti LV1 ‖ amiclae B amiclę L amicle V1
195 Exegere GLV1 Exercere B ‖ getis V1 gethis L getas B ‖ tot tandem *ita* G *in ed. pr. Flor. corr.* tandem tot B tot tandem LV1
196 heridanus B 197 tegi BV1 tangi L ‖ quisquam ne B 198 Alpı' *corr. m. II in* Alpıı' (*sic*) L ‖ unbram L 199 velud L
200 pyrenęumque B pyreneumque L pirreneumque V1 201 succincta g ‖ pavoribus LV1 vaporibus B 202 agadibus L

Terruit Oceanum et nostro procul axe remotam
Insolito belli tremefecit murmure Thulen?
Mandemusne Noti flabris, quodcumque timoris
Pertulimus, festae doleant ne tristibus aures?
An potius meminisse iuvat semperque vicissim
Gaudia praemissi cumulant inopina dolores?
Utque sub occidua iactatis Pleiade nautis
Commendat placidum maris inclementia portum,
Sic mihi tunc maior Stilicho, cum laeta periclis
Metior atque illi redeunt in corda tumultus.
Nonne videbantur quamvis adamante rigentes
Turribus invalidis fragiles procumbere muri
Ferrataeque Getis ultro se pandere portae,
Nec vallum densaeque sudes arcere volantum
Cornipedum saltus? Iam iam conscendere puppes
Sardoniosque habitare sinus et inhospita Cyrni
Saxa parant vitamque freto spumante tueri.
Ipsa etiam diffisa brevi Trinacria ponto,
Si rerum natura sinat, discedere longe
Optet et Ionium refugo laxare Peloro.
Fultaque despiciens auro laquearia dives
Tutior Aeoliis mallet vixisse cavernis,

203 occeanum BLV1 204 murmu=re B ‖ thylen G (*sic in ed. pr. Flor. corr.* th(y)ulen) tylen BV1 thylem L 205 Mandemus ne G ‖ no(h)ti L nothi V1 ‖ fa(l)bris L ‖ quodcumque timoris B quoscūque timores LV1 208 p̄missi (= *praemissi*) B 209 Utque sub occidua iactans (!) pleiade nautis G, *nam hunc versum in ed. pr. desideratum qui* G *excerpsit totum descripsit* ‖ suboccidua B ‖ iactatis BLV1 iactans G ‖ na(v)xtis (v *m. I add.*) B 211 stilico LV1 212 incorda B in corde L 213 adamanthe L 215 gethis L ‖ *post* portae *signum interrogationis delevi cum Hertelio in progr. Torgaviensi 1848, p. VIII et posui cum eodem v. 217 post* saltus 216 se(ud)ges L ‖ volantū B volantes V1 volentes L 217 con(s)cendere V1 ‖ puppes G 218 Sardoniosque gB Sardonios (que *deest*) L Sardinosque V1 Sardoosque *vet. lib. Claverii (ms ?), etiam Scaliger* ‖ cyrni *coniecit Scaliger* cypri g cyp(i) V1 cypſ(i) L cyaeni B 220 diffisa GBV1 diffusa L 222 Optet H Optat BLV1 223 Fultaque BLV1 *hoc defendit* H2 Fulvaque H1 Cultaque *coniecit* H3 224 mallet G

Iamque oneri creduntur opes tandemque libido
Haesit avaritiae gravioribus obruta curis.
  Utque est ingenioque loquax et plurima fingi
Permittens credique timor, tunc somnia vulgo
Narrari, tunc monstra deum monitusque sinistri:
Quid meditentur aves, quid cum mortalibus aether
Fulmineo velit igne loqui, quid carmine poscat
Fatidico custos Romani carbasus aevi.
Territat assiduus Lunae labor atraque Phoebe
Noctibus aerisonas crebris ululata per urbes.
Nec credunt vetito fraudatam Sole sororem
Telluris subeunte globo, sed castra secutas
Barbara Thessalidas patriis lunare venenis
Incestare iubar. Tunc anni signa prioris
Et si quod fortasse quies neglexerat omen,
Addit cura novis: lapidosos grandinis ictus
Molitasque examen apes passimque crematas
Perbacchata domos nullis incendia causis
Et nunquam caelo spectatum impune cometen,
Qui primum roseo Phoebi prolatus ab ortu,
Qua micat astrigera senior cum coniuge Cepheus,
Inde Lycaoniam paulatim expulsus ad Arcton
Crine vago Getici foedavit sidera plaustri,
Donec in exiguum moriens vanesceret ignem.

225 oneri GB [h]oneri L honeri V1 ‖ tandemq; *corr. m. II ita* [7io]tāndemq; V1 ‖ libido *deerat, sed in linea add. m. II* V1 228 tunc BL tum V1 ‖ sompnia LV1 ‖ tunc omina *coniecit* H2H3 229 tunc BL tum V1 230 meditantur V1 ‖ aether, *quod in ed. pr. in exemplari Flor.* G *sic corr.* [a]aether ‖ aether B ether LV1 231 [it]velud L 234 erisonas G aerisonas B ~~assiduas~~ (*sic*) L [erisonas] erisonas V1 ‖ herbas, *in marg.* urbes V1 236 sequutas L 237 tessa[e]lidas V1 239 neglexerat BLV1 neglexerit *deterr. pauci* 241 Mollitasque B Mollitasque V1 242 Perbaccata V1 Perbachata BL 243 [† spectatum] spectent L spectandum H *coniecisse dicit Clercq* ‖ cometem BV1 cometē L 245 ceph[u]es L 246 lycaoniam G lycaoniam B (lycaonia *legit in* B *Holderus*) licaonio *corr. m. II in* licaonia LV1 ‖ ad arcton G ad artho V1 ab arcto L 247 gethici L ‖ sydera B sydera L 248 inexiguum B in as exiguum L ‖ in *deerat, sed m. II superscr.* V1

Sed gravius mentes caesorum ostenta luporum
Horrificant. Duo quippe lupi sub principis ora,
Dum campis exercet equos, violenter adorti
Agmen et excepti telis immane relatu
Prodigium miramque notam duxere futuri.
Nam simul humano geminas de corpore palmas
Utraque perfossis emisit belua costis:
Illo laeva tremens, hoc dextera ventre latebat,
Intentis ambae digitis et sanguine vivo.
Scrutari si vera velis, fera nuntia Martis
Ore sub Augusti casurum prodidit hostem.
Utque manus utero virides patuere retecto,
Romula post ruptas virtus sic emicat Alpes.
Sed malus interpres rerum metus omne trahebat
Augurium peiore via: truncataque membra
Nutricemque lupam Romae regnoque minari.
Tunc reputant annos interceptoque volatu
Vulturis incidunt properatis saecula metis.
  Solus erat Stilicho, qui desperantibus augur
Sponderet meliora manu, dubiaeque salutis
Dux idem vatesque fuit. Durate parumper,
Inquit, et excussis muliebribus ore querelis
Fatorum toleremus onus. Nil nautica prosunt
Turbatae lamenta rati, nec segnibus undae
Planctibus aut vanis mitescunt flamina votis.
Nunc instare manu, toto nunc robore niti
Communi pro luce decet: succurrere velis,
Exhaurire fretum, varios aptare rudentes,
Omnibus et docti iussis parere magistri.

249 obstenta L 253 verique notam *coniecit* H 254 humanas gemino *coniecit Scaliger* ‖ decorpore B 256 leva GBLV1 ‖ latebat GLV1 latebant B 258 sivera B 259 Ore B Ora LV1 260 virides (vivide) V1 ‖ resecto *coniecit* H 261 Romula (u *in ras. pro* a *m. I*) B ‖ ruptas (u *in ras. pro* a) B 262 metus///// B 263 menbra B 265 Tunc reputant (annos) ~~oms~~ G (*sic ascriptum in ed. pr. Flor.* G) ampnos V1 ‖ (·/· accepto) intercepto L 267 stilico V1 268 meliora G 270 mulierib; (b) V1 ‖ querellis G 271 honus LV1 ‖ Nil nautica prosunt Turbatę lamenta rati nec segnibus undę Planctibus M 272 nę (c *add. m. I*) V1 273 flamina G 274 to,[to] L ‖ robore BV1 pectore L

Non, si perfidia nacti penetrabile tempus
Irrupere Getae, nostras dum Rhaetia vires
Occupat atque alio desudant Marte cohortes,
Idcirco spes omnis abit. Mirabile posset
Esse mihi, si fraude nova vel calle reperto
Barbarus ignotas invaderet inscius Alpes.
Nunc vero geminis clades repetita tyrannis
Famosum vulgavit iter. Nec nota fefellit
Semita praestructum bellis civilibus hostem:
Per solitas venere vias aditusque sequendos
Barbarico Romana dedit discordia bello.
Sed nec praeteritis haec res incognita saeclis:
Saepe lacessitam, sed non impune fatemur
Ausoniam. Haec Senonum restinxit sanguine flammas,
Haec et Teutonico quondam patefacta furori
Colla catenati vidit squalentia Cimbri.
Vile decus, quod non erexit praevius horror.
Ingentes generant discrimina magna triumphos.
Quid turpes iam mente fugas, quid Gallica rura
Respicitis Latioque libet post terga relicto
Longinquum profugis Ararim praecingere castris?
Scilicet Arctois concessa gentibus urbe
Considet regnum Rhodano capitique superstes
Truncus erit. Vestros stimulant si pignora sensus,
Me quoque non impar naturae cura remordet.
Nec ferro sic corda rigent, ut nosse recusem,
Quam sanctum soceri nomen, quam dulce mariti,
Quantus prolis amor. Sed nunquam oblita decoris

278 si BV1 nisi L ‖ nancti B 279 gethe L ‖ *ad* graecia *quod habet ed. pr. in exemplari Flor. addidit* G ut rethia *notatum* rethia V1
h   i
retia L grecia B 281 Idcirco G Iecirco BLV1 (V1 *sic*: Iecco)
                                                                  Inscius
282 fraude (*in ras.* ?) G 283 evaderet *malit Burmannus* ‖ altius L
////
284 repetita G ‖ tirannis V1 285 nota (n *pro* m) L 286 pstructum (= *perstructum*) L 287 aditusque G 291 restinxit *in ed. pr. Flor.*
                    c   i
corr. G *sic:* restinxit ‖ sangue (*sic*) V1 292 furore L 293 cathenati L ‖ cinbri L 294 horror G 295 generant GgB geminant LV1 298 ararī L 299 artois V1 arcthois L 300 Consideret B ‖ rodano V1 ‖ capitique g 301 stimulant si G ‖ cura (a *in ras. pro* ę) B 303 ut GBV1 aut L ‖ recusem GV1 recusem (em *in ras. m. II* [?]) B recusant L

Obscenam latebram pietas ignava requiret.
Nec vobis fortis monitor, mihi cautior uni.
Hic coniunx, hic progenies, hic carior omni
Luce gener: pars nulla mei subducta procellae.
Accipe tu nostrae tellus Oenotria mentis
Vincula, communes tecum subeuntia casus,
Exiguamque moram muris impende tuendis,
Dum redeo lectum referens in classica robur.
His dictis pavidi firmavit inertia vulgi
Pectora migrantisque fugam compescuit aulae.
Ausaque tum primum tenebris emergere pulsis
Hesperia, ut secum iunxisse pericula vidit
Augustum, tantoque sui stetit obside fati.
Protinus, umbrosa vestit qua litus oliva
Larius et dulci mentitur Nerea fluctu,
Parva puppe lacum praetervolat. Ocius inde
Scandit inaccessos brumali sidere montes,
Nil hiemis caelive memor. Sic ille relinquens
Ieiunos antro catulos immanior exit
Hiberna sub nocte leo tacitusque per altas
Incedit furiale nives: stant colla pruinis
Aspera, flaventes astringit stiria saetas;
Nec meminit leti nimbosve aut frigora curat,
Dum natis alimenta paret. Sublimis in Arcton
Prominet Hercyniae confinis Rhaetia silvae,
Quae se Danubii iactat Rhenique parentem,

306 requirat (at *corr. in* æt) V1 307 uni BV1 ōi (= *omni*) L 308 omni] ōi L 309 mei] m (= *mihi*) L ‖ sub ducta B 310 Aspice, *in marg.* Accipe V1 311 Vincula Gg 313 inclassica B 314 doctis V1 ‖ vulgi//// B 315 ~~fidem~~ fugam L ‖ cōpescuit B 316 tum GB tūc LV1 ‖ primum Gg 318 Augustam (a *corr. ex* u *m. II*) B 319 unbrosa L ‖ litus G 320 Larius GgBV1 Largius L ‖ metitur B 321 puppe G ‖ indȩ L 322 sydere BL 323 celine V1 ‖ memor (e *ex* o *correctum seu vice versa*) B 327 flventes L (a *add. m. II*) ‖ adstringit B ‖ sȩtas B setas LV1 328 loeti B ‖ nimbosve gBLV1 nimbosave H *coniecisse testatur Clercq* ‖ curat *deerat, sed in linea add. m. II* V1 329 parat L ‖ arcton BL arcthō V1 330 hercyniae G (*sic in ed. pr. Flor. notatum:* hercynae) hyrciniȩ B hercinie LV1 ‖ retia B rethia LV1 331 renique V1

Utraque Romuleo praetendens flumina regno.
Primo fonte breves, alto mox gurgite regnant
Et fluvios cogunt unda coeunte minores
In nomen transire suum. Te Cimbrica Tethys
Divisum bifido consumit Rhene meatu,
Thracia quinque vadis Histrum vorat Amphitrite.
Ambo habiles remis, ambo glacialia secti
Terga rotis, ambo Boreae Martique sodales.
Sed latus, Hesperiae quo Rhaetia iungitur orae,
Praeruptis ferit astra iugis panditque terendam
Vix aestate viam. Multi ceu Gorgone visa
Obriguere gelu. Multos hausere profundae
Vasta mole nives cumque ipsis saepe iuvencis
Naufraga candenti merguntur plaustra barathro.
Interdum subitam glacie labente ruinam
Mons dedit, et tepidus fundamina subruit Auster
Pendenti male fida solo. Per talia tendit
Frigoribus mediis Stilicho loca. Nulla Lyaei
Pocula, rara Ceres: raptos contentus in armis
Delibasse cibos madidoque oneratus amictu
Algentem pulsabat equum. Nec mollia fesso
Strata dedere torum. Tenebris si caeca repressit

332 fluminea V1 333 bʀeves (*sic*) B ‖ alto] lato *vel* aucto H *coniecisse confirmat Clercq* 334 re(co)deunte L 335 te] the L ‖ cimbria B thinbrica L cimba (i) V1 ‖ tethis B thetis L V1 336 commisit (consumit) V1 ‖ rhene GL rene V1 yhe=ne (*sic* n *ex* m) B 337 Tracia V1 ‖ hystrum B ‖ amphytrite B 338 glatialia GLV1 glacialia gB 339 matique (r) V1 martisque *probavit Bentleius Hor. carm. I, 25, 19* ‖ sodalis *corr. in* sodales V1 340 qd (o,) (*sic corr. m. I*) V1 ‖ retia B rethia LV1 ‖ orę B hore LV1 341 terendam *Delrius coniecit* tremendam BLV1 premendam H *coniecit* 342 ceu G 345 candenti] canenti H *coniecisse testatur Clercq* ‖ baratro LV1 346 Inter dū B ‖ subitam glatie LV1 subitā glaciē B glacie subitam H *cum deter.* ‖ ruinam LV1 ruina B 347 ut tepidus — auster *scripsi* et tepidis — astris B et trepidis — astris V1 et trepidis († tepidis) — astris L et tepidis — austris *ex Scaligeri coniectura et ex uno deter. recepit* H ‖ tepidis G ‖ subruit BV1 subruit († subluit) L 348 male fida L malefida BV1 *fortasse* male fixa 349 stilico LV1 ‖ lyei LV1 350 rata (r) L ‖ raros († raptos) L ‖ contēptus (*sic*) L contemtus V1 351 cybos B ‖ honeratus L 353 thorum LV1 ‖ repress=it (*in ras. erat* a) V1

Nox iter, aut spelaea subit metuenda ferarum,
Aut pastorali iacuit sub culmine fultus
Cervicem clipeo. Stat pallidus hospite magno
Pastor et ignoto praeclarum nomine vultum
Rustica sordenti genetrix ostendit alumno.
Illa sub horrendis praedura cubilia silvis,
Illis sub nivibus somni curaeque laborque
Pervigil, hanc requiem terris, haec otia rebus
Insperata dabant. Illae tibi Roma salutem
Alpinae peperere casae. Iam foedera gentes
Exuerant Latiique audita clade feroces
Vindelicos saltus et Norica rura tenebant.
Ac veluti famuli, mendax quos mortis erilis
Nuntius in luxum falso rumore resolvit,
Dum marcent epulis atque inter vina chorosque
Persultat vacuis effrena licentia tectis,
Si reducem dominum fors improvisa revexit,
Haerent attoniti libertatemque perosus
Conscia servilis praecordia concutit horror:
Sic ducis aspectu cuncti stupuere rebelles
Inque uno princeps Latiumque et tota refulsit
Roma viro. Frons laeta parum, non tristior aequo,
Nec deiecta malis, mixta sed nobilis ira:
Qualis in Herculeo, quotiens infanda iubebat
Eurystheus, fuit ore dolor; vel qualis in atram
Sollicitus nubem maesto Iove cogitur aether.
Tantane vos, inquit, Getici fiducia belli

357 //praedarum, *in marg. m. II* //praeclarum L 358 genitrix BLV1 ‖ alunno B alumpno LV1 360 Illis BLV1 Illi H *cum deterr.* ‖ sompni LV1 364 latiiq; (iiq; *in ras. ex* iū) B 365 Windelicos V1 *Fortasse* Vindelici *ut construendum sit* Feroces Vindelici tenebant saltus et rura Norica *cf. v. 414* ‖ rura BV1 castra (†rura) L claustra *coniecit* H 366 erilis G herilis BLV1 369 Persultat vacuis effrena licentia tectis M ‖ pmixta (sul, t; *sic corr. m. II*) L 370 revexit g *praeterea eadem manus notavit* revixit 373 cunei *pro* cuncti *temptavit Burmannus* 375 non] n (c) V1 376 Nec GB Non LV1 ‖ sed mixta L 377 iubebat (*prius* b *e corr. m. II*) L videbat V1 378 Euristeus BL Eristeus V1 379 maesto G męsto B mesto LV1 ‖ cogitur GB cingitur (†co) L cingit̄ (co) V1 ‖ ęther B ether V1 aer L 380 Tanta ne B ‖ inquid V1 ‖ gethici L

Erigit? Hinc animo frustra tumuistis inani?
Non ita Romanum fati violentia nomen
Opprimit, ut vestros nequeat punire tumultus
Parte sui. Ne vos longe sermone petito
Demorer, exemplum veteris cognoscite facti.
Cum ferus Ausonias perfringeret Hannibal arces
Et Trebiam saevo geminassent funere Cannae,
Nequiquam Emathium pepulit spes vana Philippum,
Ut velut afflictos ferro temptaret inerti.
Romanos commovit atrox iniuria patres,
Urgerent maiora licet: graviterque tulere
Urbibus inter se claris de culmine rerum
Congressis aliquid gentes audere minores.
Nec poenam differre placet, sed bella gerentes
Punica Laevino regis quoque proelia mandant.
Paruit imperiis praetor, fususque Philippus,
Vilia dum gravibus populis interserit arma,
Praetereunte manu didicit non esse potentum
Temptandas mediis quamvis in luctibus iras.
Hoc monitu pariter nascentia bella repressit
Et bello quaesivit opes legitque precantes
Auxilio, mensus numerum, qui congruus esset,
Nec gravis Italiae formidandusve regenti.
Nec minus accepto nostrae rumore cohortes
— Sic duci surget amor — properantibus undique signis
Conveniunt visoque animi Stilichone recepti
Singultus varios lacrimosaque gaudia miscent.
Sic armenta boum, vastis quae turbida silvis

383 nequeat G ‖ tumultus G 384 ne BV1 nec L ‖ longo B 385 facti G 386 ferus *deest sine lacuna* B ‖ perfringeret G 388 Nequiquam B Neq[ia]q L Neq[i]cquā V1 ‖ philipum L 389 temptaret B tēptaret LV1 tentasset G 394 placet (p *add. m. II*) L ‖ si *corr. m. II in* se[d] (= *sed*) L ‖ gerentes (*sc. patres*) *scripsi* gerenti BLV1
395 regis (s *add. m. II*) L 396 praetor *restitui* consul BLV1 ‖ phillippus L 398 potentum (u *corr. ex* e) B 399 inluctibus B
401 precantes] petentes *coniecisse* H *testatur Clercq* 403 ithalię L ‖ formidandusq; [ue] V1 404 choortes L 406 animis — receptis *mavult* H ‖ stilicone LV1 407 lacrimosaque G 408 vastis quę B vastis que V1 vastis q̄ (= *quae*) L

Sparsit hiems, cantus ac sibila nota magistri
Certatim repetunt et avitae pascua vallis,
Inque vicem se voce regunt gaudentque fideles
Reddere mugitus, et qua sonus attigit aurem,
Rara per obscuras apparent cornua frondes.
  Accurrit vicina manus, quam Rhaetia nuper
Vindelicis auctam spoliis defensa probavit.
Venit et extremis legio praetenta Britannis,
Quae Scoto dat frena truci ferroque notatas
Perlegit exanimes Picto moriente figuras.
Agmina quin etiam flavis obiecta Sigambris
Quaeque domant Chattos immansuetosque Cheruscos,
Huc omnis vertere minas tutumque remotis
Excubiis Rhenum solo terrore relinquunt.
Ullane posteritas credet? Germania quondam
Illa ferox populis, quae vix instantibus olim
Principibus tota poterat cum mole teneri,
Tam sese placidam praebet Stilichonis habenis,
Ut nec praesidiis nudato limite temptet
Expositum calcare solum, nec transeat amnem,
Incustoditam metuens attingere ripam.
Celsior o cunctis unique aequande Camillo!
Vestris namque armis Alarici fracta quievit
Ac Brenni rabies. Confusis rebus uterque
Divinam tribuistis opem: sed tardior ille

409 Sparsit BV1 Spargit L ‖ hiemps L ‖ ac sibyla G 410 Certatim G ‖ et avitae g et avite G et avitę B uт note LV1 411 voce regunt BLV1 (B *sic:* voceregunt) voce rogant *coniecit Scaliger* 412 quas L (= *quo*) 413 Rara] Vara *coniecit* H2H3 ‖ apparent G 414 Adcurrit G ‖ retia B rethia LV1 415 Vindelicis BL Wandalicis G Vandalicis V1 416 britannis G 417 scotto GB ‖ dad *corr. m. I in* dat L 418 Per legit B ‖ exanimes BV1 exangues L 419 flavis quin etiā V1 ‖ sigambris G sygambris B sicanbris L sicambris V1 420 chatthos G catthos g chattos B scithos L scitos V1 ‖ ceruschos G ceruchos B cherucos V1 421 omnis G omnes BLV1 ‖ minas V1 422 rhenum tr̨ę solo (*sic*) L renum V1 ‖ relinqunt V1 423 Ulla ne B 424 ferax populis *vel* populi *temptavit Burmannus* 425 poterat Gg 426 prębet B praestat LV1 ‖ stiliconis LV1 428 āpnem L anpē V1 431 Vestis L ‖ nanque B 432 brenni *corr. m. II in* brennii L 433 tribustis *corr. m. II in* tribuıstis (*sic* = *tribuistis*) B

Iam captae vindex patriae, tu sospitis ultor.
O quantum mutata tuo fortuna regressu!
Ut sese pariter diffudit in omnia regni
Membra vigor vivusque redit color urbibus aegris!
  Creditur Herculeis lucem renovasse lacertis
Femina dilecti fatis impensa mariti,
Et iuvenem spretae laniatum fraude novercae
Non sine Circaeis Latonia reddidit herbis;
Cretaque, si verax narratur fabula, vidit
Minoum rupto puerum prodire sepulcro,
Quem senior vates avium clangore repertum
Gramine restituit; mirae nam munere sortis
Dulcia mella necem, vitam dedit horridus anguis:
At tuus adventus non unum corpus ab umbris,
Sed tot communi populos sub morte iacentes
Totaque Tartareis e faucibus oppida traxit.
  Ipso Roma die, nec adhuc ostenditur auctor,
Personuit venisse ducem laetisque Quirites
Vocibus auspicium certi plausere triumphi
Muniti Stilichone suo. Quis gaudia vero
Principis, amplexus alacres quis disserat aulae?
Pulveris ambiguam nubem speculamur ab altis
Turribus incerti, socios apportet an hostes
Ille globus: mentem suspensa silentia librant,
Donec pulvereo sub turbine sideris instar
Emicuit Stilichonis apex et cognita fulsit
Canities. Gavisa repens per moenia clamor

uiuus
437 Menbra B ‖ nimisque L ‖ color G 438 renovasse] reparasse *seu* repetisse *coniecit Hertelius progr. Torgav. 1848, p. VIII* 439 Fęmina B 440 Et G 442 verax (x *corr. m. II ex* s?) L
//
443 sepulchro BL 444 aurum (a *et* r *corr. m. II*), *in marg. m. II*
//   g
add. avium L ‖ clamore (*sic*) L clamore V1 446 vitam (t *ex* ct *corr.*) B
//
447 abumbris B 448 comuni V1 449 Totaque] Tantaque *maluisse* H *testatur Clercq* 452 place, *in marg. m. II* plausere V1 453 stili-
i
cone V1 ‖ vero V1 454 alacres B alacris LV1 ‖ dixat, *in marg. m. II* dixerat V1 ‖ aule V1 456 adportet B apportet V1 apportat L 457 mentem suspensa silentia librant M 458 Denec L ‖ pulvereo B pulverulo LV1 ‖ turbine] vortice *malit* H *deteriore nixus libro* ‖ syderis BL 459 stiliconis V1 460 Canities G Canicies BLV1

Tollitur: Ipse venit! Portas secura per omnes
Turba salutatis effunditur obvia signis.
Non iam dilectus miseri, nec falce per agros
Deposita iaculum vibrans ignobile messor;
Nec temptat clipeum proiectis sumere rastris
Bellona ridente Ceres humilisve novorum
Seditio clamosa ducum: sed vera iuventus,
Verus ductor adest et vivida Martis imago.
Prospera sed quantum nostrae spes addita menti,
Tantum exempta Getis. Qui vertice proximus astris
Post Alpes iam cuncta sibi promisit aperta,
Nil superesse ratus, postquam tot culmina pubis,
Tot subitos pedites, equitum tot conspicit alas
Cinctaque fluminibus crebris ac moenibus arva
Seque velut clausum laqueis, sub pectore furtim
Aestuat et nimium prono fervore petitae
Iam piget Italiae sperataque Roma teneri
Visa procul. Magni subeunt iam taedia coepti.
Occultat tamen ore metum primosque suorum
Consultare iubet bellis annisque verendos.
Crinigeri sedere patres, pellita Getarum
Curia: quos plagis decorat numerosa cicatrix
Et tremulos regit hasta gradus et nititur altis

461 omnes] oms B 462 salutandis *coniecit* H *cf. Paul l. c. p. 10* ‖ o^{b}via V1 463 dilectus GB $^{\dagger\,de}$dilectus L delectus V1 465 Nec G ‖ temtat G ‖ rutris *pro* rastris *coniecit Schraderus* 469 menti *deest in* B 470 getis GB ge^{the}tis L gete V1 ‖ astris *deest in* B 471 aperta H *coniecisse testatur Clercq* apertas BLV1 472 sup esse B superæsse (*sic m. I corr.*) V1 ‖ *ante* postquam *virgulam posui* ‖ tot culmina pubis *scripsi* lumina pubis B flumina pulsis LV1 tot flumina rursus *versuum ordinem codicum* LV1 *secutus coniecit Burmannus et Schraderus* 473 *post v.* 474 *ponunt* LV1 ‖ Nil superesse ratus: postquam tota moenia cernit. Tot subito pedites *cet. temptavit Barthius uno versu deleto* ‖ subitos GB subito LV1 ‖ pedit^{es} (it *in ras. m. II*) B pedites V1 segetes L 474 Cinctaq; (i *pro* u) V1 ‖ ac męnibus arva B tot menia cernit LV1 475 Se veluti L Seque velud V1 476 prono nimium V1 477 italię B ithalie L ẏtalie V1 478 magni] vani *malit* H3 ‖ subeunt iam] subeuntia B 480 a$^{\dagger\,annis}$isq; L 481 patres LV1 seɴes (ɴ *pro* d *add. seu vice versa*) B 483 alto B

Pro baculo contis non exarmata senectus.
Hic aliquis gravior natu, cui plurima dictis
Consiliisque fides, defixus lumina terrae,
Concutiensque comam capuloque acclinis eburno:
  Si numero non fallor, ait, tricesima currit
Bruma fere, rapidum postquam transnavimus Histrum,
Romanamque manum tantis elusimus annis.
Sed nunquam Mavors adeo constrinxit in artum
Res Alarice tuas. Per tot certamina docto
Crede seni, qui te tenero vice patris ab aevo
Gestatum parva solitus donare pharetra
Atque aptare breves umeris puerilibus arcus.
Saepe quidem frustra monui, servator ut icti
Foederis Emathia tutus tellure maneres.
Sed quoniam calidae rapuit te flamma iuventae,
Nunc saltem, si cura tibi manet ulla tuorum,
His claustris evade precor: dumque agmina longe,
Dum licet, Hesperiis praeceps elabere terris,
Ne nova praedari cupiens et parta reponas,
Pastorique lupus scelerum delicta priorum
Intra saepta luas. Quid palmitis uber Etrusci,
Quid mihi nescio quam proprio cum Thybride Romam
Semper in ore geris? Referunt si vera parentes,
Hanc urbem insano nullus qui Marte petivit

484 Probaculo B ‖ cōptis L ‖ examata (r) V1 485 dictis B dicti L terrę (dicti) V1 486 Consiliisque B Consiliique LV1 ‖ *Hic versus deerat in* V1, *sed m. II add. in marg.* 487 acclinis GgV1 adclinis B acclivis L 489 hystrum L 490 Romanam (q;) B ‖ elusimus V1 492 certamina (cert *in ras.*) B ‖ docto B docto († ducto) L docto († u) V1 493 Crede seni († cresceni) L ‖ patris (p *add. m. II*) L 495 umeris G humeris BLV1 496 monui (b) frustra (a) (*sic*) B ‖ hostis († icti † illis) (*sic*) L 498 quoniam] qm̄ B 499 si] n̄ (= *non*) L ‖ torum (u) V1 500 Hiis V1 501 princeps L ‖ illabere LV1 502 Nec L ‖ praeclari *pro* praedari L ‖ rapta reponas *malit* H 503 pravorum (i) (= *priorum*) L 504 quid qıđ B ‖ ubere trusci B 505 Quid] Qıđ B ‖ quā (ā *in ras.*) B ‖ thybride B tibride LV1 506 inore B ‖ sivera B 507 martę (ę *ex* is *corr.*) B

Laetatus violasse redit. Nec numina sedem
Destituunt. Iactata procul dicuntur in hostem
Fulmina divinique volant pro moenibus ignes:
Seu caelum, seu Roma tonat. Si temnis Olympum,
A magno Stilichone cave, qui semper iniquos
Fortuna famulante premit. Scis ipse, perosis
Arcadiae quam densa rogis cumulaverit ossa,
Sanguine quam largo Graios calefecerit amnes.
Exstinctusque fores, ni te sub nomine legum
Proditio regnique favor texisset eoi.
Talia grandaevum flammata fronte loquentem
Obliquisque tuens oculis non pertulit ultra,
Sed rupit rabidas accensa superbia voces:
Si non mentis inops fraudataque sensibus aetas
Praeberet veniam, nunquam haec opprobria linguae
Turpia Danubius me sospite ferret inultus.
Anne, tot Augustos Hebro qui teste fugavi,
Te patiar suadente fugam, cum cesserit omnis
Obsequiis natura meis? Subsidere nostris
Sub pedibus montes, arescere vidimus amnes.
Non ita di Getici faxint manesque parentum,
Ut mea converso relegam vestigia cursu.
Hanc ego vel victor regno vel morte tenebo
Victus humum. Per tot populos urbesque cucurri,
Fregi Alpes galeisque Padum victricibus hausi:

509 dicuntur] dn̄r (*sic*) V1 ‖ inhostem B 511 tempnis BLV1 ‖ olimpum LV1 512 stilicone V1 513 stimulāte (famulāte) V1 ‖ perosis G poras B perosus LV1 peresis *Scaliger* perustis H *aliquando temptasse dicit Burm.* perustae *ipse Burm. conicit* 514 Archadie L ‖ rogis Gg iugis (ui) H2H3 *ex editt. vett. et paucis deterr.* 515 Sangne V1 ‖ graios calefecerit G ‖ annes V1 516 Extinctusque BLV1 ‖ in *corr. m. II in* ni L 519 tuens LV1 tuentē B ‖ per tulit B 520 rupit (p) V1 ‖ rapidas L 522 obprobria BLV1 524 An ne B ‖ angustos L ‖ fugavi (fu *in ras.*) B 525 sudante B suadere *coniecit Scaliger* ‖ fuga B ‖ omnis] om̄is B 527 annes V1 528 faxint GgB faciunt L fatiant V1 ‖ manes (*corr. m. II ex* martes, *sed duplici modo sic:* manes (n)) L 530 regno victor (*sic corr.* G *in ed. pr. Flor.*) 532 padum victricibus] parb; ~~cib~~; (victricibus) *sic corr. m. II in* V1

Quid restat nisi Roma mihi? Gens robore nostra
Tum quoque pollebat, nullis cum fideret armis.
At nunc Illyrici postquam mihi tradita iura
Meque suum fecere ducem, tot tela, tot enses,
Tot galeas multo Thracum sudore parari
Inque meos usus vectigal vertere ferri
Oppida legitimo iussu Romana coegi.
Sic me fata fovent. Ipsi, quos omnibus annis
Vastabam, servire dati. Nocitura gementes
Arma dabant flammisque diu mollitus et arte
In sua damna chalybs fabro lugente rubebat.
Hortantes his adde deos. Non somnia nobis,
Nec volucres, sed clara palam vox edita luco est:
Rumpe omnes Alarice moras. Hoc impiger anno
Alpibus Italiae ruptis penetrabis ad urbem.
Huc iter usque datur. Quis iam post talia segnis
Ambigat, aut caelo dubitet parere vocanti?
  Sic ait hortatusque suos belloque viaeque
Instruit. Attollunt vanos oracula fastus.
O semper tacita sortes ambage malignae
Eventuque patens et nescia vatibus ipsis
Veri sera fides! Ligurum regione suprema
Pervenit ad fluvium miri cognominis Urbem,

534 Tum G ‖ pollebat *deerat, sed add. m. II in marg. sic:* = pollebat L ‖ amnis (armis *suprascr.*) V1 arvis *conicit Burmannus* ‖ nullisq; *quod habet ed. pr. in exemplari Flor.* G *sic corr.* nullisq; 535 illirici B L V 1 illyrici *quod est in ed. pr. in exemplari Flor.* G *sic corr.* illyrici ‖ iura (*suprascr.* † cura) V1 537 tracum L tchum V1 ‖ paravi B 539 legitimo *corr. m. I ex* legetimo V1 ‖ ramana B 540 *Post* fovent H *posuit signum interrogationis* ‖ *pro* annis *coniecit* H arvis 542 dabant GBLV1 dabunt g ‖ mollitus G 543 Insua B ‖ dampna LV1 ‖ calips L calibs V1 ‖ rubebat BLV1 rudebat G iubebat g fluebat *coniecit* H 544 hiis V1 546 omnes G omſ B 547 rupis (*suprascr.* t) V1 548 iam] nam L 549 celo LV1 celum B 550 hortatusque B hortaturque LV1 ‖ viaeque G 551 faustus L 552 tacita (a *prius loco litterae* o *add.*?) B 553 Eventuque carens *scripserim, ut* Eventus '*faustum eventum*' *significet* ‖ nescia H *ex coniectura Gronovii* noxia BLV1 554 Veri (i *in ras. ex* a?) B ‖ sera GBLV1 rara *malim* 555 *Scaliger in suo ed. Plant. exemplari notavit* FLAVIA COLONIA cognomine POLLENTIA Pervenit ad Flavii muros (*sic*) cognominis urbem (*ex* urbis *corr.*), *Burmannus temptavit* Pervenit ad

Atque illic domitus vix tandem interprete casu
Agnovit dubiis illusa vocabula fatis.
Nec non et Stilicho pugnam poscentia movit
Pleno castra gradu dictisque instigat euntes:
Nunc nunc o socii temeratae sumite tandem
Italiae poenas. Obsessi principis armis
Excusate nefas deploratumque Timavo
Vulnus et Alpinum gladiis abolete pudorem.
Hic est, quem totiens campis fudistis Achivis,
Quem discors odiisque anceps civilibus orbis,
Non sua vis tutata diu, dum foedera fallax
Ludit et alternae periuria venditat aulae.
Credite nunc omnes quas dira Britannia gentes,
Quas Hister, quas Rhenus alit, pendere paratas
In speculis: uno tot proelia vincite bello.
Romanum reparate decus molemque labantis
Imperii fulcite umeris. Hic omnia campus
Vindicat, haec mundo pacem victoria sancit.
Non in Threiciis Haemi decernimus oris,
Nec super Alpheas umbrantia Maenala ripas
Constitimus, non hic Tegeen Argosque tuemur:
Visceribus mediis ipsoque in corde videtis
Bella geri. Patrem clipeis defendite Thybrin.
Talia nunc pediti, turmae nunc mixtus equestri
Dicta dabat: simul externis praecepta ferebat

fluvii ripas cognominis urbi *interpretans:* id est fluvius qui idem nomen habebat quod Roma urbs, *idem testatur* H *olim coniecisse* Pervenit ad fluvium et miri cognominis urbem 558 stilico V1 559 instigat G 560 Nunc nunc o BLV1 Nunc o nunc H *cum nonnullis deterr.*

561 Ithalie L ‖ obsessi G 562 timabo (v *superscr.*) L 564 qm (a *superscr.*) *corr. m. II in* qm (= *quem*) L ‖ campis G 566 vis G 567 venditat GBV1 vendicat L 569 hister G ‖ renus V1 570 uno (*sic*) B ‖ uincete (i *superscr.*) (t *corr. m. II ex* r) L 571 feparate (*sic*) B ‖ mollēq; B ‖ labantis G 572 umeris G humeris BLV1 574 treiciis LV1 ‖ haemi B hemi V1 hermi L ‖ horis LV1 575 alpheas B 576 tegean gB tegeam L tegeā V1 ‖ agrosque (r *superscr.*) V1 577 incorde B 578 thybrim G (*sic in ed. pr. Flor. corr.* tybrim (h *superscr.*)) thibrī B tibrim L tibrī V1 580 Dicta (t *in ras.*) L ‖ edicta (*superscr.* praecepta) L

Auxiliis. Ibat patiens dicionis Alanus,
Qua nostrae iussere tubae, mortemque petebat
Pro Latio. Docuit gentis praefectus Alanae;
Cui natura breves animis ingentibus artus
Finxerat, immanique oculos infecerat ira;
Vulneribus pars nulla vacat rescissaque contis
Gloria foedati splendet iactantior oris.
Ille tamen mandante procul Stilichone citatis
Acceleravit equis Italamque momordit harenam:
Felix Elysiisque plagis et carmine dignus,
Qui male suspectam nobis impensius arsit
Vel leto purgare fidem, qui iudice ferro
Diluit immeritum laudato sanguine crimen.
Morte viri turbatus eques flectebat habenas,
Totaque praeciso nutassent agmina cornu,
Ni celer instructa Stilicho legione secutus
Subsidiis peditum pugnam instaurasset equestrem.
  Quis Musis ipsoque licet Paeane recepto
Enarrare queat, quantum Gradivus in illa
Luce suae dederit fundator originis urbi?
Altius haud unquam toto descendimus ense
In iugulum Scythiae, tanta nec clade superbum
Contudimus Tanain, vel cornua fregimus Histri.
Invisum miles sitiens haurire cruorem

581 dicionis (t *sup.*) *sic in ed. pr. Flor.* G *corr.* ‖ Ibat patiens dicionis elatus M 582 petebat GB petendam LV1 583 latio; (; *eras.*) B *Post* Latio *interpunxi* ‖ praefectus *scripsi* p̄clarus BV1 preclarus L praelatus *Claverius ex vetere libro* (? *ms.*) gentis (= *Accus.*) praeclarus *coniecit Barthius qui punctum post* Latio *omisit* genti praelatus *voluit Scaliger* gentis dux clarus *temptavit Delrius* 586 rescissaque GV1 recisaque B resçisaque L praecisaque (rescissaque *sup.*) (*sic*) *Scaliger* ‖ contis BV1 conctis G (*ita corr. in ed. pr. Flor.* cunctis (o *sup.*)) cunptis (·/· lanceis *sup.*) L ‖ *In v. 588 aliquid suspectum esse putat Barthius* 588 stilicone V1 ‖ scitatis L 589 Acceleravit G ‖ ithalamque L 590 elisiisque LV1 592 Velleto (*sic*) B 594 turbatus] mest' (turbatus *sup.*) V1 595 p̄cisso L perculso *coniecit Schraderus* ‖ nutassent GBV1 nutassent (n *ex* m) LV1 cornu] curru B 596 Niceler (*sic*) [ic *ex* il?] B ‖ stilico V1 599 inilla B 601 haut BL aut (h *sup.*) V1 602 Iniugulū B ‖ scithie LV1 603 Contundimus L ‖ tanain B thanaym L tanaim V1

Per varias vestes onerataque plaustra metallo
Transit et argenti cumulos, et caedis avarus
Contemptas proculcat opes. Pretiosior auro
Sanguis erat. Passim neglecti prodiga lucri
Ira furens strictis odium mucronibus explet.
Purpureos cultus absumptique igne Valentis
Exuvias miserisque graves crateras ab Argis
Raptaque flagranti spirantia signa Corintho
Callidus ante pedes venientibus obicit hostis
In cassum: neque enim feralis praeda moratur,
Sed iustos praebent stimulos monumenta doloris
  Asseritur ferro captivum vulgus et omnes
Diversae vocis populi, quos traxerat hostis
Servitio, tandem dominorum strage redempti
Blanda cruentatis affigunt oscula dextris.
[Desertosque Lares et pignora laeta revisunt.
Miratur sua quemque domus cladesque renarrant
Ordine, tum grati referunt miracula belli.]
  Quis tibi tunc Alarice dolor, cum Marte perirent
Divitiae spoliisque diu quaesita supellex
Pulsaretque tuas ululatus coniugis aures;
Coniugis, invicto dudum quae freta marito
Demens Ausonidum gemmata monilia matrum
Romanasque alta famulas cervice petebat:

605 honerataque L V1 607 Contemtas G ‖ praeciosior *ita in ed. pr. Flor.* G *corr.* praec^{t}iosior | preciosior B L V1 608 neglecti (g *corr. ex* c) B ‖ prodig^{r}ia V1 609 Illa L 610 cult^{v}os B ‖ absūptiq^{s}; (absū *in ras.*) B absumptoque V1 assump$^{\dagger\,as}$toque L ‖ valentis *Claverius* valentes B L V1 611 ab argis crateras (*sic*) V1 ‖ cratheras L 612 corinto V1 613 *deerat in* L, *sed m. II add. cum in marg.* 614 nec enim L 615 Sic iustos L ‖ monimenta L V1 619 cruentatis G ‖ v. 620 — 623 *interpolati videntur esse* 621 Miratur G ‖ q̃; (? = *quemque*) L 622 tum grati G g B tum grati *erasa superiore parte litterae* t *corr. in* cum grati V1 congressi L cognatis *ex mala ed. Plant. scriptura* cognati *Scaliger coniecit* 623 tunc g B L V1 nunc *editt.* ‖ marte G 625 duas (*sic*), *in marg.* tuas V1 ‖ coniugis^{flebilis} (*sic*) V1 626 dudum quae B L V1 quae dudum *nonnulli deterr.* 628 parabat^{petebat} L

Scilicet Argolicas Ephyreiadasque puellas
Coeperat et pulchras iam fastidire Lacaenas.
Sed dea quae nimiis obstat Rhamnusia votis
Ingemuit flexitque rotam: domat aspera victos
Pauperies unoque die Romana rependit
Quidquid ter denis acies amisimus annis.
O celebranda mihi cunctis Pollentia saeclis!
O meritum nomen felicibus apta triumphis!
Virtutis fatale solum, memorabile bustum
Barbariae! Nam saepe locis ac finibus illis
Plena lacessito rediit vindicta Quirino.
Illic Oceani stagnis excita supremis
Cimbrica tempestas aliasque immissa per Alpes
Isdem procubuit campis. Iam protinus aetas
Adveniens geminae gentis permisceat ossa
Et duplices signet titulos, commune trophaeum:
Hic Cimbros fortesque Getas Stilichone peremptos
Et Mario claris ducibus tegit Itala tellus.
Discite vesanae Romam non temnere gentes.

629 ephyreiadasque G epyreiadasque B ephiriadasque LV1 630 pulcras V1 631 nimias *corr. m. II in* nimiis L ‖ ramnusia LV1 632 Infremuit *coniecit Schraderus* ‖ domat aspera victos Pauperies M | donat[m] L 633 pependit L 634 Quicquid BL ‖ *v. 634 deest in* V1, *fortasse in marg. erat ascriptus, quod nunc accurate non cognoscitur* 635 celebranda V1 celebrata B veneranda L 636 apta[e] B ‖ triumphi//// (*in ras.* s *erat* ?) V1 637 Virtuti *mavult* H 640 occeani BL ‖ excita G 641 aliasq; ~~im~~missa[e] *sic in ed. pr. Flor. corr.* (= *alias emissa*) G 642 Isdē (s *add. m. I posteriore tempore*) V1 ‖ procubuit G ‖ aestas H *coniecisse testatur Burmannus* 643 ge~~tice~~[mine] L tantę[gemine] V1 ‖ admisceat L 644 duplici titulo *coniecit* H 645 Cambros L ‖ stilicone V1 646 mario// (*in ras. erat* s) L tegit] viget L 647 Dicite[s] V1 ‖ romane[vesane] romam L ‖ tempnere LV1 | Exp̄. de bello Gotico. ~~Inc. de bello Gildonico~~ (*sic*) G CLAVDIANI DE BELLO GOTHICO EXPLIC. INCIPIT DE BELLO GILDONICO FELICIT. B *rubro colore subscripsit.*

CL. CLAUDIANI

DE VI CONSULATU

HONORII AUGUSTI

PRAEFATIO. (XXVII.)

Omnia quae sensu volvuntur vota diurno,
  Pectore sopito reddit amica quies.
Venator defessa toro cum membra reponit,
  Mens tamen ad silvas et sua lustra redit.
Iudicibus lites, aurigae somnia currus,
  Vanaque nocturnis meta cavetur equis.
Furto gaudet amans, permutat navita merces
  Et vigili elapsas quaerit avarus opes.
Blandaque largitur frustra sitientibus aegris
  Irriguus gelido pocula fonte sopor.
Me quoque Musarum studium sub nocte silenti
  Artibus assuetis sollicitare solet.
Namque poli media stellantis in arce videbar

Hic addidit Gyraldus in ed. Ald. exemplari Lugdun. 'In quibusdam codicibus haec praefatio praeponitur tertio libro de raptu proserpinae'. *De titulo in* G *cf. finem lib. III de consulatu Stilichonis* ‖ EXPLICIT LĪB TERCI' DE LAVDE STILICHONIS INCIPIT DE CONS̃ HONORIO AVGVSTO V Incipit liber octavus sup laude honorii et Stiliconis L pfatio ad vi lib *in marg. m. II* V1 ‖ *Addidi etiam varias scripturas ex Vossiano codice, qui v. 1—10 complectitur quemque cum Riesio* E *significavi* (*cf. Anth. lat. ed. Riese II, p. 105 n. 652*), *deinde notavi scripturas ex Laurentiano* (λ), *ex quo Rapt. Proserp. edidi nec minus praefationem ante tertium librum Rapt. Pros. excerpsi in* L(l) *et* V1(v1) 1 uuoluĩtur (*sic*) λ 2 quiaes E 3 defessa GgV1v1l defensa L defusa λ ‖ thoro VλLV1lv1 ‖ quũ E ‖ menbra Vv1 ‖ cum membra thoro defessa V1 4 luxtra λ 5 sompnia λL1V1v1 ‖ cursus E (?) 6 nocturnis G ‖ meca *vel* meta? V1 moeta E ‖ caçuetur L ‖ aequis *sed corr.* E 7 pmutat E 8 Pervigil *pro* Et vigil l ‖ vigili *temptavit Gesnerus cum Burmanno* vigil VLλlV1v1 ‖ lapsas *scripsit Riesius cum Buechelero* ‖ abarus E 9 egris G ‖ *v. 9 et 10 om. Burmannus, ut notavit Riesius* 12 assuetis] assiduis V1 13 stellantis G

Ante pedes summi carmiña ferre Iovis.
Utque favet somnus, plaudebant numina dictis
Et circumfusi sacra corona chori.
Enceladus mihi carmen erat vinctusque Typhoeus:
Hic subit Inarimen, hunc gravis Aetna domat.
Quam laetum post bella Iovem susceperit aether,
Phlegraeae referens praemia militiae.
Additur ecce fides, nec me mea lusit imago,
Irrita nec falsum somnia misit ebur.
En princeps, en orbis apex aequatus Olympo.
En quales memini, turba verenda, deos.
Fingere nil maius potuit sopor altaque vati
Conventum caelo praebuit aula parem.

14 sūmi l ‖ carmina (*sic*) v 1 15 sompnus λ L l V 1 v 1 16 circunfusi l ‖ cori L V 1 17 Enceladus V (h *supra*) Encheladus L V 1 λ l v 1 ‖ vinctusque L victusque V λ l V 1 v 1 ‖ tipheus (o *supra*) V tipheus V 1 v 1 tiphoeus λ l 18 Hic subit in arimen G [inarimen g] Hic subit inarimen V Hic subit inarimes L Hic subit inarum̄ (a e *supra*) V 1 Hunc premit ynarines (mons ÷ *supra*) (*sic*) λ Hunc premit iramines l Hunc premit ynarimen v 1 ‖ ethna V L V 1 λ l v 1 19 letum V λ l letus L V 1 v 1 ‖ susceperat V ‖ mox suscipit ether λ 20 Flegree V L V 1 λ v 1 flagree l 21 me] te V ‖ fallit ymago λ ‖ ymago L 22 sompnia L V 1 λ l v 1 ‖ mittit l 23 urbis V ‖ aequatus G g equatus V L equatur V 1 v 1 λ l ‖ olimpo V V 1 L λ l v 1 24 meminit V meminit L memini//// (*in ras. erat* t) v 1 ‖ dei *coniecit Scaliger* 25 vati] menti λ l ‖ *Ceterum haec praefatio in ed. Plantiniana in qua Scaliger coniecturas notavit suo loco deest et ante tertium librum Rapt. Pros. legitur, sed vir clarissimus titulum iam ita emendavit:* CL. CLAVDIANI IN VI CONSVLATVM HONORII.

CL. CLAUDIANI
DE SEXTO CONSULATU
HONORII AUGUSTI
PANEGYRICUS. (XXVIII.)

Aurea Fortunae reduci si templa priores
Ob reditum vovere ducum, num dignius unquam
Haec dea pro meritis amplas sibi posceret aedes,
Quam sua cum pariter trabeis reparetur et urbi
Maiestas? Neque enim campus sollemnis et urna
Luditur in morem, species nec dissona coetu
Aut peregrina nitet simulati iuris imago.
Indigenas habitus nativa Palatia sumunt
Et patriis plebem castris sociante Quirino
Mars augusta sui renovat suffragia campi.
Qualis erit terris, quem mons Euandrius offert
Romanis avibus, quem Thybris inaugurat, annus?
Quamquam omnes quicumque tui cognominis anni
Semper inoffensum dederint successibus omen
Sintque trophaea tuas semper comitata secures:

Manus recens in marg. add. Narratio V *Titulus deest in* L lib de VI consulatu honorii *m. II add., m. recentissima ascripsit:* Panegyricus in VI honorii aug. consulatum V1 2 num] ñ V 3 *malim* amplis — aedem 4 cum trabeis pariter L ‖ repar+etur (*sic, cf. In Ruf. I, v. 252 app. crit.*) G reparetur g reparatur V repatur L repetatur V1 5 neque GVL nec V1 ‖ cāpọ (*sic*) V ‖ sollennis GV sollēpnis L sollepn[is] (*sic*) V1 ‖ campi — urnae *coniecit Scaliger, cf. etiam Burmannum* 6 cultu *coniecit Schraderus* 7 ymago L v. 9 *et* v. 10 *add. m. recentior in* V 9 plẹbem V ‖ patribus plebem sanctis sociante Quirino *non bene coniecit Paul l. c. p. 14* 10 sui g sufragia L 11 erat *deterr. unde* eat H ‖ terris — offert *add. m. recentior in* V 12 quem — annus *add. m. recentior in* V ‖ tibris VLV1 ‖ annū L 13 [cogn]ominis anni *add. manus recentior in* V 14 dederint G ‖ [suc]cessibus omen *add. manus recentior in* V 15 [sec]ures *add. m. recentior in* V

Hic tamen ante omnes miro promittitur ortu
Urbis et Augusti geminato numine felix.
Namque velut stellas Babylonia cura salubres
Optima tunc spondet mortalibus edere fata,
Caelicolae cum celsa tenent summoque feruntur
Cardine nec radios humili statione recondunt:
Haud aliter Latiae sublimis signifer aulae,
Imperii sidus propria cum sede locavit,
Auget spes Italas et certius omina surgunt
Victrici concepta solo. Cum pulcher Apollo
Lustrat Hyperboreas Delphis cessantibus aras,
Nil tum Castaliae rivis communibus undae
Dissimiles, vili nec discrepat arbore laurus
Antraque maesta silent inconsultique recessus.
At si Phoebus adest et frenis grypha iugalem
Riphaeo tripodas repetens detorsit ab axe,
Tunc silvae, tunc antra loqui, tunc vivere fontes,
Tunc sacer horror aquis, adytisque effunditur Echo
Clarior et doctae spirant praesagia rupes.
  Ecce Palatino crevit reverentia monti,
Exsultatque habitante deo potioraque Delphis
Supplicibus late populis oracula pandit
Atque suas ad signa iubet revirescere laurus.
Non alium certe decuit rectoribus orbis
Esse larem nulloque magis se colle potestas
Aestimat et summi sentit fastigia iuris:
Attollens apicem subiectis regia rostris
Tot circum delubra videt tantisque deorum

17 Ter bis in Augusti *coniecit Scaliger* ‖ numine GVL $\overset{\text{t o}}{\text{numine}}$ V1 18 velud LV1 ‖ stellas G ‖ babilonia LV1 ‖ cā (= *causa*) L 21 recondunt VLV1 recúbút (*sic* = *recumbunt*) g retundunt *Gesnerus cum uno deteriore Heinsii* ‖ radiis — recumbunt *coniecit* H 22 Haut LV1 26 yperboreas VLV1 ‖ auras L arctos H *coniecisse dicit Clercq* 28 vili G 29 mesta VLV1 30 grypha g gripha VLV1 31 tripodes L 33 aditisque LV1 34 $\overset{\text{p}}{\text{rupes}}$ V1 36 Exultatque LV1 Exultantque V 37 Suplicibus V 38 $\overset{\text{d}}{\text{Atque}}$ *sic corr. in ed. pr. Flor.* G? ‖ revirescere G ‖ laurūs (*sic*) L 39 orbis VL aule V1 41 sentit G sancit H *coniecisse testatur Clercq* 42 rostris VLV1 nostris G

Cingitur excubiis. Iuvat inter tecta Tonantis
Cernere Tarpeia pendentes rupe Gigantas
Caelatasque fores mediisque volantia signa
Nubibus et densum stipantibus aethera templis
Aeraque vestitis numerosa puppe columnis
Consita subnixasque iugis immanibus aedes
Naturam cumulante manu spoliisque micantes
Innumeris arcus. Acies stupet igne metalli
Et circumfuso trepidans obtunditur auro.
Agnoscisne tuos princeps venerande Penates?
Haec sunt, quae primis olim miratus in annis
Patre pio monstrante petis. Nil optimus ille
Divorum toto meruit felicius aevo,
Quam quod Romuleis victor sub moenibus egit
Te consorte dies, cum se melioribus addens
Exemplis civem gereret terrore remoto,
Alternos cum plebe iocos dilectaque passus
Iurgia patriciasque domos privataque passim
Visere deposito dignatus limina fastu, —
Publicus hinc ardescit amor, cum moribus aequis

44 inter tecta *conieci, cf. quae dixi in Ritschelii museo Rhenano XXVII (1872), p. 269—277 et A. Philippi Abhandlg. d. phil.-hist. Cl. d. Sächs. Ges. d. Wiss. VI, p. 268, 16; frustra propter eam coniecturam in me calumnias suas decantavit B. Stark, Heidelberger Jahrb. 1872, p 951 seq.* intra tela (*† tēpla*) (intra *sic:* int[a]) V intra tecta L infra (infr[a]a) tecta V1 *quod defendit idem Starkius, Gigantomachie auf antiken Reliefs u. der Tempel des Juppiter Tonans in Rom, Heidelbrg. 1869* 45 gigantas (gigant[e]as) V gigantes LV1 47 templiis V1 48 puppe (*† veste*) V ‖ columpnis LV1 49 iugis] genis L 51 Innumeris *coniecit* H Innumeros VLV1 ‖ igne] ille L 52 obtuditur *in Aldinae exemplari Lugd.* g *in* obtúditur (= *obtunditur*) 53 *restituit in* V *m. recentior* 54 *praeter* annis *restituit manus recentior in* V ‖ olim *sup. lin. m. II, nam deerat* V1 55 Patre — petis *restituit m. recentior in* V ‖ nil *sup. lin. add. m. II, nam deerat* V1 56 Divorum — fe[licius] *restituit manus recentior in* V 57 Quanq (Quanq[a]) (*sic*) romule[is] *restituit manus recentior in* V ‖ Quamquod V1 Quanq (Quanq[a]) V Quamq (*sic*) L Quam quos *coniecit* H 58 Te consorte *restituit manus recentior in* V 59 E *in* Exemplis *restituit manus recentior in* V 60 delectaque (d[i]electaque) V 61 Seria *coniecit Schraderus*

Inclinat populo regale modestia culmen, —
Teque rudem vitae, quamvis diademate nondum
Cingebare comas, socium sumebat honorum,
Purpureo fotum gremio parvumque triumphis
Imbuit et magnis docuit praeludere fatis.
  Te linguis variae gentes missique rogatum
Foedera Persarum proceres cum patre sedentem
Hac quondam videre domo positoque tiaram
Submisere genu. Tecum praelarga vocavit
Ditandas ad dona tribus, fulgentia tecum
Collecti trabeatus adit delubra senatus
Romano puerum gaudens offerre favori,
Ut novus imperio iam tunc assuesceret heres.
Hinc tibi concreta radice tenacius haesit
Et penitus totis inolevit Roma medullis
Dilectaeque urbis tenero conceptus ab ungue
Tecum crevit amor: nec te mutare reversum
Evaluit propria nutritor Bosphorus arce.
Et quotiens optare tibi, quae moenia malles,
Alludens genitor regni pro parte dedisset,
Divitis Aurorae solium sortemque paratam
Sponte remittebas fratri: Regat ille volentes
Assyrios, habeat Pharium cum Tigride Nilum;
Contingat mea Roma mihi! Nec vota fefellit
Eventus. Fortuna novum molita tyrannum
Iam tibi quaerebat Latium belloque secundo
Protinus eoa velox accitus ab aula
Suscipis Hesperiam patrio bis Marte receptam.
Ipsa per Illyricas urbes Oriente relicto
Ire Serena comes nullo deterrita casu

65 necdum VLV1 68 Imbuit VV1 Induit L ‖ fastis *quod erat in ed. pr. Flor.* G *corr.* fa^s tis (*sic* = *fatis*) fatis V fastis LV1 71 positoque G ‖ tiaram GV thiaram V1 tyarā L 72 preclara *pro* praelarga V 75 //gaudens //puerum (*sic*) V1 76 nov^u is V1 ‖ asuesceret L 79 tenero — unge V teneris — annis LV1 81 bosphorus V bosforus V1 bophorus L 82 quae] q̄ L ‖ malles G 85 rematebas *pro* remittebas, *sed* a *litterae dimidium erasum* (*sic* = *remitebas*) V1 86 Assirios V1 ‖ nylum L 87 mi^c hi V michi V1 88 molita G 92 illiricas LV1

Materna te mente fovens Latioque futurum
Rectorem generumque sibi. Genitore supernas
Iam repetente plagas illo sub cardine rerum
Sedula servatum per tot discrimina pignus
Restituit sceptris patrui castrisque mariti.
Certavit pietate domus fidaeque reductum
Coniugis officio Stilichonis cura recepit.
  Felix ille parens, qui te securus Olympum
Succedente petit. Quam laetus ab aethere cernit
Se factis crevisse tuis! Duo namque fuere
Europae Libyaeque hostes. Maurusius Atlas
Gildonis furias, Alaricum barbara Peuce
Nutrierat: qui saepe tuum sprevere profana
Mente patrem. Thracum veniens e finibus alter
Hebri clausit aquas; alter praecepta vocantis
Respuit: auxiliis ad proxima bella negatis
Abiurata palam Libyae possederat arva.
Quorum nunc meritam repetens non immemor iram
Suppliciis fruitur natoque ultore triumphat.
  Ense Thyestiadae poenas exegit Orestes:
Sed mixtum pietate nefas dubitandaque caedis
Gloria materno laudem cum crimine pensat.
Pavit Iuleos inviso sanguine manes
Augustus. Sed falsa pii praeconia sumpsit
In luctum patriae civili strage parentans.

95 genitore *coniecit Schraderus* seniore VLV1 96 repetente G 99 fideque g 100 stiliconis LV1 101 olimpum VLV1 102 Sucedente V1 ‖ ethere VL hethere V1 104 libyeque VV1 lybieque L ‖ marrusius V1 ‖ athlas VLV1 105 alericum L 106 quis V1 ‖ sprevere] puere V1 107 tracū (h *m. rec. add.*) V tracum LV1 ‖ veniens e finibus V (*sic:* efinib;) V1 veniens finibus L 108 aquas *scripsi* aquis VLV1 ‖ venienti e finibus — aquas H *Burmannus et Clercq testantur coniecisse* 109 auxiliis L *cf. praef. Vol. I, p. LXII* auxiliisque VV1 ‖ negatis G 110 libye V libie LV1 ‖ aura, *in marg. m. II* arva V1 112 Supliciis V 113 thyestiadē G thyestiaden V thiestiade V1 thyestiadē G thiestiade (e *pro* ē) L ‖ horestes VV1 ‖ *Ad hunc versum in ed. pr. Flor. ab eo, qui* G *fecit hoc signum* ※ *in marg. additum est* 114 nephas V1 115 materno V materno L materne V1 116 yleos V1 118 parentans *cum* H *recepi* parentis, *in marg.* t parentans V1 parentis VL

At tibi causa patris rerum coniuncta saluti
Bellorum duplicat laurus isdemque trophaeis
Reddita libertas orbi, vindicta parenti.
Sed mihi iam pridem captum Parnasia Maurum
Pieriis egit fidibus chelys. Arma Getarum
Nuper apud socerum plectro celebrata recenti.
Adventus nunc sacra tui libet edere Musis
Grataque patratis exordia sumere bellis.
  Iam Pollentini tenuatus funere campi
Concessaque sibi — rerum sic admonet usus —
Luce, tot amissis sociis atque omnibus una
Direptis opibus Latio discedere iussus
Hostis et immensi revolutus culmine fati
Turpe retexit iter. Qualis piratica puppis,
Quae cunctis infensa fretis scelerumque referta
Divitiis multasque diu populata carinas
Incidit in magnam bellatricemque triremem,
Dum praedam de more parat; viduataque caesis
Remigibus, scissis velorum debilis alis,
Orba gubernaclis, antennis saucia fractis
Ludibrium pelagi vento iactatur et unda,

120 laurus GV1 lauros VL ‖ isdemque V1 hisdemque VL 122 maurū[illegible] parnasia (*sic*) V 123 Pyeriis L Pyeriisq; V1 ‖ chelys gV chet (= *chelis*) L chelis V1 125 tuis — muris H *coniecisse testatur Clercq* 127—330 (*incl.*) *fragmentum alterius libri de bello Pollentino (Getico) esse putavit Paul, quaestionum Claudianearum particula in progr. Gross-Glogaviensi 1857, p. 15 et ibid. p. 10 seq. Quam sententiam olim ex archetypi ratione defendere conatus sum in Quaest. critt. cet., p. 28 seq. et in Ritschelii actis I, p. 378 seq., sed prorsus refutavit eam nuper Georgius Goetz in museo Rhenano 1876, p. 342 seq., quare nihil mutavimus* ‖ *Post v. 127 in* V1 *sequitur v. 131, ad quem versum in marg.* b *add.* (*cf. v. 131*) 128 sibi G 129 amissis G 131 latio] lapib; V1 ‖ *Versus 131 in* V1 *hoc loco desideratur, sed inter v. 130 et v. 132 percompendiose secunda manu add. et ad eum ascript.* a (*cf. v. 128*) 132 piratica GV pyratica L puratica V1 133 infensa (festa) V1 ‖ scelerisque V1 ‖ re[illegible]ta (fer) (*sic*) V 135 triremim V 136 putat L putat (parat) VV1 petit H *coniecisse dicit Clercq* 137 scisis (s) (*in marg.* † cesis) V1

138 gubernaclis GLV1 guberna[illegible]dis (clis) (*sic*) V ‖ antēpnis L autemnis (u *ex* n *corr. m. II*) V autēpnis V1

Vastato tandem poenas luitura profundo:
Talis ab urbe minas retro flectebat inanes
Italiam fugiens; et quae venientibus ante
Prona fuit, iam difficilis, iam dura reversis.
Clausa putat sibi cuncta pavor retroque relictos,
Quos modo terrebat, rediens exhorruit amnes.
Undosa tum forte domo vitreisque sub antris
Rerum ignarus adhuc ingentes pectore curas
Volvebat pater Eridanus: quis bella maneret
Exitus; imperiumne Iovi legesque placerent
Et vitae Romana quies, an iura perosus
Ad priscos pecudum damnaret saecula ritus.
Talia dum secum movet anxius, advolat una
Naiadum resoluta comam complexaque patrem:
En Alaricus, ait, non qualem nuper ovantem
Vidimus. Exsangues genitor mirabere vultus.
Percensere manum tantaque ex gente iuvabit
Reliquias numerasse breves. Iam desine maesta
Fronte queri Nymphasque choris iam redde sorores.
Dixerat. Ille caput placidis sublime fluentis
Extulit et totis lucem spargentia ripis
Aurea roranti micuerunt cornua vultu.
Non illi madidum vulgaris harundine crinem
Velat honos. Rami caput umbravere virentes
Heliadum totisque fluunt electra capillis.
Palla tegit latos umeros curruque paterno

141 inanes G V V1 inan[e]is L 142 *deerat in* V, *sed m. II add. in marg. superiore* (*cf. v. 151*) ‖ Italia G ‖ quae] q̄ L 143 Difficilis[d] iam[c] prona[a] fuit[b] [iam] nec dura reversis (*sic corr.*) V 145 terrebat G L temnebat V [† terrebat] trebat V1 ‖ rediens g ‖ exorruit L ‖ ānnes L 147 ingentes G V V1 ingentis L *Ad v. 149* — ne *in ed. pr. Flor.* G *add.* 151 dampnaret V V1 ‖ *Post hunc versum in* V *insertus versus 142 sic:* Italia fugiens et que venientibus ante 152 movet G V L movet (e *ex* i *corr.*) ~~volat~~ (*sic*) V1 ‖ advolat *suo loco in* V1 *deest, sed superscr. m. II* 153 Nayadum V1 154 En ait alaricus L 155 exangues V1 exangues (e *corr. ex* i) V exang[e]uis L 157 Relliquias G V L V1 158 nimphasque L V1 ‖ i, redde *coniecit* H ‖ sorores] sonoris V 159 capud V1 162 arundine L V1 163 capud L ‖ unbr[ue]are L 164 electra G 165 umeros G humeros V L V1

Intextus Phaethon glaucos incendit amictus,
Fultaque sub gremio caelatis nobilis astris
Aethereum probat urna decus. Namque omnia luctus
Argumenta sui Titan signavit Olympo
Mutatumque senem plumis et fronde sorores
Et fluvium, nati qui vulnera lavit anheli.
Stat gelidis auriga plagis: vestigia fratris
Germanae servant Hyades Cycnique sodalis
Lacteus extentas aspergit circulus alas.
Stelliger Eridanus sinuatis flexibus errans
Clara Noti convexa rigat gladioque tremendum
Gurgite sidereo subterluit Oriona.
Hoc deus effulgens habitu prospexit euntes
Deiecta cervice Getas. Tunc talia fatur:
  Siccine mutatis properas Alarice reverti
Consiliis? Italae sic te iam poenitet orae?
Nec iam cornipedem Tiberino gramine pascis,
Ut rebare, tuum? Tuscis nec figis aratrum
Collibus? O cunctis Erebi dignissime poenis,
Tune Giganteis urbem temptare deorum
Aggressus furiis? Nec te meus improbe saltem
Terruit exemplo Phaethon, qui fulmina praeceps
In nostris efflavit aquis, dum flammea caeli
Flectere terrenis meditatur frena lacertis

166 phęton V phethon L pheton V1 ‖ intendit *an* incendit ? L 167 Fultaque VLV1 *vix sanum* Fulvaque *ed. Bas. Isingr. in marg.* Pulchraque *malim* 168 probat urna] probatũa$^{\text{urna}}$ (*sic*) L 169 tytan L ‖ olimpo VLV1 170 Mutavitque L 171 anhelli G haneli LV1 172 au[erasure]riga V 173 ẏades V1 ‖ cygnique g cignique VLV1 ‖ sodalis VLV1 sodales G 174 Lacteus g ‖ aspergit LV1 extendit$^{\text{† aspgit}}$ V 175 Stelliger GVL Stellifer V1 ‖ heridanus L ‖ flexibus G flexibus$^{\text{† fluctibus}}$ V fluctibus LV1 176 nothi$^{\text{uenti}}$ (*sic*) V noti$^{\text{h}}$ L 177 sydereo L 178 prospexit V prospex̄ L prospectat V1 179 çętas$^{\text{G}}$ (*sic*) V gethas L 181 iam te sic V1 ‖ ore$^{\text{h}}$ V hore L 182 thybrino V tyberino L tiberino (e *ex* i *corr.*) V1 183 tuum] tuo *malit Burmannus* ‖ tuscis V tuschis L 184 erebi G herebi VL erebi$^{\text{h}}$ V1 185 gygantheis L 187 pheton VLV1

Mortalique diem sperat diffundere vultu?
Crede mihi, simili bacchatur crimine quisquis
Aspirat Romae spoliis aut Solis habenis.
Sic fatus Ligures Venetosque erectior amnes
Magna voce ciet. Frondentibus umida ripis
Colla levant pulcher Ticinus et Addua visu
Caerulus et velox Athesis tardusque meatu
Mincius inque novem consurgens ora Timavus.
Insultant omnes profugo pacataque laetum
Invitant ad prata pecus. Iam Pana Lycaeum,
Iam Dryadas revocant et rustica numina Faunos.
  Tu quoque non parvum Getico Verona triumpho
Adiungis cumulum: nec plus Pollentia rebus
Contulit Ausoniis aut moenia vindicis Astae.
Hic rursus, dum pacta movet damnisque coactus
Extremo mutare parat praesentia casu,
Nil sibi periurum sensit prodesse furorem,
Converti nec fata loco: multisque suorum
Diras pavit aves inimicaque corpora volvens
Ionios Athesis mutavit sanguine fluctus.
Oblatum Stilicho violato foedere Martem
Omnibus arripuit votis, ubi Roma periclo
Iam procul et belli medio Padus arbiter ibat.
Iamque opportunam motu strepuisse rebelli
Gaudet perfidiam, praebensque exempla labori

191 michi V1 ‖ bachatur VL baccatur V1 192 aut] ut *coniecit Scaliger* an H *coniecisse olim cum deter. dicit Burmannus* ac *voluit Schraderus* 193 venetosque g venetisque (o *suprascr.*) V1 ānes L annes V1 194 umida G humida VLV1 195 tıcuiſ (ticinus *suprascr.*) (*sic*) V1 ‖ atque *pro* et V1 ‖ addua G addua (atque *suprascr.*) (atque *m. rec. add.*) V adda (u *suprascr.*) V1 ardua L ‖ uisu G 197 Mintius LV1 ‖ novem G 198 pacataque GVV1 paccataque L 199 lyceum V liceum LV1 Lycaeo *coniecit Schraderus* 200 dryadas GV driadas L driades V1 ‖ et rustica VLV1 (V1 *sic:* ⁊ [= *et*]) iam rustica H1 *voluit* 201 gethico L 203 haste VLV1 (*in* V1 *in marg. m. rec.* Ravena) 204 movet] novat *malit* H2H3 ‖ pacta G ‖ dampnisque VL 206 periurium G periuriū//// V1 ‖ sentit VL 207 Convertit V ‖ fcā (fata *suprascr.*) L 209 Ẏonios V1 210 Obliquū (atū *suprascr.*) L ‖ stilico LV1 212 medio (*sic m. II corr.* = *medius*) V medio L medius V1 ‖ medius belli *Barthius ed. II voluit* 213 oportunam VL optunā V1 ‖ strepuisse G 214 — que G *in marg. ed. pr. Flor. add.* ‖ labori V laboris LV1

Sustinet accensos aestivo pulvere soles.
Ipse manu metuendus adest inopinaque cunctis
Instruit arma locis et, qua vocat usus, ab omni
Parte venit. Fesso si deficit agmine miles,
Utitur auxiliis damni securus et astu
Debilitat saevum cognatis viribus Histrum,
Et duplici lucro committens proelia vertit
In se barbariem nobis utrimque cadentem.
[Ipsum te caperet letoque Alarice dedisset,
Ni calor incauti male festinatus Alani
Dispositum turbasset opus. Prope captus anhelum
Verbere cogis equum. Nec te vitasse dolemus.
I potius genti reliquus tantisque superstes
Danubii populis et nostrum vive trophaeum.]
Non tamen ingenium tantis se cladibus atrox
Deicit: occulto temptabat tramite montes,
Si qua per scopulos subitas exquirere posset
In Rhaetos Gallosque vias. Sed fortior obstat
Cura ducis. Quis enim divinum fallere pectus
Possit et excubiis vigilantia lumina regni?
Cuius consilium non unquam repperit hostis,
Nec potuit texisse suum. Secreta Getarum
Nosse prior celerique dolis occurrere sensu.
Omnibus exclusus coeptis considit in uno
Colle tremens, frondesque licet depastus amaras

215 aestivos accenso *coniecit* H2H3 216 metuendus] tuendus V 217 quo *malit* H2H3 219 damni*gr* (*sic corr.* G *in ed. pr. Flor.*) dampni VLV1 220 hystrum VL 221 commitens V1 222 barbariem g barbariam L ‖ utrīq; V utrinque L 223—228 *pertinent ad pugnam Pollentinam, cf. bell. Poll., v. 581 seqq., quare eos versus interpolatos hoc loco esse puto. V. 229 nomen Alarici non desideratur cf. supra v. 204* 223 lętoque V 224 incauti G 225 anhelum V anhellum G hanelum LV1 226 $\overset{\text{e}}{\text{ub̄}}$, (*sic*) [= *verbere*] L ‖ equm V1 227 genti GV gentis L genti[erased] (s *in ras.* ?) V1 ‖ reliqus V1 reliquū L 228 et nostrum VL i nostrum V1 230 $\overset{\dagger\ \text{tis}}{\text{montes}}$ V 231 qua GVL quas V1 ‖ subitas G 232 In $\overset{\text{h}}{\text{rętos}}$ V Īrrethos (*sic*) L In rethos V1 233 fallere G 234 et g ‖ excubias *malit* H, *ut* lumina excubias *per appositionem poeta vocet* ‖ lumina G 235 Cuius G ‖ repperit G ‖ *Ad h. v. in marg. ed. pr. Flor. manu eius qui* G *fecit hoc signum add.* ⁜ 236 getharum L 238 considit G consedit VV1 confidit L ‖ uno] imo L

Arboreo figat sonipes in cortice morsus
Et taetris collecta cibis annique vapore
Saeviat aucta lues et miles probra superbus
Ingerat obsesso captivaque pignora monstret:
Non tamen aut morbi tabes aut omne periclum
Docta subire fames aut praedae luctus ademptae
Aut pudor aut dictis movere procacibus irae,
Ut male temptato totiens se credere campo
Comminus auderet. Nulla est victoria maior,
Quam quae confessos animo quoque subiugat hostes.
Iamque frequens rarum decerpere transfuga robur
Coeperat inque dies numerus decrescere castris;
Nec iam deditio paucis occulta parari,
Sed cunei totaeque palam discedere turmae.
Consequitur vanoque fremens clamore retentat
Cumque suis iam bella gerit: mox nomina supplex
Cum fletu precibusque ciet veterumque laborum
Admonet et frustra iugulum parcentibus offert,
Defixoque malis animo sua membra suasque
Cernit abire manus: qualis Cybeleia quassans
Hyblaeus procul aera senex revocare fugaces
Tinnitu conatur apes, quae sponte relictis
Descivere favis, sonituque exhaustus inani
Raptas mellis opes solitaeque oblita latebrae
Perfida deplorat vacuis examina ceris.
Ergo ubi praeclusae voci laxata remisit
Frena dolor, notas oculis umentibus Alpes
Aspicit et nimium diversi stamine fati

241 tetris (ci) (*sic*) V tects (i) (= *tectris*) L tetris V1 ‖ anniq; V ‖ animique pavore g austrique vapore H *coniecisse testatur Clercq* 242 acta L 243 obsesso G 244 tabes GVL tabes (rabies) V1 ‖ periclum G 245 luctatus (*sic*) L 248 Cominus VLV1 249 quoque] q≡ (*ex* q; [= *que*], *corr. m. II in* q≡) L 250 rarum (e) L 252 deditio LV1 dedicio V seditio H *ex deter.* 253 turbe V 254 varioque V1 ‖ retēptat L 255 numina (o) V numia (nos) V1 ‖ suplex V 256 precibus fletuq; V1 257 Amonet L 258 menbra V 259 cibeleia V1 260 Hybleus V Hybleus L Ybleus V1 262 Destituere L Decivere (s) V1 264 caris (e) V 266 notasq; *sic* G *in ed. pr. Flor. corr.* ‖ humentibus VLV1 267 diversi stamina *voluit Hertelius progr. Torgav. 1848, p. IX* diverso stamine *ego malim*

Praesentes reditus fortunatosque revolvit
Ingressus. Solo peragens tum murmure bellum,
Protento leviter frangebat moenia conto
Irridens scopulos: nunc desolatus et exspes
Debita pulsato reddit spectacula monti.
Tunc sic Ausonium respectans aethera fatur:
  Heu regio funesta Getis, heu terra sinistris
Auguriis calcata mihi, satiare nocentum
Cladibus et tandem nostris inflectere poenis!
En ego, qui toto sublimior orbe ferebar,
Ante tuum felix aditum ceu legibus exsul
Addictusque reus flatu propiore sequentum
Terga premor. Quae prima miser, quae funera dictis
Posteriora querar? Me non Pollentia tantum,
Nec captae cruciastis opes. Hoc aspera fati
Sors tulerit Martisque vices. Non funditus armis
Concideram. Stipatus adhuc equitumque catervis
Integer ad montes reliquo cum robore cessi,
Quos Appenninum perhibent. Hunc esse ferebat
Incola, qui Siculum porrectus adusque Pelorum
Finibus ab Ligurum populos complectitur omnes
Italiae geminumque latus stringentia longe
Utraque perpetuo discriminat aequora tractu.
Hunc ego continuum si per iuga tendere cursum,
Ut prior iratae fuerat sententia menti,
Iam desperata valuissem luce, quid ultra?
Omnibus oppeterem fama maiore perustis
Et certe moriens propius te Roma viderem;
Ipsaque per cultas segetes mors nostra secuto
Victori damnosa foret. Sed pignora nobis

269 Ingressus (*sic*) V1 ‖ tum G tunc V cum L cum (*sic*) V1   270 H *olim* praetento *coniecisse testatur Burmannus*   271 expes GL expers V   274 genio (regio) V ‖ gethis L   278 ceu G ‖ exul VLV1   281 queror L ‖ non G ‖ me n̄ (*sic*) V non me LV1   282 cruciatis (s) V1 ‖ hoc G ‖ hoc p̧ aspera V1   283 tulerit G   286 appenninum GVLV1 ‖ fereba=t V   288 ab ligurum V (*sic etiam Scaliger legit*) a ligurum LV1 ‖ complectitur G   289 geminumque G   290 Utraque g ‖ disterminat V1   291 Hunc G Hc̄ VL Hic *corr. in* Hec V1   293 voluissem V   294 maiore G flamma maiore *coniecit Scaliger* ‖ praeustis H *apud Clercq; forte* peractis   296 sequuto V   297 dampnosa VLV1 ‖ nobis] nra (= *nostra*) V1

Romanus carasque nurus praedamque tenebat.
Hoc magis exsertum raperem succinctior agmen.
Heu, quibus insidiis, qua me circumdedit arte
Fatalis semper Stilicho! Dum parcere fingit,
Rettulit hostiles animos bellumque remenso
Evaluit transferre Pado. Pro foedera saevo
Deteriora iugo! Tunc vis exstincta Getarum.
Tunc mihi, tunc letum pepigi. Violentior armis
Omnibus expugnat nostram clementia gentem.
Mars gravior sub pace latet capiorque vicissim
Fraudibus ipse meis. Quis iam solacia fesso
Consiliumve dabit? Socius suspectior hoste.
Atque utinam cunctos licuisset perdere bello!
Nam quisquis duro cecidit certamine, nunquam
Desiit esse meus. Melius mucrone perirent
Auferretque mihi luctu leviore sodales
Victa manus quam laesa fides. Nullusne clientum
Permanet? Offensi comites, odere propinqui?
Quid moror invisam lucem? Qua sede recondam
Naufragii fragmenta mei? quaeve arva requiram,
In quibus haud unquam Stilicho nimiumque potentis
Italiae nomen nostras circumsonet aures?
  Haec memorans instante fugam Stilichone tetendit
Expertas horrens aquilas. Comitatur euntem
Pallor et atra Fames et saucia lividus ora
Luctus et inferno stridentes agmine Morbi.

298 carasq; (q; *paene erasum*) V 1 ‖ murus V 1 ‖ p̄dā≡q; (*in ras.* n) V 1 299 exertum V L excitum V 1 extremum *fortasse scribendum cf. v. 295* ‖ subcinctior V 301 stilico L V 1 302 Rettulit G V Rettudit L Rettulit *corr. rasura ex* Rettudit V 1 303 p (h supra) (= *proh*) V p (= *per*) L proh V 1 304 vix (s supra) L 305 Tunc V L Tum G V 1 ‖ tunc (†te supra) V tum G V 1 cum L 309 dabit V L ferat V 1 310 Atque utinam V 1 O utinam V L 311 nusquam *coniecisse* H *dicit Clercq* 312 Desinet (it supra) V 1 314 nullusq; (ne supra) V 1 ‖ clyentum L 315 offensi V L V 1 infensi *editt. etiam Ald.* ‖ *Interrogationis signum in fine versus posui* 317 que (e supra) (*sic* = *quaeve*) L ‖ arua V 1 arma L arma (u supra) V 318 haut L ‖ stilico L V 1 319 nostras nomen *sic* G *corr. in ed. pr. Flor.* nomen nostras V L nostras nomen V 1 320 stilicone L V 1 ‖ tetendit (†ro supra) V 322 languidus (†lividus supra) V

Lustralem sic rite facem, cui lumen odorum
Sulphure caeruleo nigroque bitumine fumat,
Circum membra rotat doctus purganda sacerdos,
Rore pio spargens et dira fugantibus herbis
Numina purificumque Iovem Triviamque precatus,
Trans caput aversis manibus iaculatur in Austrum
Secum rapturas cantata piacula taedas.
  Acrior interea visendi principis ardor
Accendit cum plebe patres et saepe negatum
Flagitat adventum. Nec tali publica vota
Consensu tradunt atavi caluisse per urbem,
Dacica bellipotens cum fregerat Ulpius arma
Atque indignantes in iura redegerat Arctos,
Cum fasces cinxere Hypanin mirataque leges
Romanum stupuit Maeotia terra tribunal.
Nec tantis patriae studiis ad templa vocatus
Clemens Marce redis, cum gentibus undique cinctam
Exuit Hesperiam paribus Fortuna periclis.
Laus ibi nulla ducum; nam flammeus imber in hostem
Decidit: hunc dorso trepidum fumante ferebat
Ambustus sonipes; hic tabescente solutus
Subsedit galea liquefactaque fulgure cuspis
Candυit et subitis fluxere vaporibus enses.
Tunc contenta polo mortalis nescia teli

324—330 *Gesnerus obscuros habet; at non puto quidquam mutandum esse vel quidquam excidisse: ipse bene locum explicavit* 324 sic VLV1 tum G ‖ rite V triste LV1 ‖ + cui G (*sic*) [*cf. In Ruf. I, 252 app. crit.*] 325 Sulphure VL Sulfure V1 326 menbra V ‖ rotat G 328 purificumque GgV terrificumque LV1 lustrificumque *olim coniecit* H 329 adversis V1 334 caluisse (a *ex* o *corr. m. II*) L 335 Dacica gVV1 Datica L ‖ bellipotens V ‖ fregerat GV̂V1 fregerit L 336 redegerat GV1 redegeret (e *post* d *corr. m. II ex* i) V redegerat L ‖ arthos L arctos V1 337 cinxere fasces *sic corr.* G *in ed. pr. Flor.* ‖ hipanī L ypanī (ī *in ras.*) V1 338 maeotia G meotia V meothica L meotica V1 339 Nec G 340 marce *quis primus correxerit nescio*, H *in uno deter. invenisse testatur Clercq* marte VLV1 ‖ redens V 342 ibi] i. (i *sup. lin. m. I ?*) L ‖ ynber L 343 fumante V flammante LV1 345 Subsedit VV1 Subsedit L Subsidit H *ex deterr.* 347 Tū V ‖ contēpta V1

Pugna fuit: Chaldaea mago seu carmina ritu
Armavere deos, seu, quod reor, omne Tonantis
Obsequium Marci mores potuere mereri.
  Nunc quoque praesidium Latio non deesset Olympi,
Deficeret si nostra manus. Sed providus aether
Noluit humano titulos auferre labori,
Ne tibi iam princeps soceri sudore paratam,
Quam meruit virtus, ambirent fulmina laurum.
  Iam totiens missi proceres responsa morandi
Rettulerant, donec differri longius urbis
Communes non passa preces penetralibus altis
Prosiluit vultusque palam confessa coruscos
Impulit ipsa suis cunctantem Roma querelis:
  Dissimulata diu tristes in amore repulsas
Vestra parens Auguste queror. Quonam usque tenebit
Praelatus mea vota Ligus vetitumque propinqua
Luce frui Rubicon vicino numine Thybrin
Torquebit spatiis discernens gaudia parvis?
Nonne semel sprevisse sat est, cum reddita bellis
Africa venturi lusit spe principis urbem?
Nec duras tantis precibus permovimus aures?
Ast ego frenabam geminos, quibus altior ires,
Electi candoris equos et nominis arcum
Iam molita tui, per quem radiante decorus

348 caldea V L V1 ‖ *In marg. huius versus qui* G *scripsit in ed. pr. Flor. hoc signum apposuit* + ‖ carmina] numina g 350 marci G V marti L V1 ‖ potuere G 351 olimpi V L V1 353 aufferre L 355 fulgura *coniecit* H 356 promissa, *in marg.* responsa V1 ‖ morantis *coniecit Paul l. c. p. 10* 357 differri (i *posterius in ras.*) V1 ‖ urbē^{is} (*sic*) L 358 altis (l *ex* r *corr.*) V1 359 Prosiliit V1 ‖ coruschos L 360 qua^{l}erelis *sic in ed. pr. Flor.* G *corr.* 362 anguste V1 363 ligus G V V1 lig̃ (= *ligur*) L 364 thybrim V tybrin L tybrim V1 365 discernens G V V1 decernens L ‖ *Exitus v. 364 et v. 365 transposui, leguntur enim in mss. variis scripturis omissis hoc modo:* Luce frui spatiis discernens gaudia parvis Torquebit Rubicon vicino numine Thybrin 366 Nonne semel sprevisse satis cum reddita bellis *sic hic versus totus descriptus, quia deerat in ed. pr.* G ‖ sat est V L V1 satis G 367 Affrica V L V1 ‖ spe lusit V1 368 Non L Num H *coniecisse dicit Clercq* 369 Ast G ‖ gemin$^{† os}$is V 370 Electṛi V

Ingrederere toga, pugnae monumenta dicabam,
Defensam titulo Libyam testata perenni.
Iamque parabantur pompae simulacra futurae
Tarpeio spectanda Iovi, caelata metallo
Classis ut auratum sulcaret remige fluctum,
Ut Massyla tuos anteirent oppida currus
Palladiaque comas innexus harundine Triton
Edomitis veheretur aquis et in aere trementem
Succinctae famulum ferrent Atlànta cohortes.
Ipse Iugurthinam subiturus carcere poenam
Praeberet fera colla iugo vi captus et armis,
Non Bocchi Syllaeque dolis. Sed prima remitto.
Nunc praesens etiam Getici me laurea belli
Declinare potest? Sedesne capacior ulla
Tantae laudis erit? Tua te benefacta morantem
Conveniunt meritisque suis obnoxia virtus
Quos servavit amat. Iam flavescentia centum
Messibus aestivae detondent Gargara falces
Spectatosque iterum nulli celebrantia ludos
Circumflexa rapit centenus saecula consul:
His annis, qui lustra mihi bis dena recensent,
Nostra ter Augustos intra pomoeria vidi
Temporibus variis, eadem sed causa trophaei
Civilis dissensus erat. Venere superbi,
Scilicet ut Latio respersos sanguine currus

372 monumenta *corr. m. II in* monimenta *una litterae* u *lineola erasa* L monimenta V1 ‖ dicabam VLV1 docebam G 373 Defensam G ‖ lybiam L libiam V1 ‖ perhenni VL perhempni V1 376 7 [ú] (*sic* = et [ut]) V1 ‖ auratum — fluctum GVLV1 auratos — fluctus *editt.* aurato — fluctus *Gesnerus* 377 massila LV1 378 arundine V1 379 Edomitus V1 ‖ aquis VV1 ęquis [a] L ‖ here V1 ‖ trementi *coniecit* H 380 athlanta VLV1 381 iugurtinam VLV1 383 Non G ‖ bochi L bocci V1 ‖ syllaeque G sylleque VL silleque V1 384 Nunc GV1 Num VL ‖ gethici L 385 sedesve V ‖ capacior G 387 suis VLV1 tuis H *cum deterr.* 388 Quos V Quod V1 Quod L (d *ex corr. m. II?*) 389 detundent L 390 Spectatosque VV1 Spectatos (que *om.*) L 392 Hiis V1 ‖ annis [† nus] L ‖ michi V ‖ recensent V1 recenset [† sent] L recenset V 393 pomeria VV1 pomaria L ‖ vidit V viai [d † dit] (*sic*) L 394 trophei VLV1 trophaeis H *ex uno deter.* 396 respersus [o] V

Aspicerem. Quisquamne piae laetanda parenti
Natorum lamenta putet? Periere tyranni,
Sed nobis periere tamen. Cum Gallica vulgo
Proelia iactaret, tacuit Pharsalica Caesar.
Namque inter socias acies cognataque signa
Ut vinci miserum, nunquam vicisse decorum.
Restituat priscum per te iam gloria morem
Verior et fructum sincerae laudis ab hoste
Desuetum iam redde mihi fultosque furoris
Interni spoliis sontes absolve triumphos.
Quem precor ad finem Laribus seiuncta potestas
Exsulat imperiumque suis a sedibus errat?
Cur mea quae cunctis tribuere Palatia nomen
Neglecto squalent senio, nec creditur orbis
Illinc posse regi? Medium non deserit unquam
Caeli Phoebus iter, radiis tamen omnia lustrat.
Segnius an veteres Histrum Rhenumque tenebant,
Qui nostram coluere domum, leviusve timebant
Tigris et Euphrates, cum foedera Medus et Indus
Hinc peteret pacemque mea speraret ab arce?
Hic illi mansere viri, quos mutua virtus
Legit et in nomen Romanis rebus adoptans
Iudicio pulchram seriem, non sanguine duxit.
Hic proles atavum deducens Aelia Nervam
Tranquillique Pii bellatoresque Severi.
Hunc civis dignare chorum conspectaque dudum

398 putet *deterr.* putat V L V1 ‖ periere V favere L V1 ‖ tiranni V tyrannis L tirannis V1   400 pharsalica G L farsalia V pharsalia V1   402 decorem L   405 Desuetum V V1 Dissuetum L ‖ mihi [c] V ‖ fultosque [I] g fu//tosq; (*sic* = *fultosque*) G iustisq; [sūptis] V sūptisq; L V1   406 Interni *scripsi* Hesternis V Externi L V1 ‖ sontesque *temptat* H   407 precor [ad] finem V   408 Exulat G V L V1   409 Cur G   410 Neglectos L   413 rhenum histrumq; V1 ‖ hystrum L ‖ *Ad hunc versum hoc signum* ⁜ *in exemplari ed. pr. Flor. apposuit qui* G *scripsit* ‖ tenebant G   414 *m. II in marg. add. nam deerat* L ‖ leviusve G V leviusq; L meliusne V1 leviusne *editt. et unus deter. Heinsii* ‖ timebant V L V1 tremebant H *ex uno deter.*   415 Tygris L ‖ eufrates V V1 euffrates L   417 unica virtus *temptavit* H2 H3 martia *etiam* H *coniecisse dicit Clercq*   418 adobtans V1   419 pulcram V1   420 adavum *proponit Gesnerus* ‖ ęlia V helia L elia V1   422 Hunc — chorum V Hoc — forum L V1 ‖ civis] citius V1 ‖ cospectaque V1

Ora refer, pompam recolens ut mente priorum,
Quem tenero patris comitem susceperat aevo,
Nunc duce cum socero iuvenem te Thybris adoret.
Orantem medio princeps sermone refovit:
Nunquam aliquid frustra per me voluisse dolebis
O dea, nec legum fas est occurrere matri.
Sed nec post Libyam — falsis ne perge querelis
Incusare tuos — patriae mandata vocantis
Sprevimus. Advectae misso Stilichone curules,
Ut nostras tibi Roma vices pro principe consul
Impleret generoque socer. Vidistis in illo
Me quoque. Sic credit pietas, non sanguine solo,
Sed claris potius factis experta parentem.
Cuncta quidem centum nequeam perstringere linguis,
Quae pro me mundoque gerit: sed ab omnibus unum,
Si fama nondum patuit, te Roma docebo
Subiectum nostris oculis et cuius agendi
Spectator vel causa fui. Populator Achivae
Bistoniaeque plagae, crebris successibus amens
Et ruptas animis spirans immanibus Alpes,
Iam Ligurum trepidis admoverat agmina muris,
Tutior auxilio brumae, quod gentibus illis
Frigore consuetis favet inclementia caeli,

423 refers V ‖ ut G ‖ ut mente G L V 1 sumente [b] V ‖ priorum V priorem L porū [i] (*sic*), *in marg.* priorem V 1 425 thybris V tybris L V 1 ‖ adorat [e] L 426 princes [p] L 427 aliquid] ad [i] V 1 ‖ docebis [l] V 428 neglectum G nec legum, *in marg. m. II* nec longum V nec longum [† nō legum:] L nec longum [e] V 1 ‖ ocurrė L ‖ matris L 429 Sed nec V ‖ lybiam V libiam L V 1 ‖ querellis G 431 stilicone V L V 1 432 nostras *in ras. m. I add.* L 434 sic credit] sicredit [c] V ‖ credit G V L V 1 ‖ non G 435 parentes *corr. m. II in* parentem L 437 pro me] rome, *in marg. m. rec.* ꝓ me V ‖ mundo [q;] L ‖ gerat [i] V 1 438 nondum V 1 necdum V L ‖ necdum potuit [a] fama *sic corr. ed. pr. Flor.* G 439 cuius G 442 spirans L spirās, *in marg. m. II* superans V 1 sperans V miris [n] V 1 444 quod gentibus V 1 quo gentibus V quam gentibus L 445 Federe [† frigore] L Frigore V 1 Sidere V ‖ consueti [s] (s *m. rec. add.*) V consuetis L V 1

Meque minabatur calcato´obsidere vallo,
Spem vano terrore fovens, si forte remotis
Praesidiis, urgente metu, qua vellet, obirem
Condicione fidem: nec me timor impulit ullus
Et duce venturo fretum memoremque tuorum
Roma ducum, quibus haud unquam vel morte parata
Foedus lucis amor pepigit dispendia famae.
Nox erat et late stellarum more videbam
Barbaricos ardere focos: iam classica primos
Excierant vigiles, gelida cum pulcher ab Arcto
Adventat Stilicho. Medius sed clauserat hostis
Inter me socerumque viam pontemque tenebat,
Addua quo scissas spumosior incitat undas.
Quid faceret? Differret iter? Discrimina nullas
Nostra dabant adeunda moras. Perrumperet agmen?
Sed paucis comitatus erat. Nam plurima retro,
Dum nobis properat succurrere, liquerat arma
Extera, vel nostras acies. Hoc ille locatus
Ancipiti, longum socias tardumque putavit
Exspectasse manus et nostra pericula tendit
Posthabitis pulsare suis mediumque per hostem
Flammatus virtute pia propriaeque salutis
Immemor et stricto prosternens obvia ferro
Barbara fulmineo secuit tentoria cursu.
Nunc mihi Tydiden attollant carmina vatum,

446 calcatum *coniecit Schraderus* 447 fav^o^ens L ‖ si L †nisi si V1 ni V 450 Hoc duce *coniecit Scaliger* 451 haut LV1 453 Nox erat et late V Mox et per latium LV1 ‖ latium stellarum G (*sed ed. pr. etiam habet antea* Mox et per) 455 art^h^o V1 456 Advenit V1 ‖ stilico V s^h^tilico L 457 me ~~et~~ *sic corr. in ed. pr. Flor.* G ‖ socerum^que^ pontem viam~~que~~ *sic corr. in ed. pr. Flor.* G socerumque viam pontemque g socerumque viam pontemque VV1 socerum pontemque viamque L 458 Adua L ‖ scissas V sci^ss^thicas L (= *scissas*) fissas V1 459 de^iff^ferret L 460 ad eunda L ‖ perrumperet G 462 arma] arva g 463 Extera g ‖ hoc G ‖ locatus GVV1 loc^u^atus L 464 longum *sup. lin. add. m. II* L 465 Expectasse VLV1 467 pia] sua L 468 praesternens *coniecit Scaliger* ‖ o͞ia *pro* obvia L 469 tentori^a^ (a *m. II add.*) V1 470 Nunc tibi V ‖ tididen V titidē LV1

Quod iuncto fidens Ithaco patefacta Dolonis
Indicio dapibusque simul religataque somno
Thracia sopiti penetravit ad agmina Rhesi
Graiaque perduxit captos ad castra iugales,
Quorum, si qua fides augentibus omnia Musis,
Impetus excessit Zephyros candorque pruinas.
Ecce virum, taciti qui nulla fraude soporis
Ense palam sibi pandit iter remeatque cruentus
Et Diomedeis tantum praeclarior ausis,
Quantum lux tenebris manifestaque proelia furtis.
Adde quod et ripis steterat munitior hostis,
Et cui nec vigilem fas est componere Rhesum:
Thrax erat, hic Thracum domitor. Non tela retardant,
Obice non haesit fluvii. Sic ille minacem
Tyrrhenam labente manum pro ponte repellens
Traiecit clipeo Thybrin, quo texerat urbem,
Tarquinio mirante Cocles mediisque superbus
Porsennam respexit aquis. Celer Addua nostro
Sulcatur socero. Sed cum transnaret, Etruscis
Ille dabat tergum, Geticis hic pectora bellis.
Exsere nunc doctos tantae certamine laudis
Roma choros, et quanta tuis facundia pollet
Ingeniis, nostrum digno sonet ore parentem.

471 Qui V1 ‖ uīcto V1 ‖ ytaco L itaco V1 472 sonno L sompno V1 473 Tracia L V1 ‖ penetravit G penetraverit V L V1 penetravit ad *scripsi* ‖ resi V1 474 Grataque (i *suprascr.*) V1 Grataque VL ‖ perduxit G rettulerit VV1 pertutit L 475 sica (q̄ *suprascr.*) (*sic*) *pro* si qua V1 476 zephiros LV1 477 nulla qui V1 479—480 tantum — Quantum VLV1 tanto — Quanto *voluit* H *cf. de cons. Stil., v. 379—380, ubi nihil mutavisse mallem* 480 tenebis (*sic*) V1 482 cui nec G ‖ fas sit *coniecit* H2H3 ‖ resnm V1 483 Trax LV1 ‖ tracum LV1 ‖ Thrax ille, hic Thracum domitor *vel* Thrax erat is, Thracum hic domitor *coniecit* H2H3 485 Thyrrenam V Tirrenam LV1 ‖ Tyrrhenum — manu *coniecit Barthius ed. II et sic malit* H3 ‖ p pon–te (re *suprascr.*) pellens (re *m. rec.*) V 486 thybrin V tibrin L tibrim V1 488 despexit H *maluisse testatur Clercq* 489 Sulcatur V Sulcat̄ L Sulcatus V1 ‖ ethruscis L 490 gethicis L telis *coniecit Scaliger et Schraderus*, *idem* H *coniecisse dicit Clercq* 491 Exere VLV1 ‖ certamine VL certamina (e *suprascr.*) V1 certamina *defendit* H *cum deterr.* 492 et g

Dixit et antiquae muros egressa Ravennae
Signa movet, iamque ora Padi portusque relinquit
Flumineos, certis ubi legibus advena Nereus
Aestuat et pronas puppes nunc amne secundo,
Nunc redeunte vehit nudataque litora fluctu
Deserit, Oceani lunaribus aemula damnis.
Laetior hinc Fano recipit Fortuna vetusto
Despiciturque vagus praerupta valle Metaurus,
Qua mons arte patens vivo se perforat arcu
Admisitque viam sectae per viscera rupis,
Exsuperans delubra Iovis saxoque minantes
Appenninigenis cultas pastoribus aras.
Quin et Clitumni sacras victoribus undas,
Candida quae Latiis praebent armenta triumphis,
Visere cura fuit. Nec te miracula fontis
Praetereunt, tacito passu quem si quis adiret,
Lentus erat: si voce gradum maiore citasset,
Commixtis fervebat aquis; cumque omnibus una
Sit natura vadis, similes ut corporis umbras
Ostendant, haec sola novam iactantia sortem
Humanos properant imitari flumina mores.
Celsa dehinc patulum prospectans Narnia campum
Regali calcatur equo rarique coloris
Non procul amnis abest, urbi qui nominis auctor

494 antiquae] antiq̄ L ‖ muris V1 495 reliquit V1 497 puppes G ‖ anne V1 ‖ secundo L V1 ret^{r}uso V 498 nudataque G ‖ li=tore V littora L 499 occeani V L V1 ‖ dampnis V L V1 500 hinc] h^{c} (= *hic*) L ‖ fa=no V1 501 Despic^{i}turque V1 502 ^{b}pforat ^{a}uiuo se V 503 Admisitque V L Admi^{t}situe V1 504 Exuperans V Exup^{ras}erans L 505 Appenninigenis G V L Appenni nigenis V1 506 ^{cl}ditunni V clitunni L clitūni V1 507 quae] $^{\times}$qui (*sic*) (*cf. In Ruf. I, 252 app. crit.*) G 508 fuit] trahit *coniecit* H2 H3 509 quem] ^{a}q *corr. m. II in* q̃ L 510 ^{r}eat V1 ‖ se moxque gradu *coniecit* H si forte gradum *voluit Burmannus* 511 Commixtis V L V1 Commotis *deterr.* Admissis *coniecit* H2 H3 512 ūbras V1 unbras L undas *corr. m. II in* unbras, *sup. lin. m. II add.* umbras V 513 Ostendant g 515 nar^{u}nia V na^{c}ria V1 517 ānnis (*sic*) L annis V1 ‖ urbis V

Ilice sub densa silvis artatus opacis
Inter utrumque iugum tortis anfractibus albet.
Inde salutato libatis Thybride lymphis
Excipiunt arcus operosaque semita vastis
Molibus et quidquid tantae praemittitur urbi.

Ac velut officiis trepidantibus ora puellae
Spe propiore tori mater sollertior ornat
Adveniente proco vestisque et cingula comit
Saepe manu viridique angustat iaspide pectus
Substringitque comam gemmis et colla monili
Circuit et bacis onerat candentibus aures:
Sic oculis placitura tuis insignior auctis
Collibus et nota maior se Roma videndam
Obtulit. Addebant pulchrum nova moenia vultum,
Audito perfecta recens rumore Getarum.
Profecitque opifex decori timor et vice mira,
Quam pax intulerat, bello discussa senectus:
Erexit subitas turres cinctosque coegit
Septem continuo montes iuvenescere muro.

Ipse favens votis solitoque decentior aer,
Quamvis assiduo noctem foedaverat imbre,
Principis et Solis radiis detersa removit

† t'
518 artatus G (*sic iam legit Scaliger*) arctatur V artatur L artat̃ (= *artatur*) *corr. rasura in* artat' (= *artatus*) V1 arcuatus *coniecit* H
r
519 amfractibus LV1 520 libratis L ‖ thybide V tybride L
n +
tibride V1 ‖ lymphis *sic corr. in ed. pr. Flor.* G lymphis V limphis LV1 521 vastis *corr. m. II ex* vastos V1 522 quicquid VLV1
h
523 velud V1 524 propiore G ‖ thori VLV1 525 pro *pro* proco
† s
V ‖ vestisque G vestesque VLV1 ‖ cingula V1 528 baccis VV1
h
onerat V honerat LV1 ‖ candentibus honerat V1 529 occulis L
† auge // . //
531 Optulit G ‖ addebant V1 ‖ pulcrum LV1 532 rumore recens perfecta V1 ‖ getharum L 533 Profecitque] Profecit L ‖ tumor V1 ‖
/ / † cunctos
timore tui ce (*sic*) V 535 cinctosque V1 536 montes LV1 colles
/ /
V 537 serenior *coniecit* H2H3 538 fedaverat VLV1 foedaverit *deterr. nonnulli* ‖ imbre VLV1 imbri *deterr. nonnulli*

Nubila. Namque ideo pluviis turbaverat omnes
Ante dies lunamque rudem madefecerat Auster,
Ut tibi servatum scirent convexa serenum.
  Omne Palatino quod pons a colle recedit
Mulvius et quantum licuit consurgere tectis,
Una replet turbae facies: undare videres
Ima viris, altas effulgere matribus aedes.
Exsultant iuvenes aequaevi principis annis,
Temnunt prisca senes et in hunc sibi prospera fati
Gratantur durasse diem moderataque laudant
Tempora, quod clemens aditu, quod pectore, solus
Romanos vetuit currum praecedere patres;
Cum tamen Eucherius, cui regius undique sanguis
Atque Augusta soror, fratri praeberet ovanti
Militis obsequium: sic illum dura parentis
Instituit pietas in se vel pignora parci,
Quique neget nato, procerum quod praestet honori.
Haec sibi cura senum, maturaque comprobat aetas;
Idque inter veteris speciem praesentis et aulae
Indicat, hunc civem, dominos venisse priores.
  Conspicuas tum flore genas, diademate crinem
Membraque gemmato trabeae viridantia cinctu
Et fortes umeros et certatura Lyaeo
Inter Erythraeas surgentia colla smaragdos

540 namque VL iamque G nam (*sic*) V1 pluviis ideo *sic corr.* G *in ed. pr. Flor.* ideo pluviis VL pluviis ideo V1 541 austro (†auster) V1 543 quod G ‖ pons a] sponsa L 544 Mulvius GV Milvius LV1 ‖ et quantum] in quantum V 545 undare (†uno ore) L uno ore, *in marg. m. II* undare V1 546 viris (*alterum* i *in lit. m. II add.*) V 547 Exultant VLV1 548 Tempnunt VLV1 ‖ fati LV1 fata V 550 habitu *malim* ‖ quod pectore GVV1 quod tempore (pectore) (*sic*) L ‖ *verborum ordo vix sanus, fortasse* solus *et* clemens *transponenda, ut* us *producto* (*cf. vol. I, praef. p. LXVI*) *legatur* quod solus habitu, quod pectore clemens 554 obsequium V officium LV1 555 parti V1 556 quod G q V1 ‖ prestat V pstat (e) L pstet V1 557 Hec G Haec g 558 veteres (i) V veteris LV1 560 Conspicuo (†as) V Conspicuas *corr. m. II ex* Conspicuo L Conspicuas V1 ‖ tum G 561 Menbraque V ‖ viridantia (e) V viridantia L viridantia (†radiantia) V1 562 humeros VLV1 ‖ lyeo V lieo LV1 563 eritreas (i *corr. m. rec. in* y) V ericteas L erictreos V1 ‖ zmaragdos V

Mirari sine fine nurus, ignaraque virgo,
Cui simplex calet ore pudor, per singula cernens
Nutricem consultat anum: quid fixa draconum
Ora velint? ventis fluitent, an vera minentur
Sibila suspensum rapturi faucibus hostem?
Ut chalybem indutos equites et in aere latentes
Vidit cornipedes: Quanam de gente, rogabat,
Ferrati venere viri? Quae terra metallo
Nascentes informat equos? Num Lemnius auctor
Indidit hinnitum ferro simulacraque belli
Viva dedit? Gaudet metuens et pollice monstrat,
Quod picturatas galeae Iunonia cristas
Ornet avis, vel quod rigidos vibrata per armos
Rubra subaurato crispentur serica dorso.
  Tunc tibi magnorum mercem Fortuna laborum
Persolvit Stilicho, curru cum vectus eodem
Urbe triumphantem generum florente iuventa
Conspiceres illumque diem sub corde referres,
Quo tibi confusa dubiis formidine rebus
Infantem genitor moriens commisit alendum.
Virtutes variae fructus sensere receptos:
Depositum servasse Fides; Constantia parvum
Praefecisse orbi; Pietas fovisse propinquum.
Hic est ille puer, qui nunc ad rostra Quirites
Evocat et solio fultus genitoris eburno
Gestarum patribus causas ex ordine rerum
Eventusque refert veterumque exempla secutus

564 fine/nurus L ‖ ignat[r]aque V1 565 simplex VV1 supplex G s/uplex L ‖ cernens] currens *temptat Burmannus* 567 vel intuenti/s (*sic*) V ‖ fluitent G 568 suspensam V1 569 chalibē g calibē V1 calibe VL ‖ īduços[t] V inductos L indutos V1 ‖ latentes [† nitentes] L 571 quae] q̄ L 572 Nascentes G ‖ informet V ‖ num] n̄ (= *non*) L ‖ lennius VV1 lēpnius L 573 Indidit V Addidit LV1 ‖ belli V bello[i] L bellis V1 575 galea[c] V galęę L galee V1 576 quod G ‖ vibrata [† ornata] V 577 sub erato V sub aurato V1 578 sese [† mercē] V 579 stilico LV1 581 referres G 588 fluctus[l] L 590 sequutus V

Digerit imperii sub iudice fata senatu.
Nil cumulat verbisque nihil fiducia celat.
Fucati sermonis opem mens conscia laudis
Abnuit. Agnoscunt proceres habituque Gabino
Principis et ducibus circumstipata togatis
Iure paludatae iam curia militat aulae.
Affuit ipsa suis ales Victoria templis
Romanae tutela togae: quae divite palma
Patricii reverenda fovet sacraria coetus
Castrorumque eadem comes indefessa tuorum
Nunc tandem fruitur votis atque omne futurum
Te Romae seseque tibi promittit in aevum.
Hinc te iam patriis Laribus via nomine vero
Sacra refert. Flagrat studiis concordia vulgi,
Quam non illecebris dispersi colligis auri,
Nec tibi venales captant aeraria plausus
Corruptura fidem. Meritis offertur inemptus
Pura mente favor. Nam munere carior omni
Obstringit sua quemque salus. Procul ambitus erret:
Non quaerit pretium, vitam qui debet amori.
O quantum populo secreti numinis addit

591 fata *coniecit* H *cum deter.* facta V fc̄a L facta V1 592 verbisque GVV1 verbis q; L ‖ nihil *sic corr.* G *in ed. pr. Flor.* (= *nil*) nichil VV1 593 Fucati V1 Fuçati (c *in linea in lit. m. II add. pro* g) V Fuscati L ‖ opē V1 ‖ nescia fraudis H *coniecisse dicit Clercq*

596 paludate GVLV1 *in marg. m. II* L *add.* † iure pio laute † laudate, *in marg. m. II in* V1 *add.* † iure pio laute 597 Affuit VLV1 ‖ ales gV talis LV1 598 palma H *coniecisse Clercq testatur* parma G penna V penna † pompa L pompa † penna V1 ‖ fuit *corr. ita* fuet (o) V 601 votis VLV1 iunctis *deterr. nonnulli* 602 promittit † per L 603 patriis V1 605 inlecebris (l) V

607 infertur L ‖ inemptu(s) *corr. m. rec. ex* inemptis V 608 munere GVL munime (munere) V1 609 Obstringit GV1 Obstrinxit V Obstringit (a) (O *praeterea m. II corr. in* A) L ‖ anbitus L ‖ erret GV errat LV1 610 querit VLV1 quaerat G ‖ pretio *coniecit* H3 *et Schraderus* ‖ delet *corr. in* debet V 611 nominis (v) V nominis † numinis L numinis (favoris) V1 (*in marg. m. II* † nois)

Imperii praesens genius quantamque rependit
Maiestas alterna vicem, cum regia circi
Conexum gradibus veneratur purpura vulgus
Assensuque cavae sublatus in aethera vallis
Plebis adoratae reboat fragor unaque totis
Intonat Augustum septenis arcibus echo.
Nec solis hic cursus equis: assueta quadrigis
Cingunt arva trabes, subitaeque aspectus harenae
Diffundit Libycos aliena valle cruores.
Haec et belligeros exercuit area lusus.
Armatos hic saepe choros certaque vagandi
Textas lege fugas inconfusosque recursus
Et pulchras errorum artes iucundaque Martis
Cernimus, insonuit cum verbere signa magister
Mutatosque edunt pariter tot pectora motus
In latus allisis clipeis aut rursus in altum
Vibratis: grave parma sonat mucronis acuti
Murmure et umbonum pulsu modulante resultans
Ferreus alterno concentus clauditur ense.
Una omnis submissa phalanx tantaeque salutant

612 *ad* species *in ed. pr. Flor. add. in marg.* l' genius G generis g species V spes LV1 genius *deterr.* 614 Conexum VL Connexum V1 Convexum *pauci deterr.* 615 Assensuque V Consensuque LV1 617 arcibus VL collibus V1 ‖ eccho LV1

† assu † aducta † t † tin
618 advecta L assueta V1 619 Cingunt V1 Cingunt L Tingunt *defendit* H ‖ arva L arma V1 ‖ trabes Gg tbes V tygres L tigres V1 ‖ arene V1 ‖ Cingunt rava tigres *coniecit Scaliger*, *quod* H *se non intellegere affirmat* 620 Diffundit V ‖ lybicos V libicos LV1

621 area G ‖ lusus] ludos V1 623 recessus V 624 pulcras GLV1 ‖ errorum VL eorum, *m. II in marg.* hero errorum V1 erronum *coniecit* H2H3 ‖ artes VLV1 acies *Claverius ex suis libris* ‖ iocundaque VLV1 626 Mutatosque *ex Plant.* H1 Mutatos VLV1 ‖ tot G 627 allisis G 628 gravis L ‖ acutū VL acuti V1 629 Murmur VLV1 628—629 mucronis acuti Murmure (*seu* acuto) *voluit* H1 ‖ grave parma sonat, mucronis acutum Murmura (*scil.* sonant) *temptant* H2H3 ‖ modulante (e *pro* ē) L ‖ resultans VL resultat V1 630 cocentus (*sic*) G ‖ plauditur *coniecit Scaliger* 631 submissa V submixta *corr. m. I* (?) *in* submissa L subnixa V1 ‖ phalans V1

Te princeps galeae. Partitis inde catervis
In varios docto discurritur ordine gyros,
Quos neque semiviri Gortynia tecta iuvenci,
Flumina nec crebro vincant Maeandria flexu.
Discreto revoluta gradu torquentur in orbes
Agmina. Perpetuis immoto cardine claustris
Ianus bella premens laeta sub imagine pugnae
Armorum innocuos Paci largitur honores.
Iamque novum fastis aperit felicibus annum
Ore coronatus gemino. Iam Thybris in uno
Et Bruti cernit trabeas et sceptra Quirini.
Consule laetatur post plurima saecula viso
Pallanteus apex. Agnoscunt rostra curules
Auditas quondam proavis desuetaque cingit
Regibus auratis fora fascibus Ulpia lictor:
Et sextas Getica praevelans fronde secures
Colla triumphati proculcat Honorius Histri.
Exeat in populos cunctis illustrior annus
Natus fonte suo; quem non aliena per arva
Induit hospes honos; cuius cunabula fovit
Curia; quem primi tandem videre Quirites;
Quem domitis auspex peperit Victoria bellis.
Hunc et privati titulis famulantibus anni
Et quos armipotens genitor retroque priores

semibruti † viri
633 giros V1 634 semiviri Gg semiferi L semiferi V semiferi
o
V1 ‖ gortynia V cortinia L V1 635 nec GVLV1 uel g 637 perpetuis *scripsi cf. vol. I praef. p. LXV* perpetuisque VLV1 ‖ in moto V1 ‖
leta / /
claustris VLV1 clathris g 638 leta VL sub, magine [*sic*] (m *pro* m *corr. m. II*, *in contextu* leta *deest*) V1 laetae *deter.* 641 thybris GV
e
tybris L tibris V1 645 dessuetaque G desuetaque VL disuetaque V1
† legib; ,
646 Regib; V Regib; (= *regius*) L Regius V1 ‖ lictor VV1 victor *corr. m. II in* lictor L 647 gethica L 648 hystri VL histri V1
v
649 annus GLV1 annis V 651 Imbuit *coniecit Scaliger* ‖
, i'
honor V1 ‖ cuius G cui (*sic*) V cu, (*sic! etiam* u *ex corr. m. II*
s; ille
L cui' V1 653 belt LV1 (= *bellis*) 654 tituli *corr. m. II in* titulis L titulus V1 655 retroque V regesque L retroque, *in marg. m. II* reges V1

Diversis gessere locis ceu numen adorent.
Hunc et quinque tui vel quos habiturus in urbe
Post alios Auguste colant: licet unus in omnes
Consul eas, magno sextus tamen iste superbit
Nomine praeteritis melior, venientibus auctor.

CL. CLAUDIANI

LAUS SERENAE.

(XXIX.)

Dic mea Calliope, tanto cur tempore differs
Pierio meritam serto redimire Serenam?
Vile putas donum, solitam consurgere gemmis
Et rubro radiare mari si floribus ornes
Reginae regina comam? sed floribus illis,
Quos neque frigoribus Boreas, nec Sirius urit
Aestibus, aeterno sed veris honore rubentes

656 gessere (egere *superscr.*) V1 ‖ adoret L 657 habiturus (es *superscr.*) V1 ‖ in urbē V
659 ēę (iste *superscr.*) V ‖ *Add. in* V1 *m. II post v. 660*

Protulit ī lum̄ actoris utruq; volumen
Quidlib; intactū du~cenſ gaudͩ' inactū ‖

Expt Paneguricus de Sexto consulatu Augusti. INC. de bello Gothico p̄fatio G DE COÑS HONOR̄ AVG EXPLICIT. INCIPIT EXCVSATIO PROSE V (*deinde incipit* deprecatio ad Hadrianum) *In* V1 *decem lineae vacuae relictae sunt, deinde incipit alter fasciculus, cf. Quaestt. critt. p. 11 et praef. Vol. I p. XXXVI*

LAVS SERENAE G *Ad inscriptionem* De eiusdem Serenae laude *quae est in exemplari Lugd. Aldinae add.* g uxoris Stiliconis ‖ INCIPIT LAVS SERENE V *Titulus deest in* A (= *Ambrosianus de quo vide vol. I, praef. p. XXXV*) LV1 1 D *initio deest in* A, *sed lacuna relicta est* ‖ mea] mihi L ‖ tanto cur GV cur tantum (*sic:* c̄ tm̄) AL cur tanto V1 ‖ tempora A ‖ cur tanta in tempora *cum schedis Gudianis coniecit* H 2 Pierio *add. m. II in lac.* A Pleno V1 3 solitis A 4 Aut rubro V ‖ sed floribus GVALV1 si floribus H *cum deterr. paucis* 6 syrius VLV1

Fons Aganippea Permessius educat unda,
Unde piae pascuntur apes et prata legentes
Transmittunt saeclis Heliconia mella futuris.
Dignius an vates alios exercuit unum
Femineae virtutis opus? Quod sponte redempto
Casta maritali successit Thessala fato,
Inque suos migrare virum non abnuit annos,
Hoc Grai memorant. Latiis movet ora Camenis
Praescia fatorum Tanaquil rediensque per undas
Cloelia Thybrinas et eodem flumine ducens
Claudia virgineo cunctantem crine Cybeben.
Anne aliud toto molitur carminis actu
Maeonii mens alta senis? Quod stagna Charybdis
Armavit, quod Scylla canes, quod pocula Circe;
Antiphatae vitata fames surdoque carina
Remige Sirenum cantus transvecta tenaces;
Lumine fraudatus Cyclops, contempta Calypso;
Penelopae decus atque viri, cui tanta paratur
Scaena pudicitiae; terrae pelagique labores
Et saevi totidem bellis quot fluctibus anni

8 aganipea ALV1 ‖ permessius Vg parnasidos G permesidos AV1 permessidos L ‖ educat] estuat V1 10 seclis *add. m. II in marg., nam deerat* A ‖ eliconia AL elyconia V1 11 Dignus ani (*sic*) vates V ‖ an] haud g ‖ alius V 12 quod sponte G qđ sponte VALV1 consorte *deterr. nonnulli* ‖ redempto] marito g 13 Cas^{s}ia (s *add. m. rec.*) V ‖ maritalis V 14 abnuit GV abnegat ALV1 15 grai GVV1 g^{a}ij (= *graii*) A graii L ‖ camenis GVALV1 camoenis *editt.* 16 fatorum VALV1 futuri G 17 Cloelia A Colchia LV1 ‖ thybrinas GV tibrinas ALV1 ‖ *Finis huius versus inde ab* et eodem *omissus est in* A, *item initium versus sequentis usque ad* virgineo (*incl.*), *ut v. 17 et 18 in unum contracti sint, sed quae deerant m. II in marg. add.* 18 cybeben G cybellen g cybellē *corr. m. rec. ex* cybenē V cibelem AV1 cybelē L 20 serus *pro* senis V1 ‖ charibdis G charybdis g caribdis VAL caripdis V1 21 Armavit GVALV1 Armarit H *recepit cum uno deteriore* ‖ scilla VALV1 22 Antifatae GV Antifate AL Antiphate V1 ‖ carine VV1 23 syrenum LV1 ‖ transiecta L 24 ciclops ALV1 ‖ calipso VALV1 25 Penelope GVALV1 ‖ decus atque viri cui tanta *scripsi cum* H1 decus atque uni cui tanta GAV1 decus est atque uni tanta V decus atque suum cui tanta L ‖ Penelopae decus aequaevum *coniecit Scaliger* ‖ paratur] pant̄ (*sic*) A paratu *coniecit Scaliger* 26 Scena GVALV1 27 Et sevi totidem GV Et totidem // sevi (*sic*) A Et totidem sevi LV1 ‖ quot *add. m. II in lacuna* A ‖ bello *voluit Scaliger*

Coniugii docuere fidem. Sit Claudia felix
Teste dea castosque probet sub numine mores
Absolvens puppisque moras crimenque pudoris;
Penelope trahat arte procos fallatque furentes
Stamina nocturnae relegens sollertia telae:
Non tamen audebunt titulis certare Serenae.
Quod si nobilitas cunctis exordia pandit
Laudibus atque omnes redeunt in semina causae,
Quis venerabilior sanguis? quae maior origo
Quam regalis erit? Non hoc privata dedere
Limina, nec tantum poterat contingere nomen
Angustis Laribus. Patruo te principe celsam
Bellipotens illustrat avus: qui signa Britanno
Intulit Oceano, Gaetuli reppulit arma.
Claram Scipiadum taceat Cornelia gentem
Seque minus iactet Libycis dotata trophaeis.
Cardine tu gemino laurus praetendis avitas.
Inde Caledoniis, Australibus inde parentum
Cingeris exuviis. Necdum moderamina mundi
Sumpserat illa domus, cum te Lucina beatis
Ederet astrorum radiis. O maxima rerum
Gloria! post genitam didicit regnare Serenam.
Quid dignum memorare tuis Hispania terris
Vox humana valet? Primo lavat aequore Solem
India: tu fessos exacta luce iugales
Proluis inque tuo respirant sidera fluctu;
Dives equis, frugum facilis, pretiosa metallis,

28 Coniugiis V ‖ sit GV1 sic VAL 30 pupisque A 32 sollertia V laertia GAV1 certissima L 33 certare GALV1 servare V 37 non hoc G V1 non ƀ (= *non haec*) A non hec L non te V ‖ hoc g 38 Lụmina A ‖ potuit AL ‖ nomen GVALV1 numen *cum deter.* H 39 patruo VV1 parvo GAL parva g ‖ celsam VV1 nomen GAL 41 occeano VALV1 ‖ getuli L getuli qui G getulaque VV1 getuliq; (o *supra*) (*sic*) A 42 scipiadū (ū *in ras. add. m. I*) A cipiadum LV1 43 libicis ALV1 ‖ dotata] iactata V 44 Cardineq; ī *pro* Cardine tu A ‖ laurus V *cf. VIII, v. 25* lauros GALV1 45 calydoniis G calidoniis ALV1 46 exuviis V excubiis GALV1 48 Ederet *coniecit Gevartius* Adderet GVALV1 49 serenę V 50 terris GVV1 regnis AL 51 primum *malit* H ‖ lavat GLV1 levat VA 52 ~~iug~~a luce (*sic*) G 53 respọrāt (i *supra*) A ‖ sydera L ‖ fluctu GV fluct' (= *fluctus*) A fluctus LV1

Principibus fecunda piis. Tibi saecula debent
Traianum: series his fontibus Aelia fluxit.
Hinc senior pater, hinc iuvenum diademata fratrum.
Namque aliae gentes, quas foedere Roma recepit
Aut armis domuit, varios aptantur in usus
Imperii: Phariae segetes et Punica messis
Castrorum devota cibo; dat Gallia robur
Militis; Illyricis sudant equitatibus alae.
Sola novum Latiis vectigal Hiberia rebus
Contulit Augustos. Fruges, aeraria, miles
Undique conveniunt totoque ex orbe leguntur:
Haec generat, qui cuncta regant. Nec laude virorum
Censeri contenta fuit, nisi matribus aeque
Vinceret, et gemino certatim splendida sexu
Flaccillam Mariamque dedit pulchramque Serenam.
  Te nascente ferunt per pinguia culta tumentem
Divitiis undasse Tagum. Callaecia risit
Floribus et roseis formosus Duria ripis
Vellere purpureo passim mutavit ovile.
Cantaber Oceanus vicino litore gemmas
Exspuit, effossis nec pallidus Astur oberrat
Montibus: oblatum sacris natalibus aurum

55 saecula] federa L 56 ęlia V elya AV1 helia L 57 senio L || $\overset{i}{h}$ (= *hic*) L 58 foedere G fędere V federe ALV1 59 auptantur V1 60 farię G 62 illiricis VALV1 Illyricae *coniecit* H || equitantibus L 64 $\overset{s}{\text{augusto}}$ (s *m. rec. add.*) V augusto V1 angustos L || aeria V 66 qui cuncta] q̄cũq; q̄ cuncta L 67 contemta *corr. m. I in* $\overset{t}{\text{contenta}}$ (*sic*) G contēpta AL || nec matribus L || equue V1 68 $\overset{\text{sexu}}{\text{cultu}}$ A 69 Flacillam L Faccillam V1 Facillam A || dedit *correxit Paul l. c. p. 9* daret GVALV1 || pulcramque AV1 || fserenam (*sic*) A 71 callecia GgVLV1 callētia A 72 duria *pro* durius *prima producta vix sanum; mihi in mentem venit* roseus formosis Astura ripis. *Astura fluit in Durium. At v. 75 sequitur* Astur, *fortasse vero v. 75—76* effossis — montibus *aliunde interpolatum est, ut alibi, cf. Carm. I, v. 49 et* H *apud Burm.*, *unde illud dicendi genus notissimum apud poetas recentiores fuisse satis elucet* || rippis AL 73 Vellere GLV1 Vellera VA || ovile LV1 ovili GVA 74 Occeanus ALV1 || littore VAV1 75 Exspuit A Expuit GVLV1 || efossis A || astur GVL austur V1 hist' (= *hister*) A 75—76 *cf. quae supra diximus ad. v. 72*

Ultro vena vomit; Pyrenaeisque sub antris
Ignea flumineae legere Ceraunia nymphae.
Quaeque relabentes undas aestumque secutae
In refluos venere palam Nereides amnes,
Confessae plausu dominam, cecinere futuris
Auspicium thalamis. Alio tum parvus in axe
Crescebat Stilicho votique ignarus agebat,
Debita cui longe coniunx penitusque remoto
Orbe parabatur tanti concordia fati.
  Nec tua mortalis meruit cunabula nutrix.
Ubera prima dabant gremiis redolentibus Horae
Ternaque te nudis innectens Gratia membris
Afflavit docuitque loqui. Quacumque per herbam
Reptares, fluxere rosae: candentia nasci
Lilia. Cum placido cessissent lumina somno,
Purpura surgebat violae factura cubile
Gramineum vernatque tori regalis imago.
  Omina non audet genetrix tam magna fateri
Successusque suos arcani conscia voti
Spe trepidante tegit. Gestabat Honorius arto
Te pater amplexu. Quotiens ad limina princeps
Theudosius privatus adhuc fraterna veniret,
Oscula libabat teque ad sua tecta ferebat
Laetior. In matrem teneris conversa querelis:

77 Ultro *scripsi* Vulgo GVALV1 ‖ vomit GLV1 movet VA ‖ pyreneisque GVV1 pireneisque A pyrreneisque L 78 legere] legem L ‖ nimphe VAV1 79 relabentes GgVLV1 relegentes A ‖ sequute V 80 nereydes V1 82 tunc AL 83 stilico AV1 ‖ habebat *pro* agebat V 87 gremio A ‖ Horae *Schottus, ut testatus est Clercq, idem Scaliger coniecit, restituit denique ex libro vetere (ms. ?) Claverius* aurę Gg aure VLV1 aulam A 88 te *sup. lin. add. m. II* A ‖ menbris VAV1 89 Afflavit VLV1 Affluxuit G Affluxit A ‖ quocūque A qđcūque L ‖ per herbam VLV1 p^h emum (*sic*) A p h^e mum (*sic*) G 90 Raptares A Restaures L ‖ fluxere come A ‖ nasci] passim *cum Burmanno laudat Paul. l. c. p. 8* 91 Lylia L ‖ Cum *scripsi* Si GVAL s; (= *sed*) V1 ‖ sompno V1 mūdo A 92 Purpura/// V (*in ras. erat una littera*) 93 vernatque tori *m. I in ras.* G vernatque thori VLV1 vernatque thorum A vernansque *coniecit Scaliger* ‖ ^z unales (= *vernales*) imago L 94 genitrix GVALV1 95 archani VALV1
96 arcto L 97 lumina A 98 Theodosius GVALV1 99 teque] atque A 100 conversa] confusa L ‖ querellis G

Quid me de propriis auferre Penatibus, inquis,
Imperat hic semper? Praesagia luserat error
Et dedit augurium regnis infantia linguae.
  Defuncto genitore tuo sublimis adoptat
Te patruus magnique animo solatia luctus
Restituens propius, quam si genuisset, amavit
Defuncti fratris subolem. Nec carior olim
Mutua Ledaeos devinxit cura Lacones.
Addidit et proprio germana vocabula nato,
Quaque datur, fratris speciem sibi reddit adempti.
Denique cum rerum summas electus habenas
Susciperet, non ante suis impendit amorem
Pignoribus, quam te pariter fidamque sororem
Litus ad eoum terris acciret Hiberis.
  Deseritur iam ripa Tagi Zephyrique relictis
Sedibus, Aurorae famulas properatur in urbes.
Incedunt geminae proles fraterna puellae,
Inde Serena minor, prior hinc Thermantia natu,
Expertes thalami, quarum Cythereia necdum
Sub iuga cervices niveas Hymenaeus adegit.
Utraque luminibus timidum micat: utraque pulchras
Excitat ore faces. Qualis Latonia virgo
Et solo Iove nata soror: cum forte revisunt
Aequorei sortem patrui, spumantia cedunt
Aequora, castarum gressus venerata dearum,

101 patriis *malit* H *pro* propriis ‖ Penatibus *in* A *deest*, *sed lac. sine rasura relicta* ‖ inquis G inquit VALV1 103 linguae] lōge A 105 magnoque L 106 gemuisset A ‖ amavit (avit *in litura m. 1 ?*) G 107 sobolem GVALV1 ‖ clarior G 108 lędeos G laedęos g ‖ devinxit GLV1 dilexit VA ‖ lacones VLV1 latones G lacenos A Laconas *editt. post* H *cum deter. uno* 110 ademti G 111 electus GV elatus AV1 delatus L 112 impendit GgALV1 intendit V 113 quante *pro* quam te A 114 Littus AV1 ‖ yonium L ‖ asciret V1 ‖ hyberis L 115 tagy L ‖ zephirique GVALV1 116 ad urbes VAL 118 minor *deest in* A ‖ $\overset{\text{i}}{\text{h}}$ (= *hic*) L ‖ thermantia g thermania V teremantia A thermatia V1 ‖ nutu L 119 thalamis LV1 ‖ cithereia VAV1 120 $\overset{\text{nive}}{\text{varias}}$ (*sic*) V ‖ hymeneus GVL himeneus AV1 121 luib (*sic! = luminibus*) A liminibus L ‖ timidum L *quod recepi, nam pudorem poeta significare vult* tumidum GVAV1 ‖ pulchras GL pulcras V1 pulchro V pulcro A 122 fasces L 124 Caerulei *coniecit Schraderus* ‖ fortem L 125 castrarum V1

Non ludit Galatea procax, non improbus audet
Tangere Cymothoen Triton totoque severos
Indicit mores pelago pudor ipsaque Proteus
Arcet ab amplexu turpi Neptunia monstra:
Tales sceptriferi visurae tecta parentis
Limen Honoriades penetrant regale sorores.
Ambas ille quidem patrio complexus amore;
Sed merito pietas in te proclivior ibat.
Et quotiens, rerum moles ut publica cogit,
Tristior aut ira tumidus flagrante redibat,
Cum patrem nati fugerent atque ipsa timeret
Commotum Flaccilla virum, tu sola frementem
Frangere, tu blando poteras sermone mederi.
Alloquiis haerere tuis: secreta fideli

* * *

Prisca puellares reverentia transilit annos.
Non talem Triviae confert laudator Homerus
Alcinoo genitam, quae, dum per litora vestis
Explicat et famulas exercet laeta choreis,
Auratam iaculata pilam post naufraga somni
Otia progressum foliis expavit Ulixen.
Pierius labor et veterum tibi carmina vatum
Ludus erant: quos Smyrna dedit, quos Mantua, libros
Percurrens, damnas Helenam nec parcis Elissae.
Nobiliora tenent animos exempla pudicos.
Laodamia sequens remeantem rursus ad umbras

126 galathea VALV1 127 cimothoen V1 chimotoē A cinothoen L ‖ totosque L totique *malit* H 128 Inducit L ‖ pelago mores A ‖ mores] memores L ‖ protheus GVALV1 133 inter *pro* in te G 134 aut publica V 135 aut — redibat *add. m. II in lacuna* A ‖ rediret L 137 faccilla A flacilla L ‖ frementes V 139 fideli GVALV1 fidelis *ex vett. editt. Gesnerus* ‖ *Post hunc versum unum alterumve deesse cum* H *certissime puto; in eo haud dubie poeta dixit Theodosium* 'secreta fideli' *cum Serena communicasse* 142 littora GALV1 ‖ vestis G vestes VALV1 143 choreis GVV1 chore[a]is A choreas L 144 pi[l]am L ‖ sompni AV1 145 ulixen GVA ulixem LV1 146 Pyerius V1 147 erant *cum uno det.* H erat GVALV1 ‖ smyrna Gg zmirna V smirma (*sic*) A smyrrina (*sic*) L smirna V1 148 dampn[a]is A dampnas LV1 ‖ helissae V 150 remeantem GV redeuntem ALV1

Phylaciden et prona ruens Capaneia coniunx
Communes ardente viro mixtura favillas
Et gravis incumbens casto Lucretia ferro,
Vulnere quae proprio facinus testata tyranni
Armavit patriae iustos in bella dolores
Exsule Tarquinio memorandaque concidit uno
Ulta pudicitiam libertatemque cruore.
Talia facta libens non tu virtute minore,
Sed fato meliore legis. Iam nubilis aetas
Principe sollicito votis erexerat aulam
Incertis, quem tanta tori fortuna maneret.
  Antiquos loquitur musarum pagina reges,
Quod dura sub lege procos certare iuberent,
Empturos thalamum dubii discrimine leti,
Et sua crudeles gauderent pignora mortis
Ambitione peti. Curru Pisaea marino
Fugit tela Pelops, nam perfidus obice rupto
Prodidit Oenomai decepti Myrtilus axem.
Hippomenes trepidus cursu ferroque secutam
Aurato volucrem flexit Schoeneida pomo.
Herculeas vidit fluvio luctante palaestras
Moenibus ex altis Calydon pretiumque labori
Deianira fuit, cum pectore victor anhelo

151 Fylaciden G Filaciden VA Philaciden L Philacidē V1 ‖ m//////, *in marg. m. II add.* ruens A 154 tiranni VAV1 155 pe (*sic*) *in marg. m. II* pate (= *patrie*) A 156 Exule GVALV1 159 nobilis V 160 aule V 161 Incertis GLV1 Ingentis *corr. littera* g *infra erasa in* Incertis V Incertus A Intentis *coniecit* H2H3 ‖ thori VALV1 163 dura GVL dira AV1 ‖ procos] viros A 164 discrimina V ‖ lęti V loeti G 166 pysea L ‖ marito *coniecit Scaliger* 167 Fugit tela LV1 Fudit tela A Fugit praeda G Fugit p̄da V *fortasse poeta scripsit* Fugit gaesa ‖ perfidus VAV1 fervidus Gg providus L ‖ rupto *scripsi* regis GVAV1 *quam aberrationem esse ad v. 162 puto* legis L 168 oenomai GL enomai VV1 enomay A ‖ decepti *scripsi* deceptus GVALV1 deceptum *recepit* H1 deceptor *temptat* H2H3 ‖ myrtulus G mirtholus A mirtulus L mirtolus V1 169 Hyppomenes G Hipomenes A Ypomenes L ‖ curru V1 ‖ sequutam VA 170 scheneida g sceneida ALV1 coeneida GV 172 calidon ALV1 ‖ laboris L 173 Deianyra V Deinaria V1 ‖ ~~eum~~ cum (*sic*) G ‖ victor] luctor V1 ‖ hanelo ALV1

Alcides fremeret retroque Acheloius iret
Decolor. Attonitae stringebant vulnera Nymphae;
Saucia truncato pallebant flumina cornu.
Te non Hesperidum pomis, non amne subacto,
Non socerum fallente rota, sed iudice dignus
Augusto, variis Stilicho spectatus in armis
Accipit et regni dotes virtute paravit.
Saepe duces meritas bello tribuere coronas:
Hunc cingit muralis honos, hunc civica quercus
Nexuit, hunc domitis ambit rostrata carinis.
Solus militiae mira mercede iugalem
Promeruit Stilicho socero referente coronam.
Agnovit patrui similem Thermantia curam:
Nupsit et illa duci. Sed longe fata sororis
Inferiora tuis. Alio tibi numine taedas
Accendit Romana Salus magnisque trophaeis
Coniugium fit causa tuum. Dilectus equorum,
Quos Phrygiae matres Argaeaque gramina pastae
Semine Cappadocum sacris praesaepibus edunt,
Primus honor. Gemino mox idem cardine duxit
Agmina commissosque labor sic gessit honores,

174 Alchides V1 ‖ fremeret GVALV1 premeret H *cum nonnullis deterr.* 175 stringebat V ‖ funera A ‖ nimphe VA 176 squalebant *coniecit* H ‖ flumina] tempora H *coniecisse testatur Burmannus* lumina *Hertelius temptavit progr. Torgav. 1848, p. IX* 179 stilico V1 180 Accipit g 181 meritis VA 182 honos *editt.* honor GVALV1 hunc civica *add. m. II in lac. sine ras.* A 183 ambito strata (*sic*) V ambit rostra[cta]ta (*sic corr. m. I*) G 184 mirā (= *miram*) V 185 stilico V1
186 terimantia A therimantia V1 tremantia L 187 Nupsit *corr. m. II in* Nubsit V Nubsit L ‖ facta VV1 facā (= *facta*) A 188 numine GVV1 munere AL lumine *coniecit* H 189 choreis g *unde conieci* trophaeis *cum* H coronis GVALV1, *quod aberratione exstitisse puto ad v. 185* 190 causa GVALV1 cura *cum nonnullis deterr.* H 191 phrigie VV1 frigee A phrygie L ‖ argea argeaque A pacte V1 192 capadocum AL 193 honor GVALV1 honos H ‖ gemino mox idem cardine duxit *scripsi* (*cf. supra v. 44, In Ruf. II, v. 274 cet.*) gemino nec inde gemin (*sic*) duxit G gemino mox indee germine duxit V gemino mox in̄ gmania (*corr. m. II*) movit A gemine ne (*sic*) [mox inde germine duxit] (*quae inter* [ ] *add. m. saec. XV*) L gemino gmine dux̄ (*sic*) V1 idae g (*in Aldina est* mox inde germine duxit) 194 commissosque g ‖ *fortasse* Agmina. Commissos cunctos sic gessit honores

Ut semper merito princeps cum magna dedisset,
Deberet maiora tamen. Si bellica nubes
Ingrueret, quamvis annis et iure minori
Cedere grandaevos equitum peditumque magistros
Aspiceres totumque palam permittere Martem.
Nec gradus aetatisve pudor senioribus obstat,
Ne iuveni parere velint: ceu flamine molli
Tranquillisque fretis clavum sibi quisque regendum
Vindicat; incumbat si turbidus Auster et unda
Pulset utrumque latus, posito certamine nautae
Contenti meliore manu seseque pavere
Confessi: finem studiis fecere procellae.
Haud aliter Stilicho, fremuit cum Thracia belli
Tempestas, cunctis pariter cedentibus unus
Eligitur ductor. Suffragia quippe peregit
Iudex vera timor: victus ratione salutis
Ambitus et pulsus iacuit formidine livor.
  Quis tibi tunc per membra tremor quantaeque cadebant
Ubertim lacrimae, cum saeva vocantibus arma
Iam lituis madido respectans numina vultu
Optares reducem galeaeque inserta minaci
Oscula cristati raperes festina mariti?
Gaudia quae rursus, cum post victricia tandem
Classica sidereas ferratum pectus in ulnas
Exciperes, castae tuto per dulcia noctis

uer
196 Deferret *coniecit* H2H3 ‖ maiore V 197 Inginet (*sic corr. m. II*) A ‖ rure (?) L 199 tutamque L ‖ permittere GgVLV1 committere A 200 aetatisve *pauci deterr.* ętatisque GV etatisque ALV1 201 Neve iuvent V. Nec iuveni ALV1 ‖ flamina G flumine V 203 Vendicat LV1 204 nautae] nutet V 205 Contēpti A ‖ manus V ‖ seseque pavere G seseque pavore AL seseque patremque Unius imperiis tradunt artemque pavore VV1 *quam interpolationem* patremque *in* ratemque *mutato quod* H *recepit valde miror* 206 Confessi GALV1 Confessę V Confessis *recepit cum uno det.* H ‖ *Post* Confessi *graviorem interpunctionem posui* 207 Haut LV1 ‖ stilico V1 ‖ tracia ALV1 209 ductor V doctor ALV1 210 Iudex vera] Iudex namque A 211 iacuit GVALV1 tacuit *cum uno deter.* H 212 Quisș tibi A 214 despectans A ‖ numina *coniecit* H lumina GLA limina VV1 215 galee, *in marg. m. II add.* q; A 218 sydereas L 219 tuto caste (*sic*) V1 ‖ tuto LV1 t////to (*in ras. erat* u ?) A toto GV *fortasse* cum tu (= *cutu*), *ut* cum *v. 217 excipiatur* ‖ castaeque tibi per *coniecit* H

Otia pugnarum seriem narrare iuberes?
Non illo nitidos unquam bellante capillos
Comere, non solitos gemmarum sumere cultus.
Numinibus votisque vacas et supplice crine
Verris humum. Teritur neglectae gratia formae
Cum proprio reditura viro. Nec deside cura
Segnis marcet amor. Laudem prudentia belli
Feminea pro parte subit. Dum gentibus ille
Confligit, vigili tu prospicis omnia sensu:
Ne quid in absentem virtutibus obvia semper
Audeat invidiae rabies, neu fervor iniquus,
Ne qua procul positis furto subsederit armis
Calliditas nocitura domi. Tu sedula quondam
Rufino meditante nefas, cum quaereret artes
In ducis exitium coniuratosque foveret
Contra pila Getas, motus rimata latentes
Mandatis tremebunda virum scriptisque monebas.

RELIQUA DESIDERANTUR.

220 series L ‖ ~~iubes~~ iuberęs (*sic*) G 221 nūquam L 223 votisque GVALV1 votisve *nonnulli deterr.* ‖ suplice V 224 tegitur L 225 reditur a viro (*sic*) G ‖ tura (c *suprascr.*) V1 228 Conflixit A 229 obvia (o *in ras.*) L 230 neu fervor VV1 n (c *suprascr.*) (= *nec*) femur (rumor *suprascr.*) (*sic*) A neu femur L ‖ iniquis GL 233 Ruffino L ‖ nephas V1 ‖ dum L 234 exicium //////////// qritosq; (i *suprascr.*) (*sic*) foveret, *in marg. add.* coniuratosque *m. saec. XV* L 236 manebas V movebas A ‖ In exemplari antiquo scriptum est in fine hic deest, q est verisimile *add. in exemplari Lugd. ed. Ald. qui notavit* g

CL. CLAUDIANI
EPITHALAMIUM
DICTUM
P A L L A D I O
V. C. TRIBUNO ET NOTARIO
ET
C E L E R I N A E.
PRAEFATIO. (XXX.)

Carmina per thalamum, quamvis festina, negare
  Nec volui genero, nec potui socero.
Hic socius, dux ille mihi nostrique per aulam
  Ordinis hic consors emicat, ille prior.
Hunc mihi coniungit studiis communibus aetas,
  Hunc mihi praeponit vel senium vel honos.
Carmen amor generi, soceri reverentia poscit,
  Officio vatis, militis obsequio.

EPISTHALAMIVS (*sic*) DICTVS PALLADIO · · · · (*sic*) TRIBVNO ET NOTARIO ET CELERINI G EXPLICIT DE CRISTALLO · INCIPIT EPITHALAMIVM DICTUM PALLADIO $\overline{\text{VC}}$ ET CELERINE V *Titulus deest in* A L V 1   1 C *deest, sed spatium vacuum relictum* A ‖ negare] tegaoni (*sic*) V   3 michi V   5 coniunxit A   6 lpnos (*sic*) (= honos *male-exaratum*) G honos V L V 1 honor A   7 poscit *deest in* V

EPITHALAMIUM
DICTUM
PALLADIO ET CELERINAE.
(XXXI.)

Forte Venus blando quaesitum frigore somnos
Vitibus intexti gremio successerat antri
Densaque sidereos per gramina fuderat artus
Acclinis florum cumulo. Crispatur opaca
Pampinus et mites sudanti ventilat auras.
Ora decet neglecta sopor, fastidit amictum
Aestus et ex uda translucent pectora fronde.
Idaliae iuxta famulae triplexque vicissim
Nexa sub ingenti requiescit Gratia quercu.
Pennati passim pueri, quo quemque vocavit
Umbra, iacent. Fluitant arcus ramisque propinquis
Pendentes placido suspirant igne pharetrae.
Pars vigiles ludunt aut per virgulta vagantes
Scrutantur nidos avium vel roscida laeti

Nullum spatium vacuum relictum, in marg. m. rec. INCIPIT V *Titulo omisso nullum spatium relictum* GALV1 1 Morte L ‖ t[u]enus (u *add. m. rec.*) V ‖ frigora V ‖ somnos H2H3 *proponit* somnum G somnum *deest in* V sompnum AL sōpn V1 2 intexti GV1 intextis VA intextum L 3 sydereos L ‖ artum V 4 Acclinis GgAV1 Adclinis V Acclivis L ‖ florum VALV1 foribus Gg ‖ tumulo A 5 Panpinus A et mites sudanti ventilat auras *Baehrensius in Fleckeis. Jahrb. 1873, p. 501* et mites sudanti ventilat uvas G et multos sudantem ventilat (*deerat* uvas, *sed m. rec. in lac. add.* uūā [*sic*]) V et uiteṣ̄ (*sic corr. m. II*) sudantem ventilat uvis A et uitem sudantem ventilat uvis LV1 ‖ miteis g ‖ sudanti g ‖ uvas g 6 amictum GLV1 amictus VA 7 et ex uda translucent pectora fronde *ego conieci in Quaestt. critt. cet. p. 25 seq.* et exuto translucent pectore frondes GVA et exuto translucet pectore frondes L et exusto translucet pectore frondes V1 et excussas translucent pectora frondes *coniecit Scaliger* 8 Ydalie L ‖ viciscim V 10 Pinnati G ‖ Passim pennati VA quo quemque] quo9que (= *quocumque*) A quocunque L ‖ vocavit GLV1 uocab[a]ịt V vocabat A vocarat *coniecit* H 11 propinq[a]nt L 12 Pendent et placido VA ‖ faretrę V 13 Per vigiles VA ‖ et per virgulta VA ‖ vagantes *scripsi* vagantur GVALV1 vagati *coniecit* H2H3 vagantur Scrutati *idem temptavit*

Mala legunt donum Veneri flexusque secuntur
Palmitis et summas pennis vibrantur in ulmos.
Defendunt alii lucum Dryadasque procaces
Spectandi cupidas et rustica numina pellunt
Silvestresque deos longeque tuentibus antrum
Flammea lascivis intendunt spicula Faunis.
Tum subito varius vicina clamor ab urbe
Et fausti iuvenum plausus mixtaeque choreis
Auditae per rura lyrae. Celerina per omnes
Italiae canitur montes omnisque maritum
Palladium resonabat ager. Pervenit ad aures
Vox iucunda deae strepituque excita resedit
Et reliquum nitido detersit pollice somnum.
Utque fuit turbata comas, intecta papillas
Mollibus exsurgit stratis, et permeat omne
Agmen et innumeros Hymenaeum poscit Amores.

15 veneri G veneris V A L V 1 ‖ flexumve *coniecit* H ‖ secuntur A L V 1 16 pinnis G ‖ vibrantur G ũbrantur A librantur V L V 1 17 lucos V A ‖ dryadasque G dryadesque V A driadasque V 1 driadesque L 18 Spectandi cupidas G L V 1 Inspectant cupidus [o] V Inspectant cupidi A 19 ~~tu~~ tuentibus (*sic*) G 20 Tum *scripsi* Cum G V A L V 1 22 iuvenum A 23 lire V V 1 lyre L tube A ‖ celerina G g celerina (r *postea corr. in* n) V 1 celer~~inde~~ [brata] (*sic*) V // celebrata, *in marg. m. II add.* // celerina A celebrata L 24 Ithalie A L V 1 Ithalie L ‖ *ante* omnisque *ras., in qua erat* q; V 26 iocunda G V A L V 1 27 sompnum A L V 1 *v. 28 et 29 in* V *in marg. leguntur membranae compage ita absconditi ut Wilmannsus eos non viderit. Cf. Jeep Quaest. crit. p. 24* 28 Utque fuit turbata comas G [turbata comas g] V 1 Ut fuit interiecta comas A Utque erat interiecta comas V L Atque ut erat turbata comas *ego olim in Quaest. crit. p. 24 seq.* ‖ intecta G merita ut incōpta g turbata V A L V 1 ‖ papillas *recepi cum Burmanno ex deter.* capillos G V A L V 1 ‖ Utque erat illa intecta sinus, turbata capillos *temptavit frustra Paul l. c. p. 35* Utque fuit turbata comas, nudata papillis *legit Schraderus* 29 exsurgit L exurgit G assurgit V A V 1 ‖ hymeneus it (*sic*) omne G interque suorum (*m. I*) A ac convenit omne *m. rec. add. in lac. sine ras.* V sociumque requirit *manus recentissima add. in lac. sine ras.* L V 1 *Cum viderem* hymeneus G *aberrationem esse ad v. 30, reliquorum vero scripturas esse interpolatas, ex v. 39 denique appareret Venerem et ipsam Hymenaeum adiisse, restitui* et permeat 30 hymeneum G V L himeneum A V 1 ‖ poscit G g (querit, *quod in exemplari Lugd. Ald. simul ab eo, qui* g *fecit corr. in* quęrit) quęrit V q̄rit A quaerit L V 1 ‖ et in numeris Hymenaeum quaerit Amoris *notavit Scaliger qui v. 29 legisse videtur* revocatque suorum Agmen, *quod quidem in marg. Plant. sublevit*

Hunc Musa genitum legit Cytherea ducemque
Praefecit thalamis. Nullum iunxisse cubile
Hoc sine nec primas fas est attollere taedas.
Conspicitur tandem. Platano namque ille sub alta
Fusus inaequales cera texebat avenas
Maenaliosque modos et pastoralia labris
Murmura temptabat relegens orisque recursu
Dissimilem tenui variabat harundine ventum.
Restitit, ut vidit Venerem, digitisque remissis
Ad terram tacito defluxit fistula lapsu.
Dulce micant oculi. Niveas infecerat igni
Solque pudorque genas: dubiam lanuginis umbram
Caesaries intonsa tegit. Prior ipsa silentem
Compellat: Nunquamne puer dilecta relinques
Carmina? Maternis nunquam satiabere donis,
Dedite Musarum studio nimiumque parentis
Aemule? Quid medio tecum modularis in aestu?
Iamne tibi sordent citharae? Iam lustra Lycaei
Atque pecus cordi redituraque rupibus echo?
Huc ades et tandem nobis edissere causas
Laetitiae. Cui pompa toro tam clara resultet,

31 citherea VAV1 32 nullis VA ‖ iunxisse GgVAV1 uixisse L 33 prima L 35 cera GLV1 certa VA ‖ habenas, ut avenas G habenas V ha^{u}benas A 36 labris L lubris *an* labris? V lubris *corr. m. II in* libris (*sic*) A libris GV1 37 temtabat G tēptabat VALV1 38 Dissimilem tenui VA Dissimili tenuem GLV1 ‖ narrabat *pro* variabat V1 ‖ ventum] cantum *coniecit Schraderus* 40 tacito] subito V1 ‖ lapsu GLV1 flatu V flatu, *in marg.* t lapsu A 41 inte^{r}serit (*sic*) G ‖ igne VAV1 v. 41—42 niveis interserit ignem — genis *coniecit* H 42 dubiam *deerat in* V, *sed m. rec. in lac. add.* flau^{e}ę V 43 Caesarios (e *add. m. I*) G 44 relinques GV1 relinquis VA relinquas L 48 cytharc L ‖ lycaei G licęi V licei AV1 liei L 49 Atque] Iamque V1 ‖ pecus] nemus A ‖ ruppibus L motibus V1 e^{c}to V1 50 et tandem VA et tantas G et tante LV1 tantas g ‖ causas GALV1 cause V 51 cui pompa VA quę pompa G q̄ pompa LV1 *quod defendit Paul l. c. p. 22* ‖ tor^{i}a V thoro AL thori V1 choro *temptat idem Paul l. c. p. 22* ‖ resulta^{i}t V repulset *corr. m. II in* re^{s}pultet L

Quae nova dotetur virgo, patriamque genusque
Pande, quibus terris orti, quo semine ducti.
Haud ignarus enim, nec te conubia fallunt
Ulla: tuo primae libantur foedere noctes.
Ille refert: Equidem dudum te diva morantem
Mirabar, quod adhuc tanti secura maneres
Coniugii. Non parva tibi mandatur origo.
Fascibus insignes et legum culmine fultae
Convenere domus et qui lectissimus orbi
Sanguis erat. Rubris quae fluctibus insula latrat,
Quis locus Aethiopum, quae sic impervia famae
Secessit regio, quo non rumore secundo
Palladii penetrarit amor mentisque benigna
Temperies doctique sales et grata senectus?
Per cunctos iit ille gradus aulaeque labores
Emensus tenuit summae fastigia sedis,
Eoum stabili moderatus iure senatum.
Hic splendor iuveni. Cunabula prima puellae
Danubius veteresque Tomi. Mavortia matris
Nobilitas spoliis armisque exsultat avitis
Immensamque trahit Celerini robore lucem,
Qui quondam Meroen iussus Nilumque tueri,
Cum sibi post obitus ad Parthica flumina Cari

52 Quae] Cui *voluit Paul. l. c. p. 22* ‖ ge[nusque], *quae in* [ ] *add. m. rec.* V 54 Haut LV1 55 Ulla] Una V1 ‖ primae] cuncte VA ‖ labantur L 56 morari VA 57 Mirabaṭ[r] V1 ‖ q̄ (= *quod*) G quod VALV1 ‖ secura] ṭecura[se] A ‖ maneres, s *add. m. rec. in lac.* V 59 insignes GLV1 insignis *corr. m. II in* insignes V insignis A 60 lectissimus orbi V letissimus orbi A lectissimus urbi GV1 letissimus urbi L 61 rubrisq; fluctibus G ‖ rubris] rubeis g ‖ fluctibus] flatibus L 62 Qui locus VA ‖ quae sic] q[o] sic (= *quo sic*) V1 ‖ inpervia GVLV1 īpervia A 63 Secessit VLV1 Recessit G Successit A ‖ quo] q̄ L ‖ exmore *corr. m. II in* rumore L 64 penetrarit H *coniecit* penetravit GVALV1 65 amoena senectus *coniecit Schraderus* ‖ senectos[u] V1 69 Hinc *malit* H ‖ iuvenum L 70 Danobius V ‖ veterisque G tomi g thomi VALV1 ‖ patris *vel* patri *coniecit* H 71 exultat GVAL 72 celerine VA 73 me*cen[r] (*sic*) G meroē A meroem V1 ‖ nylumque L

v. 74—82 (*incl.*) *ubi initio puncta posui in* V *lacunae exstant* 74 ·um V ‖ post obitus GV domitos ALV1 obitus g ‖ ad parthica flumina *liber Claverii (ms.?)* et partica flumina V1 et parthica fulmina GVAL ‖ Cari *coniecit* H caro GVA claro, et claros g (*sic notatum*) claros L carrhos V1

Sceptra daret miles rebusque imponere vellet,
Despexit fremitus et praetulit otia regno.
Respuit ingestum, quod vi, quod poscere ferro
Posthabita pietate solent. Tum purpura primum
Inferior virtute fuit meruitque repulsam
Obvia maiestas. Doluit Fortuna minorem
Se confessa viro. Magnum delata potestas,
Maiorem contempta probat. Cognomina sumpsit
Plena ducum genitor. Paulatim vectus ad altum
Princeps militiae, qua non illustrior exstat
Altera, cunctorum tabulas assignat honorum,
Regnorum tractat numeros, constringit in unum
Sparsas imperii vires cuneosque recenset
Dispositos: quae Sarmaticis custodia ripis,
Quae saevis obiecta Getis, quae Saxona frenat
Vel Scotum legio, quantae cinxere cohortes
Oceanum, quanto pacatur milite Rhenus.
Casta domus, sincera fides, industria sollers.
Elegit Stilicho. Nihil ultra laudibus addi
Iudiciove potest. Tali nubente puella
Nonne tibi cessare nefas? Duc protinus omnes,
Duc age. Marcentes cupio quassare coronas
Et vibrare faces et noctem ducere ludo.

75 ·····ra V 76 ····texit (*sic*) V 77 ·······ingestum V ingestum G V incestum A L V1 incertum *coniecit Scaliger* 78 ······bita V ‖ solent] sole (*sic*) G ‖ tum] tunc A n̄ L ‖ primus V 79 ········virtute V ‖ metuitque L 80 ····maiestas V 81 confessa G L ····fessa V (*sic*) concessa A V1 ‖ delata G V A delecta L V1 82 ···orem V

83 ducum] ducit L ‖ pallatim (*sic*) L ‖ vetus (c) V1 84 qua] q (o) L ‖ inlustrior V ‖ extat G V L V1 85 Altera V A V1 Alter G L ‖ stabulas L ‖ adsignat V ac signat *temptavit* H 86 Rectorum (*sic*) tractat numerum constringit in unum Sparsas imperii vires cuneosque recenset V A Regnorum tractat numeros cuneosque recenset Sparsas imperii vires constringit (confringit G) in unum G L V1 88 Dispositos G g Dispositis V A Depositos V1 Depositum L ‖ quae] q̄ G quam g ‖ salmaticis V1 ‖ rippis L 89 Quae leuis G ‖ getis G g V A V1 rethis (*sic*) L ‖ sausona L ‖ frenet V A

90 scottum G ‖ regio V L regio (l) A ‖ quante G V A quantum L V1 ‖ cinsere V

v. 91 et 92 in V *desunt* 91 Ooceanum A L V1 ‖ quanto A quantu (o) V1 quantum G L ‖ paccatur A L 93 stilico V1 ‖ nil V A nichil L

94 ,ali (t) *corr. sic m. II* V ‖ nubente] iubente L 95 nephas V1

Haec quoque non vilem mihi fistula commodat usum
Responsura choris. Vix haec Hymenaeus. At illa
Fontibus abluitur gelidis legemque capillo
Reddit et ornatum formae: peplisque solutis
Mira Dioneae sumit velamina telae.
Floribus exstruitur currus, iuga floribus halant.
Florea purpureas annectunt frena columbas.
Undique concurrunt volucres, quaecumque fremente
Permulcent Athesin cantu, quas Larius audit,
Quas Benacus alit, quas excipit amne quieto
Mincius, et ruptis obmutuit unda querelis.
Eridani ripas et raucae stagna Padusae
Diffugiens nudavit olor. Laetantur Amores
Frenatisque truces avibus per nubila vecti
Ostentant se quisque deae magnoque tumultu
Confligunt; pronique manus in verbera tendunt
Atque impune cadunt. Lapsus meliore volatu
Consequitur vincitque suos auriga iugales.
Ut thalami tetigere fores, tum vere rubentes
Desuper invertunt calathos largosque rosarum
Imbres et violas plenis sparsere pharetris

98 H' (= *haec*) A ‖ quoque] q; (o) V1 ‖ mihi] iam VA 99 h' (= *haec*) A ‖ hymeneus GL hymineus V himeneus AV1 100 alluitur G 101 peplisque solutis *scripsi* procliisque solutę (solutę *ex corr. m. I pro?*) G pliisq; solu (*sic*) V peplūq; solute (*add. m. II in lac.?*) A populisq; solute L plerisque solute V1 102 Dioneae] cleonee V cleonee A ‖ sumit velamina GLV1 reddit miracula VA ‖ telę V tele ALV1 tede G 103 extruitur GVL ‖ cursus VA currū L ‖ alant A 104 purpuceas (r *m. I add.*) G 105 fremente GA frementem (*sic:* frementē) VLV1 106 achesin (c *corr. m. rec. in* t) V atheśī A atesim G athesim LV1 ‖ quas GVA quos LV1 ‖ Laius (*sic*) G (r *add. m. I*) 107 Quas GVA Quos LV1 ‖ uenacus L uenalus V1 (c) ‖ quas GVA quos LV1 ‖ exipit V1 ‖ anne V1 108 Mincius G Mintius VL Minchius AV1 ‖ erectis L abruptis *malit* H 109 Eridistin (*sic*) L ‖ ripas GV1 rippas L ripe VA ‖ daduse (d *corr. m. II in* p [=*paduse*]) L 110 nudavit letantur, *in marg.* olor *m. I add.* V viduavit *coniecit* H 111 Frenatique V1 112 Ostentat L ‖ tumulti (u) (*sic m. I corr. ex* tumulta) G 114 lapsu AL ‖ volantes AL volatu *corr. m. II in* volātes V 115 *ante v.* 114 *posuit* L 117 invergunt *coniecit* H ‖ calatos V 118 sparsis, *in marg. m. II add.* plenis A

Collectas Veneris prato, quibus ipse pepercit
Sirius et teneras clementi sidere fovit.
Gemmatis alii per totum balsama tectum
Effudere cadis, duro quae saucius ungue
Niliacus pingui desudat vulnere cortex.
Aggreditur Cytherea nurum flentemque pudico
Detraxit matris gremio. Matura tumescit
Virginitas superatque nives ac lilia candor
Et patrium flavis testatur crinibus Histrum.
Tum dextram complexa viri dextramque puellae
Tradit et his ultro sancit connubia dictis:
Vivite concordes et nostrum discite munus.
Oscula mille sonent. Livescant bracchia nexu,
Labra ligent animos. Neu tu virtute paterna
Confidas iuvenis. Non est terrore domanda,
Sed precibus placanda tibi. Concede marito
Tu quoque, neu Scythicas infensis unguibus iras
Exercere velis. Vinci patiare rogamus.
Sic uxor, sic mater eris. Quid lumina tingis,
Virgo? Crede mihi, quem nunc horrescis, amabis.

Dixit et aligera geminos arcuque manuque
Praestantes e plebe vocat. Puer ilicet Aethon
Et Pyrois rutilas respersi murice plumas
Prosiliunt puroque imbutis melle sagittis,
Hic nuptam petit, ille virum. Sonuere reducta

119 prato *add. m. II (?) in lacuna* A campo *pro* prato V1 120 Syrius ALV1 ‖ teneras] violas A ‖ sydere L 121 aliis V 122 duroq; saucius G 123 pingui] pigri A 124 citherea VAV1 nurum GgAV1 uirum VL ‖ pudico V1 cupido ~~pudico~~ (*sic*) V cupido GAL 127 hystrum L 128 Tunc A 131 sonēt (*sic*) V1 ‖ brachia GVALV1 132 animas VA ‖ nec L ‖ tu *add. m. II sup. lin.* V paterna] proterva g proterna (a *sup.*) V 133 Confides A ‖ virtute (terrore *sup.*) (*sic*) V

134 Sed ore (*sic*) cibus placanda G ‖ placanda GVALV1 pacanda *cum uno deter.* H 135 neu GgVAV1 nec L ‖ scitichas V scithicas AL sciticas V1 ‖ infendis A 136 patiare (c *sup.*) A 137 Sic g ‖ eris] eas *malit* H ‖ tinguis GV 138 michi V 139 aligera VAL aligeros GL 140 Praestanti G ‖ de GV1 ‖ phebe A ‖ hęton G 141 pyroes GV1 pirois A ‖ respersi] respexit G 142 sagitis V1 143 reducte L

Cornua. Certa Notos pariter sulcavit harundo,
Et pariter fixis haeserunt tela medullis.

CLAUDIANI PRAEFATIO

QUAE LEGEBATUR ANTE LIBRUM II

DE RAPTU PROSERPINAE.

(XXXIV.)

Otia sopitis ageret cum cantibus Orpheus
  Neglectumque diu deposuisset opus,
Lugebant erepta sibi solatia nymphae,
  Quaerebant dulces flumina maesta modos.
Saeva feris natura redit metuensque leonem
  Implorat citharae vacca tacentis opem.
Illius et duri flevere silentia montes
  Silvaque Bistoniam saepe secuta chelyn.
Sed postquam Inachiis Alcides missus ab Argis
  Thracia pacifero contigit arva pede
Diraque sanguinei vertit praesaepia regis
  Et Diomedeos gramine pavit equos:
Tunc patriae festo laetatus tempore vates
  Desuetae repetit fila canora lyrae

144 nothos ALV1 ‖ par[iter], *quae in* [ ] *add. m. rec. in lac.* V ‖ uulgavit V ‖ EXPLICIT DE PALLADIO ET CELERINA · INCIPIT DE HIPOPOTAMO V

In hoc carmine et in Rapt. Pros. L = *Laurentianus quem descripsimus vol. I praef. p. LIV,* V = *Vossianus quem alibi* V1 *nominavimus* ‖ *Praefatio legebatur ante lib. II de R. Pros.* LV *Huc transposui propter temporum rationes cf. praef. vol. I, p. XXIX et edit. R. Pros. 1875 praef. p. XIX* ‖ *Inscriptio deest* LV   1 dū V   2 deposuisset LV seposuisset *editt. rec.* ‖ opus LV ebur *editt. rec. cum nonnullis deterr.*   3 nimphe LV   4 Querebant LV Lugebant *editt.*   5 leonem LV leonum *editt. pleraeque*   6 cythare L   7 Illius Edoni *coniecit Schraderus*   8 bisthoniā V ‖ chelim LV   9 Set L ‖ posquam (*sic*) L ‖ ilcides L ‖ argis V arvis L oris *coniecit Scaliger*   10 Tracia LV   11 Duraque V   13 Tunc LV Tum *editt.*   14 Desuete V Dissuete L ‖ repetit V repetens L ‖ lire LV

Et resides levi modulatus pectine nervos
   Pollice festivo nobile duxit ebur.
Vix auditus erat: venti frenantur et undae,
   Pigrior astrictis torpuit Hebrus aquis,
Porrexit Rhodope sitientes carmina rupes,
   Excussit gelidas pronior Ossa nives.
Ardua nudato descendit populus Haemo
   Et comitem quercum pinus amica trahit,
Cirrhaeasque dei quamvis despexerit artes,
   Orpheis laurus vocibus acta venit.
Securum leporem blandi fovere Molossi
   Vicinumque lupo praebuit agna latus.
Concordes varia ludunt cum tigride dammae,
   Massylam cervi non timuere iubam.
Ille novercales stimulos actusque canebat
   Herculis et forti monstra subacta manu,
Qui timidae matri pressos ostenderit angues
   Intrepidusque fero riserit ore puer.
Te neque Dictaeas quatiens mugitibus urbes
   Taurus nec Stygii terruit ira canis,
Non leo sidereos caeli rediturus ad axes,
   Non Erymanthei gloria montis aper.
Solvis Amazonios cinctus, Stymphalidas arcu
   Appetis, occiduo ducis ab orbe greges
Tergeminique ducis numerosos deicis artus
   Et totiens uno victor ab hoste redis.
Non cadere Antaeo, non crescere profuit Hydrae,
   Nec cervam volucres eripuere pedes.
Caci flamma perit, rubuit Busiride Nilus,

15 moderatus *coniecit Schraderus* 16 festivo LV festino H nobile LV mobile H ‖ duxit opus ebur (*sic*) L 18 ebrus LV 19 rodope LV 23 Cirreasque LV ‖ dẹxpẹi despexerit L ‖ despexit amores *coniecit Schraderus* 24 Orphei[s] V Orfei L 25 leporem blandi L blandi leporem V ‖ molosi L molisi V 27 dampne L damme V 28 Massiliam L Massiliam V 31 Quod (i) V Quod L ‖ pressos L strictos V ‖ ostenderet (i) L 34 nec stigii *cum deter.* non stigii LV 36 herimanthei L erimantei V 37 Solvis L Solus (uis) V ‖ stiphalidas L stiphaleidas V 39 numero tot *coniecit Scaliger* 41 antheo LV ‖ idre L ydre V 42 Nec cervam volucres L Non celeres cervum (*sic m. II corr.*) V 43 Cacci V ‖ rubuitq; V ‖ busyride L

Prostratis maduit nubigenis Pholoe.
Te Libyci stupuere sinus, te maxima Tethys
Horruit, imposito cum premerere polo.
Firmior Herculea mundus cervice pependit,
Lustrarunt umeros Phoebus et astra tuos.
Thracius haec vates. Sed tu Tyrinthius alter
Florentine mihi, tu mea plectra moves
Antraque musarum longo torpentia somno
Excutis et placidos ducis ab orbe choros.

CL. CLAUDIANI
CARMEN
DE RAPTU PROSERPINAE.
PRAEFATIO. (XXXII.)

Inventa secuit qui primus nave profundum,
Et rudibus remis sollicitavit aquas:
Qui dubiis ausus committere flatibus alnum,
Quas natura negat, praebuit arte vias,
Tranquillis primum trepidus se credidit undis,
Litora secreto tramite summa legens:
Mox longos temptare sinus et linquere terras
Et leni coepit pandere vela Noto.

44 maduit LV rubuit *editt. cum deterr.* 45 libici LV ‖ stipuere LV ‖ maxima thetis LV maximus atlas *editt. cum deterr.* 48 humeros LV 49 Tracius LV ‖ hic V ‖ set L ‖ tyrinthius g thirintius V 50 michi L 51 sompno LV 52 placidos ducis ab orbe choros L placido ducis in orbe choros V ducis ab ore sonos *editt. cum deterr.* placito *liber antiquus Claverii (ms. ?)*

Titulus deest LV Raptus Proserpinae *inscribere voluit* H *Ego scripsi* 'De raptu Proserpinae' *cum Laurentiano N. 250, de quo vide quae exposui in Ritschelii Actis soc. phil. Lips. I, p. 356 et 364 seq. et praef. vol. I, p. XXXVI* 6 Littora LV ‖ secreto L securo V *quod Baehrensius nescio quare aptius putat 'Bursiani Jahresbericht' cet. 1877, p. 225* 8 leni LV ‖ notho LV

Ast ubi paulatim praeceps audacia crevit
  Cordaque languentem dedidicere metum,
Iam vagus irrumpit pelagus caelumque secutus
  Aegaeas hiemes Ioniumque domat.

CL. CLAUDIANI
DE
RAPTU PROSERPINAE
LIBER PRIMUS. (XXXIII.)

Inferni raptoris equos afflataque curru
Sidera Taenario caligantesque profundae
Iunonis thalamos audaci promere cantu
Mens congesta iubet. Gressus removete profani:
Iam furor humanos nostro de pectore sensus
Expulit et solum spirant praecordia Phoebum.
Iam mihi cernuntur trepidis delubra moveri
Sedibus et claram dispergere culmina lucem

9 praeceps L V in praeceps *Eustathius Swarthius apud Burmannum* 11 irrumpit L V exsultat *editt. ex Isingrinii auctoritate* ‖ pelagus V pelago L 12 ioniumque L V Ioniasque *Scaliger* ‖ domat *totum in rasura* V ‖ *Finem deesse Gesnerus putat nec minus Gramlewiczius dissert. Breslav. 1877, p. 32, 1 (cf. Bernhardy litt. rom. ed. 5 p. XXII), quam sententiam refutavi in Ritschelii Actis I, p. 357 seq. Male addit incertus codex Sangallensis:*

Sic ego qui rudibus scripsi praeludia verbis
  Ingredior Stygii nobile Ditis opus.

Titulus deest L V ‖ *Nullum spatium ante librum primum vacuum reliquit* L 2 t[e]rnario L 3 promere L prodere V 4 congesta [coniecta] L augusta (*man. II etiam addidit* t concreta) V concussa *Scaliger non male* incensa *Baehrensius l. c. p. 225* ‖ prophani L 5 nostro de L V de nostro *Burmannus cum deterr.* 6 solum *ex coniectura scripsi cf. praef. raptus Pros. ed. L. Jeep. p. XX* totum L V *quod defendit Barco Rivista di filologia III, p. 591 seq.* 7 michi V 8 culmina *editt. vett. cf. Stat. Theb. I, v. 209 'radiant maiore sereno Culmina' et Justin. XXIV, 8, 4* (*vide quae dixi in Ritschelii Actis I, p. 362 seq.*) lumina g L V fulmina *Meursius* (*cf. Burmann.*) limina *Oudendorpius* (*cf. Burmann.*) culmine H

Adventum testata dei: iam magnus ab imis
Auditur fremitus terris templumque remugit
Cecropium sanctasque faces extollit Eleusis.
Angues Triptolomi strident et squamea curvis
Colla levant attrita iugis lapsuque sereno
Erecti roseas tendunt ad carmina cristas.
Ecce procul ternis Hecate variata figuris
Exoritur laetusque simul procedit Iacchus
Crinali florens hedera, quem Parthica velat
Tigris et auratos in nodum colligit ungues;
Ebria Maeonius firmat vestigia thyrsus.
Di, quibus innumerum vacui famulantur Averni
Vulgus iners, foribus quorum donatur avaris
Quidquid in orbe perit, quos Styx liventibus ambit
Interfusa vadis et quos fumantia torquens
Aequora gurgitibus Phlegethon perlustrat anhelis;
Vos mihi sacrarum penetralia pandite rerum
Et vestri secreta poli: qua lampade Ditem
Flexit Amor, quo ducta ferox Proserpina raptu
Possedit dotale Chaos, quantasque per oras
Sollicito genetrix erraverit anxia cursu:
Unde datae fruges populis et glande relicta
Cesserit inventis Dodonia quercus aristis.

10 templumque V celumque (templum *sup.*) L 11 Cecropium H *cum deterr.* Cycropidum L Cicropium V ‖ extollit LV *cf. Burm. ad h. l.* attollit H *et editt. recentt.* ‖ eleusis V eleusys L Eleusin H *et editt. recentt. pleraeque* 12 Tritolomi L Tritolemi V ‖ strident L stridunt V ‖ Triptolemi strident angues *Scaliger* ‖ squamea LV flammea *Bartholinus* (*cf. ed. Burmanni*) ‖ curvis (r *et* s *sup. lin. in ras. man. II*) V 14 Erecti (ct *ex corr. in ras.*) V 15 ternis hecate V ternis heccate L ternas hecate H *cum deterr.* ‖ figuris LV figuras H *cum deterr.* 16 letusque L lenisque V levisque *coniecit* H3 ‖ hyacus L iachus V 17 hedera LV edera *editt. recentt.* ‖ partica V 18 ungues LV angues *Bartholinus* (*cf. ed. Burm.*) 19 meonius V machoniis L ‖ firmat H *cum deterr. cf. Gramlevicz dissert. Breslav. 1877 p. 13, 1* figit LV figens g (*cf. Clercq apud Burm. p. 938*) fulcit *Isingrinius* ‖ tyrsis L thirsus V 20 Dii LV ‖ innumerum g V (*cf. ed. Burm.*) in numerum L ‖ famulatur V 21 foribus *ex coniectura scripsi, vide praef. in R. Pros. ed. L. Jeep p. XX* oris *l. c. Baehrensius* opibus LV *quod defendit Barco l. c. p. 592* 22 Quicquid V ‖ perit g ‖ stix LV 24 gurgitibus LV vorticibus *editt.* ‖ flegeton LV ‖ hanelis L 25 michi L 28 horas LV 29 sollicito///// V ‖ genitrix LV 30 fruges populis L populis fruges V ‖ leges *unus Claverii liber (ms.?) quem defendit Barthius et* H ‖ et LV ut *vel* cur *coniecit* H (*ex codice chartaceo, ut dicit Clercq apud Burm.*) 31 dodonea V

Dux Erebi quondam tumidas exarsit in iras
Proelia moturus superis, quod solus egeret
Conubiis sterilesque diu consumeret annos,
Impatiens nescire torum nullasque maritae
Illecebras nec dulce patris cognoscere nomen.
Iam quaecumque latent ferali monstra barathro
In turmas aciemque ruunt, contraque Tonantem
Coniurant Furiae, crinitaque sontibus hydris
Tisiphone quatiens infausto lumine pinum
Armatos ad castra vocat pallentia manes.
Paene reluctatis iterum pugnantia rebus
Rupissent elementa fidem penitusque revulso
Carcere laxatis pubes Titania vinclis
Vidisset caeleste iubar rursusque cruentus
Aegaeon positis vasto de corpore nodis
Obvia centeno vexasset fulmina motu.
Sed Parcae vetuere minas orbique timentes
Ante pedes soliumque ducis fudere severam
Canitiem genibusque suas cum supplice fletu
Admovere manus, quarum sub iure tenentur
Omnia, quae seriem fatorum pollice ducunt
Longaque ferratis evolvunt saecula fusis.
Prima fero Lachesis clamabat talia regi
Incultas dispersa comas: O maxime noctis
Arbiter umbrarumque potens, cui nostra laborant
Stamina, qui finem cunctis et semina praebes
Nascendique vices alterna morte rependis,

32 Ux (D *littera initiali omissa*) L ‖ herebi LV 33 m$\overset{o}{\text{u}}$turus L ‖ superis (s *in ras.*) V 34 Conubiis L Conubii V ‖ consumeret V consumpserit L 35 thorum LV ‖ maritae *scripsi cum vetere Claverii libro* mariti LV *quod defendit Barco l. c. p. 593* 37 mostra V ‖ baratro LV 38 contraq; V 39 ydris L idris V 40 Tesiphone L Thesiphone V 41 ad castra LV ad rostra *Sligtenhorstius apud Burm.* 42 reluctatis LV reluxatis *olim Barthius* 44 tytania LV 45 russusq; V 46 vasto *scripsi cum Goetzio, Phil. Anz. VII, p. 143* aucto L $\overset{v}{\text{a}}$cto V arto *editt. et ego in priore editione* ‖ corpore LV pectore *unus recens cf. Clercq. ap. Burm.* 50 suplice L ‖ fletu LV *cf. L. Jeep in Ritschelii Actis I, p. 363* vultu *male cum Delrii ms.* H 52 fatorum LV fatali g 53 fe$\overset{r}{\text{r}}$atis V ‖ fusis LV *cf. L. Jeep. l. c. p. 368 et Vitelli in Rivista di Filologia I, p. 333* pensis *deterr. et editt.* 54 clamabat L conclamat V 58 vices L modos V

Qui vitam letumque regis, nam quidquid ubique
Gignit materies, hoc te donante creatur
Debeturque tibi: certis ambagibus aevi
Rursus corporeos animae mittuntur in artus:
Ne pete firmatas pacis dissolvere leges,
Quas dedimus nevitque colus, neu foedera fratrum
Civili converte tuba. Cur impia tollis
Signa? Quid incestis aperis Titanibus auras?
Posce Iovem, dabitur coniunx. Vix illa: pepercit
Erubuitque preces animusque relanguit atrox,
Quamvis indocilis flecti: ceu turbine rauco
Cum gravis armatur Boreas glacieque nivali
Hispidus et gelida concretus grandine pennas
Disrumpit pelagus, silvas camposque sonoro
Flamine rapturus: si forte adversus aenos
Aeolus obiciat postes, vanescit inanis
Impetus et fractae redeunt in claustra procellae.
  Tum Maia genitum, qui fervida dicta reportet,
Imperat acciri. Cyllenius astitit ales
Somniferam quatiens virgam tectusque galero.
Ipse rudi fultus solio nigraque verendus
Maiestate sedet. Squalent immania foedo
Sceptra situ, sublime caput maestissima nubes
Asperat et dirae riget inclementia formae.

59 regis (seris) V ‖ quicquid V 61 certis ambagibus LV certisque ambagibus *editt.* certique ambagibus *maluit* H 62 Russus V ‖ mittuntur LVg mutantur H *cum deterr.* ‖ artus LV ortus *Gesnerus cum edit. Bas. et cum Claverio* 63 pactis *coniecit Baehrensius l. c.* 64 nevit colus L nenitque (*sic*) *corr. ex* venitque V ‖ federa LV proelia *ed. Vicet. et Parrh. cum deterr.* 65 converte LV convelle *coniecit Scaliger* committe *laudat cum deterr.* H 66 incestis L illicitas V *quod laudat Baehrensius* ‖ tytanibus L 67 ooniux L ‖ vix ille V Sic illa *ego olim conieci, confer tamen Val. Flacc. V, 253* uix ea, Caucaseis cum lapsus montibus anguis — spiris nemus omne refusis inplicuit *et Claud. XXXI, 99* 68 relanguit LV elanguit *coniecit Barthius* 70 nivali LV minaci *Claverius* 71 gelida L (*cf. L. Jeep l. c. p. 375*) getica V 72 Disrumpit V Flare cupit L Bella cupit H *cum Claverii libro (ms. ?), quod olim recepi cf. L. Jeep l. c. p. 363* Ire cupit, *Baehrensius l. c.* ‖ campoq; (s *m. II*) V 73 aversos V 74 obiciat *ego restitui* obiceat L obiecit V ‖ inanis (i *in ras.*) V 77 cillenius LV 78 Sompniferam LV 79 fultus rudi (*sic*) V 80 scalent V 81 Ceptra L ‖ capud L 82 dire L dure V

Terrorem dolor augebat. Tunc talia celso
Ore tonat — tremefacta silent dicente tyranno
Atria, latratum triplicem compescuit ingens
Ianitor et presso lacrimarum fonte resedit
Cocytos tacitisque Achĕron obmutuit undis
Et Phlegethonteae requierunt murmura ripae —:
  Atlantis Tegeaee nepŏs, commune profundis
Et superis numen, qui fas per limen utrumque
Solus habes geminoque facis commercia mundo,
I celer et proscinde Notos et iussa superbo
Redde Iovi: Tantumne tibi saevissime frater
In me iuris erit? Sic nobis noxia vires
Cum caelo Fortuna tulit? Num robur et arma
Perdidimus, si rapta dies? An forte iacentes
Ignavosque putas, quod non Cyclopia tela
Stringimus aut vacuas tonitru deludimus auras?
Nonne satis visum, quod grati luminis expers
Tertia supremae patior dispendia sortis
Informesque plagas, cum te laetissimus ornet
Signifer et vario cingant splendore Triones?
Sed thalamos etiam prohibes? Nereia glauco
Neptunum gremio complectitur Amphitrite.
Te consanguineo recipit post fulmina fessum
Iuno sinu. Quid enim narrem Latonia furta?

83 Terrorem L Horrorem V *quod laudat Baehrensius* 84 tiranno L V 85 Atria L V ‖ conspescuit V 87 Cochitos L Cocytus V ‖ tacitas Acheron L ‖ conpescuit undas (obmutuit undis *in marg. m. II*) L 88 flegetontee L V 89 Athlantis V ‖ tegee L V tegeæ[o] *sic corr.* g *in ed. Ald. exemplari Lugd.* 90 lumen L 92 I celer et L V I celeres *ex Claverii et Isingrinii auctoritate editt.* I celer i *coniecit Burm.* ‖ nothos L V 93 frater L V fratrum *editt. cum deterr.* 94 si nobis *editt. vett. cum deterr.* 95 num] n̄ (= *non*) V 96 rapta (rap *in ras.*) V 97 ciclopea L ciclopia V 98 et V ‖ vacuas L (*cf. L. Jeep l. c. p. 375*) vanas V ‖ auras L V aures H *cum deterr.* 99 visum est *editt. vett. cum deterr.* ‖ quod grati L grati quod V superi quod *malo Moreti codice nisus coniecit* H 100 Tristia *pro* Tertia *coniecit Goetzius l. c. p. 144* ‖ dispendia L V sic praemia *pro* dispendia *temptavit Baehrensius l. c.* stipendia *ego conieci* 101 lętissimus V 102 cingunt L 103 thalamos L talamis V ‖ nereiḍa V ‖ glaucum g 104 Neptunū (*pro* Neptunus) V ‖ amphitritē V 106 Latoia *malebat* H *cf. ed. Burm.*

Quid Cererem magnamque Themin? Tibi tanta creandi
Copia: te felix natorum turba coronat.
Ast ego deserta maerens inglorius aula
Implacidas nullo solabor pignore curas?
Non adeo toleranda quies. Primordia testor
Noctis et horrendae stagna intemerata paludis,
Si dictis parere negas, patefacta ciebo
Tartara: Saturni veteres laxabo catenas:
Obducam tenebris solem: compage soluta
Lucidus umbroso miscebitur axis Averno.
Vix ea fatus erat, iam nuntius astra tenebat.
Audierat mandata pater secumque volutat
Diversos ducens animos, quae tale sequatur
Coniugium Stygiosque velit pro sole recessus.
Certa requirenti tandem sententia sedit.
Hennaeae Cereri proles optata virebat
Unica, nec tribuit subolem Lucina secundam
Fessaque post primos haeserunt viscera partus
Infecunda quidem; sed cunctis altior exstat
Matribus et numeri damnum Proserpina pensat.
Hanc fovet, hanc sequitur. Vitulam non blandius ambit
Torva parens, pedibus quae nondum proterit arva
Nec nova lunatae curvavit germina frontis.
Iam vicina toro plenis adoleverat annis
Virginitas, tenerum iam pronuba flamma pudorem
Sollicitat mixtaque tremit formidine votum.

107 themin *editt. vett.* thetim L tenū (*sic*) V ‖ tibi g ‖ tibi tanta LV cui tanta *doctus quidam in exemplari editionis Vicentinae Burmanniano* 108 natorum te felix V 112 stangna L signa V ‖ intemerata LV intemeranda *mavult* H3 113 dictis L dicto V ‖ neges V ‖ sciebo V 114 cathenas V 115 solem LV *cf. L. Jeep l. c. p. 363* lucem *editt. vett. sine codd. auctoritate* 116 Lucidus LV Fulgidus *editt. rec. cum vetere Claverii libro (ms?)* ‖ axis LV aer g 118 voluptat V volutans L 119 Diversos LV Diverso *Claverius ex libro vetere (ms?)* Divisos *coniecit* H2 H3 ‖ ducens V ducebat L 120 stigiosque LV stygiosve *editt. recentt. cum deterr.* 121 tandem sententia LV tandem haec sententia *malebat* H3 122 Enneae g Ethnee L Hethnee V 123 sobolem LV 125 set L ‖ extat LV 126 dampnum LV 127 vitulam V vitulum L ‖ inqt (i superscr.), *in margine m. I* ambit V 128 quae V qui L ‖ nondum L nūd' V 129 germina V cornua L 130 thoro LV

Personat aula procis: pariter pro virgine certant
Mars clipeo melior, Phoebus praestantior arcu.
Mars donat Rhodopen, Phoebus largitur Amyclas
Et Delon Clariosque lares. Hinc aemula Iuno,
Hinc poscit Latona nurum. Despexit utrumque
Flava Ceres raptusque timens — heu caeca futuri —
Aethera deseruit: furtim sua pignora terris
Commendat fidis Siculasque relegat in oras,
Ingenio confisa loci. Trinacria quondam
Italiae pars una fuit, sed pontus et aestus
Mutavere situm. Rupit confinia Nereus
Victor et abscissos interluit aequore montes
Parvaque cognatas prohibent discrimina terras.
Nunc illam socia ruptam tellure trisulcam
Opposuit natura mari. Caput inde Pachyni
Respuit Ionias praetentis rupibus iras,
Hinc latrat Gaetula Thetis Lilybaeaque pulsat
Bracchia consurgens; hinc indignata teneri
Concutit obiectum rabies Tyrrhena Pelorum.
In medio scopulis se porrigit Aetna perustis:

135 rhodopen g rodopen L rodopē V ‖ amiclas LV 136 delion L 137 Huc L ‖ nurum latona (*sic*) V ‖ utrumque L utramque V 138 *seq. scripsi ex Baehrensii coniectura, cf. Fleckeis. Annal. 1872, p. 634 seq.* raptusque timens — heu caeca futuri — Aethera deseruit Siculasque relegat in oras Ingenio confisa loci *ego olim scripsi in Ritschelii Actis I, p. 371 seq.* raptusque timens heu ceca futuri Infidis laribus natam commisit itura Aethera deseruit siculasque relegat in oras Ingenio confisa loci (*in marg. m. II add.* commendat siculis furtim sua pignora furtim (*sic*) quia timens raptus) L raptusque timens heu ceca futuri Commendat siculis furtim sua gaudia terris Ethera deseruit siculasque relegat in horas Ingenio confisa loci (Infidis laribus natam commisit itura *in marg. add. manus rec. nunc vix legenda* V *Versus* 'Infidis' *cet. et* 'Aetherea' *cet. expungere voluit* H raptusque timens (heu caeca futuri!) Commendat Siculis furtim sua gaudia terris [Infidis natam laribus commisit alendam Aethera deseruit Siculasque relegat in oras] Ingenio confisa loci *Gesnerus locum edidit* 142 una] vera *seu* ima *Paul Quaest. Claud. 1866, p. 16* ‖ etas L 144 abscisos LV ‖ interluit V interfluit gL 146 sociā V ‖ ruptam L r^{u}pta (u *pro* a *erasa m. II add.*) V ‖ trisculam L trisulca V ‖ socio rupta *coniecit Scaliger* 147 Opposuit L Opponit V ‖ capud L ‖ pachinni LV 149 Hic L ‖ lilibeaque LV ‖ thetis g 150 Brachia LV ‖ indignata LV dedignata *editt. vett. cum deterr.* 151 tirrena LV 152 ethna LV

Aetna Giganteos nunquam tacitura triumphos,
Enceladi bustum, qui saucia terga revinctus
Spirat inexhaustum flagranti vulnere sulphur.
Et quotiens detractat onus cervice rebelli
In laevum dextrumve latus, tunc insula fundo
Vertitur et dubiae nutant cum moenibus urbes.
   Aetnaeos apices solo cognoscere visu,
Non aditu temptare licet. Pars cetera frondet
Arboribus, teritur nullo cultore cacumen.
Nunc movet indigenas nimbos piceaque gravatum
Foedat nube diem, nunc molibus astra lacessit
Terrificis damnisque suis incendia mittit.
Sed quamvis nimio fervens exuberet aestu,
Scit nivibus servare fidem pariterque favillis
Durescit glacies tanti secura vaporis
Arcano defensa gelu fumoque fideli
Lambit contiguas innoxia flamma pruinas.
[Quae scopulos tormenta rotant? Quae tanta cavernas
Vis glomerat? Quo fonte ruit Volcanius ignis?
Sive quod obicibus discurrens ventus opertis
Offensus rimata furit per saxa meatu,
Dum scrutatur iter libertatemque reposcens

153 Ethna L V 154 Encheladi L V ‖ sau=cia V 155 vulnere sulphur L vulnere fulmen V pectore sulphur *editt. vett.* gutture sulphur *in libris suis legit Parrhasius* 156 Et quociens V Cum quociens L ‖ detractat L deiectat V reiectat *coniecit* H ‖ honus L V ‖ rebelli L V reflexa *Claverius* 157 In levum dextrumque L In levum dextrumve V In dextrum laevumque *nonnullae editt.* 158 Vertitur *ex coniectura scripsi; in idem incidit qui varias scripturas scripsit in Isingrinii editione quae in bibl. Goettingensi servatur et qui incertum Heinsii codicem excerpsit* Vellitur L V *quod defendit Barco l. c. p. 593* Tollitur *temptat Baehrensius* 159 Ethneos V Henneos L 162 movet L V vomit *nonnullae editiones* 163 molibus H *cum Puteaneo quodam* motibus L V 164 flammisque *ex coniectura olim scripsi cf. Ritschelii Acta I, p. 375* dampnis L V *quod defendit Barco l. c. p. 594* ‖ mittit L miscet V nutrit *Gesnerus cum deter.* 168 Archano L V 170 *post* rotant *virgulam ponit Hertel l. c. p. XII, idem coniecit* cavernae *v. 170—177 uncis inclusi quia eos aliunde interpolatos habeo; denuo eos defendit Bernhardius hist. litt. rom. (ed. V), Nachträge p. XXII; leguntur in* L V 170 scopulis (t o *superscr.*) V ‖ rotent L 171 glomeret L ‖ vulcanius L V ‖ ignis L V amnis H *cum deterr.* 173 *scripsi ex auctoritate codicis* L, *cf. l. s. c. p. 376* Offenso rimosa ruit per saxa V Offenso per saxa furit rimosa *editt. vett.*

Putria multivagis populatur flatibus antra,
Seu mare sulphurei ductum per viscera montis
Oppressis ignescit aquis et pondera librat.]
  Hic ubi servandum mater fidissima pignus
Abdidit, ad Phrygios tendit secura penates
Turrigeramque petit Cybelen sinuosa draconum
Membra regens, volucri qui pervia nubila tractu
Signant et placidis umectant frena venenis.
Frontem crista tegit, pingunt maculosa virentes
Terga notae, rutilum squamis intermicat aurum.
Nunc spiris Zephyros tranant, nunc arva volatu
Inferiore secant. Cano rota pulvere labens
Sulcatam fecundat humum. Flavescit aristis
Orbita. Surgentes condunt vestigia fruges,
Vestit iter comitata seges. Iam linquitur Aetna
Totaque decrescit refugo Trinacria visu.
Heu quotiens praesaga mali violavit oborto
Rore genas! Quotiens oculos ad tecta retorsit
Talia voce movens: Salve gratissima tellus,
Quam nos praetulimus caelo: tibi gaudia nostri
Sanguinis et caros uteri commendo labores.
Praemia digna manent. Nullos patiere ligones
Et nullo rigidi versabere vomeris ictu:
Sponte tuus florebit ager. Cessante iuvenco
Ditior oblatas mirabitur incola messes.
  Sic ait et fulvis tetigit serpentibus Idam.
Hic sedes augusta deae templique colendi
Religiosa silex, densis quam pinus obumbrat

179 phrigios L frigios V 180 cibelem LV 181 Menbra V 182 humectant LV 183 *conieci olim* Stringunt *seu* Tangunt, *nunc nihil muto, cf. Prop. V, 7, 40* aurata cyclade signat humum, *Hor. A. P. 158 seq.* pede certo Signat humum *cf. etiam Baehrens. l. c.* scindunt *seu* sulcant *voluit Goetzius l. c. p. 144* 184 *//////*[note] (*nescio quid cras.*) L pote[n] V 185 zephiros LV ‖ nunc *add. m. I sup. lin. nam deerat* L 188 scindunt[† condunt] L ‖ fruges L comeses[s] V culmi *ex Isingrinii et Claverii auctoritate* H 189 ethna LV 191 oborto V ab orto L 196 nulla, *in marg. m. I* digna V 197 versabere[vel x] V 200 fulvis tetigit serpentibus LV fulvis serpentibus attigit *editt. vett.* ‖ idam LV Iden *editt. rec.* 201 sedes LV aedes *Aldina* ‖ angusta L 202 dēpsis V ‖ obumbrat L opacat V

Frondibus, et nulla lucos agitante procella
Stridula coniferis modulatur carmina ramis.
Terribiles intus thiasi vesanaque mixto
Concentu delubra gemunt. Ululatibus Ide
Bacchatur. Timidas inclinant Gargara silvas.
Postquam visa Ceres, mugitum tympana frenant,
Conticuere chori: Corybas non impulit ensem,
Non buxus, non aera sonant blandasque leones
Submisere iubas. Adytis gavisa Cybebe
Exsilit et pronas extendit ad oscula turres.
Viderat haec dudum summa speculatus ab arce
Iuppiter ac Veneri mentis penetralia pandit:
Curarum, Cytherea, tibi secreta fatebor.
Candida Tartareo nuptum Proserpina regi
Iam pridem est decreta dari. Sic Atropos urget,
Sic cecinit longaeva Themis. Nunc matre remota
Rem peragi tempus. Fines invade Sicanos
Et Cereris prolem patulis illudere campis,
Crastina purpureos cum lux detexerit ortus,
Coge tuis armata dolis, quibus urere cuncta,
Me quoque saepe soles. Cur ultima regna quiescunt?
Nulla sit immunis regio nullumque sub umbris
Pectus inaccensum Veneri. Iam tristis Erinys
Sentiat ardores, Acheron Ditisque severi
Ferrea lascivis mollescant corda sagittis.

203 Floribus V 204 coniferis — ramis L V coniferi — rami *olim male ex coniectura scripsi* ‖ modulatur V modulantur L 205 tyasi L 206 yde L V 207 Baccatur L Bachatur V 208 timpana L V 209 coribas L chorubas V 210 blandique *Parrhasius* 211 aditis L V ‖ cybebe *restitui* cibele L cybele V cybelle *editt.* 212 Exilit L V ‖ extendit L contendit V intendit *editiones cum vet. Delrii libro* 213 hoc L ‖ speculatur (s *sup.*) V 214 Iupiter L V ‖ ac *in ras.* L ‖ pandit L nudat V 215 Curatum (r *sup.*) V ‖ citarea tibi secreta L citherea tibi secreta V secreta tibi cytherea *editt.* 216 nutum (t *sup.*) (*sic corr. m. II ex* nudum) V 217 Iam pridem ÷ (= *est*) L Iam pridem V Iam dudum *editt. cum deterr.* 219 peragi *cum vett. editt.* peragi est *ego olim male* peragit L V (t *in ras.* L) peragi *coni. Barthius cum deterr.* 221 purpureos L (rpureos *in ras. m. I add.*) puniceos V 222 Coge L V Falle *in marg. Isingr., unde coniecit Burm.* Pelle 224 sub *deerat, sed add. sup. lin.* L 225 inaccessum (con *sup.*) (*sic*) V ‖ herinis L V 226 dictisque V 227 lacivis L

Accelerat praecepta Venus iussuque parentis
Pallas et inflexo quae terret Maenala cornu
Addunt se comites. Divino semita gressu
Claruit. Augurium qualis laturus iniquum
Praepes sanguineo delabitur igne cometes
Prodigiale rubens: non illum navita tuto,
Non impune vident populi, sed crine minaci
Nuntiat aut ratibus ventos aut urbibus hostes.

Devenere locum, Cereris quo tecta nitebant
Cyclopum firmata manu. Stant ardua ferro
Moenia, ferrati postes immensaque nectit
Claustra chalybs. Nullum tanto sudore Pyracmon
Nec Steropes construxit opus; non talibus unquam
Spiravere notis animae nec flumine tanto
Incoctum maduit lassa cervice metallum.
Atria cingit ebur; trabibus solidatur aenis
Culmen et in celsas surgunt electra columnas.

Ipsa domum tenero mulcens Proserpina cantu
Irrita texebat rediturae munera matri.
Hic elementorum seriem sedesque paternas
Insignibat acu: veterem qua lege tumultum
Discrevit Natura parens et semina iussis
Discessere locis. Quidquid leve, fertur in altum:
In medium graviora cadunt; incanduit aer,
Legit flamma polum, fluxit mare, terra pependit.
Nec color unus erat. Stellas accendit in auro,
Ostro fundit aquas, attollit litora gemmis

231 Claruit LV Canduit *cum Isingrinii codice mavult* H 232 Praeceps *editt. cum deterr.* 236 q[a] (= *qua*) V ‖ nitebant V manebant L 237 Ciclopum L ‖ fọrmata[i] V 239 Castra caplips L Claustra cạblibs[h] V ‖ piragmon LV 240 umquam LV 241 nothis L notis V ‖ flamine L 242 lassa L lapsa V ‖ cervice LV *cf. L. Jeep. l. c. p. 363* fornace *Isingrinius et vetus Claverii liber (? ms)* 244 incelsas V ‖ columpnas LV 246 texạbat[e] L 249 ut semina *coniecit* H3 *quod iam Parrhasius legit* 250 quicquid LV 252 Legit *scripsi ex vetere Claverii libro (ms ?)* Egit LV 253 unus erat LV unus inest *editt. vett. cum deterr.* 254 littora LV

Filaque mentitos iam iam caelantia fluctus
Arte tument. Credas illidi cautibus algam
Et raucum bibulis inserpere murmur harenis.
Addit quinque plagas. Mediam subtegmine rubro
Obsessam fervore notat; squalebat inustus
Limes et assiduo sitiebant stamina sole:
Vitales utrimque duas, quas mitis oberrat
Temperies habitanda viris; in fine supremo
Torpentes traxit geminas brumaque perenni
Foedat et aeterno contristat frigore telas.
Nec non et patrui pingit sacraria Ditis
Fatalesque sibi Manes. Nec defuit omen;
Praescia nam subitis maduerunt fletibus ora.
Coeperat et vitreis summo iam margine texti
Oceanum sinuare vadis; sed cardine verso
Cernit adesse deas imperfectumque laborem
Deserit et niveos infecit purpura vultus
Per liquidas succensa genas castaeque pudoris
Illuxere faces. Non sic decus ardet eburnum,
Lydia Sidonio quod femina tinxerit ostro.

Nonnulla desunt.

Merserat unda diem. Sparso nox umida somno
Languida caeruleis invexerat otia bigis.
Iamque viam Pluto superas molitur ad auras
Germani monitu. Torvos invisa iugales

255 iam iam celantia LV iam iam curvantia *Isingr. et alter Claverii liber (ms ?)* subtercelantia *editt. vett.* iam iamque levantia *coniecit* H2 tanta simulantia *hariolatur Burmannus* 257 marmor *coniecit Schraderus* 259 inustus LV adustus *editt. cum deterr.* 260 Limus *coniecit Baehrensius l. c.* ‖ gramina *temptavi et id laudat Baehrensius l. c.* 261 obumbrat *cum quodam Vossiano mavult* H3 262 in fine L c̄ fine V cum fine *editt. vett.* tum fine *cum deterr.* H 263 gemas [in] L gem̄is [nas] V ‖ perhenni L 264 constristat (*sic*) V constringit *editt. vett., quod defendit Burm.* 265 fingit *laudat* H1 267 Nescia *male coniecit Burmannus* 268 supremo margine tele [vel texti] L 269 Occeanum LV ‖ sinuare LV simulare *Isingrinius* ‖ set L 270 Cernit LV Sensit *editt. cum deterr.* Sentit *defendit* H2 H3 274 Lidia L ‖ sydonio V ‖ *Post v. 274 non pauca desunt, cf. quae dixi in Ritschelii Actis I, p. 356 seq.* 275 humida LV ‖ sompno LV 277 Pluto LV Pluton *olim editt.* ‖ superas LV Siculas *editt. vett. cum deterr.* ‖ auras L arces V

Alecto temone ligat, qui pascua mandunt
Cocyti pratisque Erebi nigrantibus errant
Stagnaque potantes tranquillae marcida Lethes
Aegra soporatis spumant oblivia linguis.
Orphnaeus crudele micans Aethonque sagitta
Ocior et Stygii sublimis gloria Nycteus
Armenti Ditisque nota signatus Alastor
Stabant ante fores iuncti saevumque fremebant
Crastina venturae sperantes gaudia praedae.

LIBER SECUNDUS.

Impulit Ionios praemisso lumine fluctus
Nondum pura dies, tremulis vibravit in undis
Ardor et errantes ludunt per caerula flammae.
Iamque audax animi fidaeque oblita parentis
Fraude Dionaea riguos Proserpina saltus —
Sic Parcae iussere — petit. Ter cardine verso
Praesagum cecinere fores, ter conscia fati
Flebile terrificis gemuit mugitibus Aetna.
Nullis illa tamen monstris nulloque tenetur
Prodigio; comites gressum iunxere sorores.

279 Allecto L Alleto V 280 Cochiti L Cocyti[h] V ‖ pratisque L V spatiisque *nonnullae editt. vett. cum deterr.* ‖ herebi L V 281 tranquille potantes V 283 Orẹneus L Orneus V Orphnaeus *editt. vett. etiam Scaliger* ‖ Aethonque *editt. vett. etiam Scaliger, est apud Ov. Met. II, 153 Solis equus* ethonusque L V aethoneusque *Vossianus quidam, quare conicio* Chthoniusque, *de quo nomine cf. lex. nom. pr.* 284 stigii L V ‖ nyctheus (y *corr. m. II ex* i) V morpheus L 285 di≡tisque L ‖ alaster L V alastor *editt.* 286 iuncti≡ sevumque L 287 sperantes *cum Baehrensio scripsi* spectantes L exspectantes V spirantes *Goetzius Phil. Anz. VII p. 145*

Praefationem, quae in omnibus codicibus ante hunc librum inserta est, expunximus cf. quae exposui in Ritschelii Actis I, p. 359 et huius editionis vol. II, p. 77. Titulus deest L V *praeterea nullum spatium relictum in* L 1 yonios L V ‖ flamine *voluit Baehrensius Jen. Lit. 1875, p. 132* 2 uibratur V 3 errantes V ardentes L *quae* 'ardendi' *repetitio non plane displicet* (*cf. Rapt. Pros. III v. 131*) 4 animi audax L 5 dyonea V ‖ rigu≡os V 6 iussere L V volvere *vel* voluere *editt. cum deterr.* 7 Presagum *deter.* Presagium L V praesagae *editt.* 8 ethna L V Henna *editt. cum nonnullis deterr.*

Prima dolo gaudens et tanti conscia voti
It Venus et raptus metitur corde futuros,
Iam durum flexura Chaos, iam Dite subacto
Ingenti famulos Manes ductura triumpho.
  Illi multifidos crinis sinuatur in orbes
Idalia divisus acu; sudata marito
Fibula purpureos gemma suspendit amictus.
  Candida Parrhasii post hanc regina Lycaei
Et Pandionias quae cuspide protegit arces,
Utraque virgo, ruunt: haec tristibus aspera bellis,
Haec metuenda feris. Tritonia casside fulva
Caelatum Pythona gerit, qui summa peremptus
Ima parte viget moriens et parte superstes,
Hastaque terribili surgens per nubila ferro
Instar erat silvae; tantum stridentia colla
Gorgonis obtentu pallae fulgentis inumbrat.
  At Triviae lenis species et multus in ore
Frater erat Phoebique genas et lumina Phoebi
Esse putes solusque dabat discrimina sexus.
Bracchia nuda nitent, levibus proiecerat auris
Indociles errare comas arcuque remisso
Otia nervus agit; pendent post terga sagittae.
Crispatur gemino vestis Gortynia cinctu
Poplite fusa tenus motoque in stamine Delos
Errat et aurato trahitur circumflua ponto.

11 tanti conscia voti L tanto conscia voto V tanti conscia furti *editt. vett. cum deterr.* tanti callida voti *vetus Claverii (ms ?) liber* cauti callida voti *mavult* H 12 Id L ‖ metitur L V meditatur *non male nonnulli deterr.* molitur *conieci* 13 Iamdudum V ‖ cahos L 16 Ydalia L V ‖ a[r]cu (*ex* arcu) V 18 parasii L parrasii V ‖ hanc] hec V ‖ licei L 19 pandioneas L V 20 ruit V 22 phitona L V typhona *cum deterr. editt.* ‖ qui summa peremptus V qui parte peremptus L 23 et parte L V ‖ super[s]tes (s *add. m. rec.*) V ‖ Ima viget, moriens partim partimque superstes *temptavit* H 3 *est haud dubie locus corruptissimus ut certi quidquam non proposuerim; mihi in mentem venit:* viget, moriens pariterque superstes *Baehrensius Jen. Literaturzeitung 1875, p. 132* moriens et parte superstes *vero versus exitu deleto interpolatum putat* 24 ferro L V gyro *editt.* 25 erat L V habet *deterr.* 26 Gorgonos V 27 levis L ‖ species L facies V 30 Brachia L V 33 cortiuea (*sic*) L cortinia V 34 do[e]los L

Quas inter Cereris proles, nunc gloria matris,
Mox dolor, aequali tendit per gramina passu,
Nec membris nec honore minor, potuitque videri
Pallas, si clipeum ferret, si spicula, Phoebe.
Collectae tereti nodantur iaspide vestes.
Pectinis ingenio nunquam felicior artis
Contigit eventus, nulli sic conscia telae
Fila nec in tantum veri duxere figuras.
Hic Hyperionio Solem de semine nasci
Fecerat et pariter Lunam, sed dispare forma,
Aurorae noctisque duces. Cunabula Tethys
Praebet et infantes gremio solatur anhelos
Caeruleusque sinus roseis radiatur alumnis.
Invalidum dextro portat Titana lacerto
Nondum luce gravem nec pubescentibus alte
Cristatum radiis. Primo clementior aevo
Fingitur et tenerum vagitu despuit ignem.
Laeva parte soror vitrei libamina potat
Uberis et parvo signatur tempora cornu.
Tali luxuriat cultu. Comitantur euntem
Naides et socia stipant utrimque caterva,
Quae fontes Crinise tuos et saxa rotantem
Pantagiam nomenque Gelam qui praebuit urbi,
Concelebrant, quas pigra vado Camerina palustri,
Quas Arethusaei latices, quas advena nutrit
Alpheus; Cyane totum supereminet agmen.
Qualis Amazonidum peltis exsultat ademptis

38 menbris V 39 si] sip V ‖ clipeum, si ferret *deterr. et editt. rec.* 41 arti *editt.* 42 nulli sic conuenientia conscia tele L *cf. L. Jeep l. c. p. 376* i nullę sic consona tele V nullae sic consona telae *deterr.* 43 figuram *editt.* 44 yperiuonio L yperonio (i *add. m. 1*) V ‖ nasci L V *quod restitui Barcone l. c. p. 594 seq. monente* natum *ex coniectura ego olim scripsi* 45 forma sed dispare lunam V 46 thetis L V 48 alumpnis L V 49 tytana L V 54 signantur *editt. vett. cum deterr.* 55 euntes *editt. vett.* 56 Naiades V ‖ caterva L V corona *editt. cum deterr.* 57 Cnisse L 58 Pantagian V ‖ gelan V 59 caminia L çamarina *ed. vett.* 60 irethusei L *cf. R. Pros. ed. L. Jeep 1875, praef. p. XXII* 61 Alpheus et cyane L 62 exultat L V ‖ ademptis L V aduncis *editt. rec. cum deterr.*

Pulchra cohors, quotiens Arcton populata virago
Hippolyte niveas ducit post proelia turmas,
Seu flavos stravere Getas, seu forte rigentem
Thermodontiaca Tanaim fregere securi:
Aut quales referunt Baccho sollemnia nymphae
Maeoniae, quas Hermus alit, ripasque paternas
Percurrunt auro madidae; laetatur in antro
Amnis et undantem declinat prodigus urnam.
  Viderat herboso sacrum de vertice vulgus
Henna parens florum curvaque in valle sedentem
Compellat Zephyrum: Pater o gratissime veris,
Qui mea lascivo regnas per prata meatu
Semper et assiduis irroras flatibus annum,
Respice Nympharum coetus et celsa Tonantis
Germina per nostros dignantia ludere campos.
Nunc adsis faveasque precor, nunc omnia fetu
Pubescant virgulta velis, ut fertilis Hybla
Invideat vincique suos non abnuat hortos.
Quidquid turiferis spirat Panchaia silvis,
Quidquid odoratus longe blanditur Hydaspes,
Quidquid ab extremis ales longaevus harenis
Colligit optato repetens primordia saeclo,
In venas disperge meas et flamine largo
Rura fove, merear divino pollice carpi

63 Pulcra V ‖ chohors V ‖ arton L archon V 64 Ypolite L Hypolite V ‖ vidnas — turmas *male proposuit* H 3 66 Termodoantyaca L Termodontiaca V ‖ tanaym L tanaī V 67 bacho L V ‖ sollempnia L solempnie (a) V ‖ nimphe L V 68 hernus (m') L 69 gravidas *voluit Scaliger pro* madidae ‖ in antro V in auro L 72 Ethna L V Henna *optime ex Oxoniensi quodam* H 73 zephirum L V 74 meatu L volatu V 75 irroas V ‖ annum L V *quod Barcone l. c. p. 595 auctore denuo recepi* arvum *olim scripsi* 76 nimpharum L V 78 adsis V assis L 79 fertylis V ‖ hibla L V 80 Ut videat V ‖ abneget *coniecit Scaliger* ‖ ortos L V
81 Quicquid L V ‖ turiferis L odoriferis V 82 Quicquid L V ‖ ydasper L idaspes V 83 Quicquid L V ‖ longevus harenis V *quod defendit Baehrensius l. c.* longeva colonis L longaeva Sabaeis *Isingrinius quod laudat Goetzius Phil. Anz. VII, p. 143* 84 primordia seclo L exordia partu V exordia busto *Isingrinius* ‖ optati referens exordia saecli *editt. vett. cum deterr.* optata repetens exordia morte *mavult Baehrensius l. c.* 85 experge V ‖ flumine V 86 fove merear L V ‖ Rura fove ut *male olim scripsi cum deterr. cf. praef. vol. I, p. LXV*

Et nostris cupiant ornari numina sertis.
Dixerat. Ille novo madidantes nectare pennas
Concutit et glebas fecundo rore maritat,
Quaque volat, vernus sequitur rubor. Omnis in herbas
Turget humus medioque patent convexa sereno;
Sanguineo splendore rosas, vaccinia nigro
Induit et dulci violas ferrugine pingit.
Parthica quae tantis variantur cingula gemmis
Regales vinctura sinus? Quae vellera tantum
Ditibus Assyrii spumis fuscantur aeni?
Non tales volucer pandit Iunonius alas,
Nec sic innumeros arcu mutante colores
Incipiens redimitur hiems, cum tramite flexo
Semita discretis interviret umida nimbis
Forma loci superat flores: curvata tumore
Parvo planities et mollibus edita clivis
Creverat in collem. Vivo de pumice fontes
Roscida mobilibus lambebant gramina rivis
Silvaque torrentes ramorum frigore soles
Temperat et medio brumam sibi vindicat aestu.
. . . .
Apta fretis abies, bellis accommoda cornus,
Quercus amica Iovi, tumulos tectura cupressus,
Ilex plena favis, venturi nuntia laurus.
Fluctuat hic denso crispata cacumine buxus,
Hic hederae serpunt, hic pampinus induit ulmos.
Haud procul inde lacus (Pergum dixere Sicani)

87 cupiant L fovent (a *supra* e) V voveant *vel* faveant *coniecit* H
88 madiantes (d *supra*) L 91 medioque] nimboque *coniecit l. c. Baehrensius*
93 Induit L Imbuit V 94 Partica L V ‖ venerantur L
96 assirii L assiriis V ‖ fuscantur L V fucantur *cum Parrhasii libris* H ‖ aenis V 98 Non V 100 interviret L V internitet *magis mihi placeret* ‖ humida L V 103 vivi *malim, tamen cf. Ov. Fast. II, 315* ‖ punice L 106 in (et *supra*) (*sic: in m. I corr.*) V ‖ vendicat L V ‖ modico g medios (? modicos) umbra sibi vindicat aestus *olim conieci* ‖ *post v. 106 lacunam esse patet* 107 bellis et accaomoda L bellis accomoda V 109 Ylex L ‖ nuncia laurus L prescia laurus V
110 Fluctuat in denso L 111 Hinc hedere L Hic edere (h *supra*) V ‖ hinc L ‖ panpinus V 112 Haut L V ‖ Sycani L

Panditur et nemorum frondoso margine cinctus
Vicinis pallescit aquis; admittit in altum
Cernentes oculos et late pervius umor
Ducit inoffensos liquido sub flumine visus,
Imaque perspicui prodit secreta profundi.
  Huc elapsa cohors gaudent per florea rura.
Hortatur Cytherea legant: Nunc ite sorores,
Dum matutinis praesudat solibus aer,
Dum meus umectat flaventes Lucifer agros,
Roranti praevectus equo. Sic fata, doloris
Carpit signa sui. Varios tum cetera saltus
Invasere cohors. Credas examina fundi
Hyblaeum raptura thymum, cum cerea reges
Castra movent fagique cava dimissus ab alvo
Mellifer electis exercitus obstrepit herbis.
Pratorum spoliatur honos: haec lilia fuscis
Intexit violis, hanc mollis amaracus ornat,
Haec graditur stellata rosis, haec alba ligustris.
Te quoque flebilibus maerens Hyacinthe figuris
Narcissumque metunt, nunc inclita germina veris,
Praestantes olim pueros. Tu natus Amyclis,
Hunc Helicon genuit. Disci te perculit error,
Hunc fontis decepit amor. Te fronte recussa
Delius, hunc fracta Cephisus harundine luget.
  Aestuat ante alias avido fervore legendi
Frugiferae spes una deae. Nunc vimine texto
Ridentes calathos spoliis agrestibus implet,

115 humor LV 116 sub^flumine L sub gurgite *editt.* 117 Ymaque L ‖ prerspicui V 118 *deest in* LV; *in* L *add. manus recens, quae manum pr. imitata est, in margine; legitur etiam in editt. cum nonnullis deterr. Maximilianus Bonnet (Revue critique 1875 N. 27 p. 8) putat hunc versum interpolatum esse lacunam dissimulaturum et confert III, 279* 119 Ortatur L ‖ cytharea L citherea V 120 matutinus V 121 humectat LV 122 coloris, *in marg. m. II* † doloris L cruoris V 123 tunc L 125 Ybleum L Hibleum V ‖ thimum LV 126 cavae *magis mihi placeret* ‖ demissus *editt.* ‖ ab[al]vo L 128 fuscis] flavis L 131 maerentem *Paul. l. c. p. 10* ‖ hyacinthe g iacinte LV 132 Narcisumque LV ‖ metunt V legunt L ‖ gramina V 133 amiclis LV 134 elicon LV ‖ disci te LV te disci *editt.* 135 recussa L reclusa[† tu] V retusa *editt. cum deterr.* 136 arûndine V 137 avide V 138 texto[s] (s *m. II (?) add. sup., ut manu I saepe*) V textos L ‖ textos Ridenti *coniecit Schraderus*

Nunc sociat flores seseque ignara coronat,
Augurium fatale tori. Quin ipsa tubarum
Armorumque potens dextram, qua fortia turbat
Agmina, qua stabiles portas et moenia vellit,
Iam levibus laxat studiis hastamque reponit
Insuetisque docet galeam mitescere sertis.
Ferratus lascivit apex horrorque recessit
Martius et cristae pacato fulgure vernant.
Haec quae Parthenium canibus scrutatur odoris
Aspernata toros * libertatemque comarum
Iniecta voluit tantum frenare corona.
  Talia virgineo passim dum more geruntur,
Ecce repens mugire fragor, confligere turres
Pronaque vibratis radicibus oppida verti.
Causa latet. Dubios agnovit sola tumultus
Diva Paphi mixtoque metu perterrita gaudet.
Iamque per anfractus animarum rector opacos
Sub terris quaerebat iter gravibusque gementem
Enceladum calcabat equis. Immania findunt
Membra rotae pressaque gigas cervice laborat
Sicaniam cum Dite ferens temptatque moveri
Debilis et fessis serpentibus impedit axem:
Fumida sulphureo praelabitur orbita dorso.
Ac velut occultus securum pergit in hostem
Miles et effossi subter fundamina campi
Transilit inclusos arcano limite muros,
Turbaque deceptas victrix erumpit in arces
Terrigenas imitata viros: sic tertius heres
Saturni latebrosa vagis rimatur habenis

141 thori L V 145 Insuetisque V Inventisque L Insolitisque *editt. cum Vaticano quodam* ‖ galleam L 147 paccato V 148 Hec L V Nec *deter.* ‖ odoris *editt. vett. cum nonnullis deterr.* odorem L V odorum *ego malim* 149 thoros L thoros (vel coros) V choros *editt.* ‖ *Post* toros *quin aliquid exciderit non dubito* 150 Illecta (*vel* iniecta) V 153 Lapsaque *temptavit Burm.* ‖ arbuta *pro* oppida *proponit l. c. Baehrensius* 155 mistoque *editt. rec.* 157 trementem V 158 Encheladum L V ‖ fundunt V 159 Menbra L V 161 Debilis (s;) V (*sic*) 162 sulfureo L 163 velud L ‖ occultū securus V ‖ pergit L V prodit *editt. cum deterr.* 165 inclusos L V elusos *cum deterr. Barth. et* H *quod denuo defendit Paul l. c. p. 7* ‖ archano L V ‖ limite *editt. cum deterr.* milite L V

Devia fraternum cupiens exire sub orbem.
Ianua nulla patet; prohibebant undique rupes
Oppositae duraque deum compage tenebant.

Non tulit ille moras indignatusque trabali
Saxa ferit sceptro: Siculae sonuere cavernae,
Turbatur Lipare, stupuit fornace relicta
Mulciber et trepidus deiecit fulmina Cyclops.
Audiit et si quem glacies Alpina coercet,
Et qui te, Latiis nondum praecincte trophaeis
Thybri, natat missamque Pado qui remigat alnum.

Sic, cum Thessaliam scopulis inclusa teneret
Peneo stagnante palus et mersa negaret
Arva coli, trifida Neptunus cuspide montes
Impulit adversos. Tunc forti saucius ictu
Dissiluit gelido vertex Ossaeus Olympo.
Carceribus laxantur aquae factoque meatu
Redduntur fluviusque mari tellusque colonis.

Postquam victa manu duros Trinacria nexus
Solvit, et immenso late discessit hiatu,
Apparet subitus caelo timor: astra viarum
Mutavere fidem, vetito se proluit Arctos
Aequore, praecipitat pigrum formido Booten,
Horruit Orion, audito palluit Atlas
Hinnitu, rutilos obscurat anhelitus axes
Discolor et longa solitos caligine pasci
Terruit orbis equos, pressis haesere lupatis
Attoniti meliore polo rursusque verendum
In Chaos obliquo certant temone reverti.

cicula
171 duraque L *cf. Jeep l. c. p. 373* siculaque V 173 ceptro L ‖ sonuere (t) V tonuere *cum deterr.* H 174 liphare L liparis (e) V Liparis *ed. vett.* 175 ciclops LV 176 cohercet LV 177 laciis L latis V 178 Tymbri L Tibri V 179 tessaliam L 180 et V cum L ‖ negaret L teneret (uetaret) V 182 tum *editt.* 183 Dissiliit V Se solvit L ‖ olimpo LV 184 factoque LV fractoque *cum deterr. editt.* 185 fluvii‗que (*in ras. erat* s ?) L 188 tumor L 189 proluit LV polluit *in transcursu proposuit* H 3 ‖ arthos LV 190 bootem V boetem L 191 athlas LV 192 Hynnitu L ‖ hanelitus L anelitus V 195 russusque V 196 certant L temptant V pugnant *editt. cum deterr.*

Mox ubi pulsato senserunt verbera tergo,
Et solem didicere pati, torrentius amne
Hiberno tortaque ruunt pernicius hasta,
Quantum non iaculum Parthi, non impetus Austri,
Non leve sollicitae mentis discurrit acumen.
Sanguine frena calent, corrumpit spiritus auras
Letifer, infectae spumis vitiantur harenae.
. . . .

Diffugiunt Nymphae, rapitur Proserpina curru
Imploratque deas. Iam Gorgonis ora revelat
Pallas et intento festinat Delia telo,
Nec patruo cedunt. Stimulat communis in arma
Virginitas crimenque feri raptoris acerbat.
Ille, * velut stabuli decus armentique iuvencam
Cum leo possedit nudataque viscera fodit
Unguibus et rabiem totos exegit in armos,
Stat turpis crassa sanie nodosque iubarum
Excutit et viles pastorum despicit iras.

Ignavi domitor vulgi, deterrime fratrum,
Pallas ait, quae te stimulis facibusque profanis
Eumenides movere? Tua cur sede relicta
Audes Tartareis caelum infestare quadrigis?
Sunt tibi deformes Dirae, sunt altera Lethes
Numina, sunt tristes Furiae te coniuge dignae.
Fratris linque domos, alienam desere sortem,
Nocte tua contentus abi. Quid viva sepultis
Admisces? Nostrum quid proteris advena mundum?
Talia vociferans avidos transire minaci
Cornipedes umbone ferit clipeique retardat
Obice Gorgoneisque premens assibilat hydris

197 menbra (= *verbera*) V 200 Qunantum n̄ (*in marg. m. II* n̄ atit (= *non aliter*) L 201 discurrat *mavult* H2 H3 203 aristae *coniecit Schraderus* ‖ *Post v. 203 aliquid deesse cognovit Maximilianus Bonnet Revue critique 1875 N. 27, p. 8, ipsum rapiendi actum desiderans* 204 nimphe L V 205 Gorgonos V 206 telo L V cornu *editt. cum deterr.* 209 *Post* Ille *versus excidit cf. L. Jeep l. c. p. 357 et Burm. a. h. l.* ‖ velud L 211 excivit *laudat Burm.* 212 crassa turpis V 214 I *add. m. rec. ad* gnavi V ‖ teterrime *editt. cum deterr.* 215 prophanis L V 216 Tue L 217 infestare g L V incestare *editt. cum deterr.* 225 adsibilat V ‖ ydris L hydus V

Praetentasque aperit cristas. Libratur in ictum
Fraxinus et nigros illuminat obvia currus
Missaque paene foret, ni Iuppiter aethere summo
Paciferas rubri torsisset fulminis alas
Confessus socerum. Nimbis Hymenaeus hiulcis
Intonat, et testes firmant conubia flammae.
Invitae cessere deae. Compescuit iram
Cum gemitu talesque dedit Latonia voces:
Sis memor o longumque vale: reverentia patris
Obstitit auxilio, nec nos defendere contra
Possumus; imperio vinci maiore fatemur.
In te coniurat genitor populoque silenti
Traderis, heu, cupidas non aspectura sorores
Aequalemque chorum. Quae te fortuna supernis
Abstulit et tanto damnavit sidera luctu?
Iam neque Partheniis innectere retia lustris,
Nec pharetras gestare libet. Securus ubique
Spumet aper saevique fremant impune leones.
Te iuga Taygeti, posito te Maenala flebunt
Venatu maestoque diu lugebere Cyntho;
Delphica quin etiam fratris delubra tacebunt.
Interea volucri fertur Proserpina curru
Caesariem diffusa Noto planctuque lacertos
Verberat et questus ad nubila fundit inanes:
Cur non torsisti manibus fabricata Cyclopum
In nos tela pater? Sic me crudelibus umbris
Tradere, sic tuto placuit depellere mundo?
Nullane te flectit pietas? Nihilumne paternae

226 Praetentasque aperit cristas *editt. cum deterr.* Pretentaque operit crista L V 227 cursus L 228 Iupiter L V ‖ summo L celso V vulgo *cum Moreti codice* H 229 Pacificas V ‖ fulminis g L luminis V fulminis horas *voluit Scaliger* 230 ymeneus V ymineus L hymenaeon *mavult* H 231 connubia L 232 iram L arcum V 233 tritonia L 236 Possimus V 240 dampna(uit) L dampnavit V damnarunt *deterr. quod defendit Hertel l. c. p. XIII* 241 parthemiis V 242 Non L ‖ pharetram *editt.* 243 saevumque *cum Moreti libro* H 244 tageti L taigeti V 245 cintho L cinth— (*eras. erat* o) V 246 Delfica L V 248 notho L V ‖ plantuque L 249 fundit V tendit L rumpit *deterr.* 250 ciclopum L V 252 tuto *Baehrensius l. c. et Jen. Lit. 1875 p. 132* laeto *ego olim conieci* toto L V 253 Nullate (ne) L ‖ nullumque V

Mentis inest? Tantas quo crimine movimus iras?
Non ego, cum rapido saeviret Phlegra tumultu,
Signa deis adversa tuli, non robore nostro
Ossa pruinosum vexit glacialis Olympum.
Quod conata nefas aut cuius conscia culpae
Exsul ad immanes Erebi detrudor hiatus?
O fortunatas, alii quascumque tulere
Raptores! Saltem communi sole fruuntur.
Sed mihi virginitas pariter caelumque negatur;
Eripitur cum luce pudor terrisque relictis
Servitum Stygio ducor captiva tyranno.
O male dilecti flores despectaque matris
Consilia, o Veneris deprensae serius artes!
Mater, io, seu te Phrygiis in vallibus Idae
Mygdonio buxus circumsonat horrida cantu,
Seu tu sanguineis ululantia Dindyma Gallis
Incolis et strictos Curetum respicis enses,
Exitio succurre meo, compesce furentem,
Comprime ferales torvi praedonis habenas.
  Talibus ille ferox dictis fletuque decoro
Vincitur et primi suspiria sensit amoris.
Tunc ferrugineo lacrimas detersit amictu
Et placida maestum solatur voce dolorem:
  Desine funestis animum Proserpina curis
Et vario vexare metu. Maiora dabuntur
Sceptra nec indigni taedas patiere mariti.
Ille ego Saturni proles, cui machina rerum
Servit et immensum tendit per inane potestas.
Amissum ne crede diem. Sunt altera nobis
Sidera, sunt orbes alii, lumenque videbis

254 novimus (m *superscr.*) V 255 rabido *voluit* H ‖ flegra L (fle *in ras.*) V 257 alũpnum L olimpum V 258 nephas LV ‖ concia culpe L conscia culpe V conscia noxae *cum deterr.* H 259 Exul LV ‖ herebi LV ‖ hyatus L 260 fortunata (a *alterum in ras.*) L 262 Set L ‖ michi V 264 stigio LV ‖ tiranno V 267 frigiis L phrigiis V ‖ yde LV 268 Migdonio LV 269 tu (u *in ras.*) L ‖ dindima LV

270 curretum L ‖ repicis (s *superscr.*) L 271 meo] nr̄o meo (*sic*) V 272 praedonis L raptoris V 274 sensit LV sentit *editt.*

275 Tum V ‖ detersit gL detergit V 279 Ceptra L ‖ paciare (e *superscr.*) V 280 machina mundi V

Purius Elysiumque magis mirabere solem
Cultoresque pios. Illic pretiosior aetas,
Aurea progenies, habitat semperque tenemus,
Quod superi meruere semel. Nec mollia desunt
Prata tibi: Zephyris illic melioribus halant
Perpetui flores, quos nec tua protulit Henna.
Est etiam lucis arbor praedives opacis,
Fulgentes viridi ramos curvata metallo.
Haec tibi sacra datur, fortunatumque tenebis
Autumnum et fulvis semper ditabere pomis.
Parva loquor. Quidquid liquidus complectitur aer,
Quidquid alit tellus, quidquid maris aequora verrunt,
Quod fluvii volvunt, quod nutrivere paludes,
Cuncta tuis pariter cedent animalia regnis,
Lunari subiecta globo, qui septimus auras
Ambit et aeternis mortalia separat astris.
Sub tua purpurei venient vestigia reges
Deposito luxu turba cum paupere mixti:
Omnia mors aequat. Tu damnatura nocentes,
Tu requiem latura piis, te iudice sontes
Improba cogentur vitae commissa fateri.
Accipe Lethaeo famulas cum gurgite Parcas;
Sit fatum quodcumque voles. Haec fatus ovantes
Exhortatur equos et Tartara mitior intrat.
Conveniunt animae, quantas violentior Auster
Decutit arboribus frondes aut nubibus imbres
Colligit aut frangit fluctus aut torquet harenas,
Cunctaque praecipiti stipantur saecula cursu
Insignem visura nurum. Mox ipse serenus

284 elipsyumque L elisiumque V ‖ mirablē (*sic*) *pro* mirabere V 286 habitant *cum Vossiano quodam* H 287 meruere L V ‖ deerunt *maluit* H 288 zephiris L V ‖ alant L V 289 Henna *cum Bononiensi quodam* H ethna L V 292 tenebis L videbis V 293 Autumpnum L 294 quicquid L V 295 Quicquid L V ‖ quicquid L V ‖ maris L V salis *cum vet. Clav. lib.* (*? ms*) H ‖ utunt (= *vertunt*) V 296 volvunt L vertunt V 297 pariter cedent V eciam cedunt L 300 fastigia *coniecit Barthius* 301 turba ū *pro* turba cum V 302 dampnatura L V 306 Sit fatum V Sic fatus L Sit sanctum *vel* pactum *tentat* H1 H2 Sitque ratum, quodcumque voves *coniecturae loco addit* H3 307 tartara L V Taenara *cum deterr.* H 308 violentior L V truculentior *deterr.* 310 fructus V 311 saecula cursu *cum deterr.* H tartara cursu L V

Ingreditur facili passus mollescere risu
Dissimilisque sui. Dominis intrantibus ingens
Assurgit Phlegethon; flagrantibus hispida rivis
Barba madet totoque fluunt incendia vultu.
Occurrunt propere media de plebe ministri.
Pars altos revocant currus frenisque solutis
Vertunt emeritos ad pascua nota iugales,
Pars aulaea tenent, alii praetexere ramis
Limina et in thalamum cultas extollere vestes.
  Reginam casto cinxerunt agmine matres
Elysiae teneroque levant sermone timores
Et sparsos religant crines et vultibus addunt
Flammea sollicitum praevelatura pudorem.
Pallida laetatur regio gentesque sepultae
Luxuriant epulisque vacant genialibus umbrae.
Grata coronati peragunt convivia Manes.
Rumpunt insoliti tenebrosa silentia cantus,
Sedantur gemitus. Erebi se sponte relaxat
Squalor et aeternam patitur rarescere noctem.
Urna nec incertas versat Minoia sortes,
Verbera nulla sonant nulloque frementia luctu
Impia dilatis respirant Tartara poenis.
Non rota suspensum praeceps Ixiona torquet,
Non aqua Tantaleis subducitur invida labris.
Et Tityos tandem spatiosos erigit artus
Squalentisque novem detexit iugera campi, —
Tantus erat — laterisque piger sulcator opaci
Invitus trahitur lasso de pectore vultur
Abreptasque dolet iam non sibi crescere fibras.

314 Dissimulisque L 315 flegeton L phlegeton V 317 properi *cum deterr.* H ‖ media L lecta V 318 revocant L V removent *coniecit Burm.* relocant *Baehrensius l. c.* 319 † emeritos eventos L 321 talamum L V 322 cixerunt L 323 Elisie L Elysie V ‖ tenerosque V 324 sparsas V 326 Pallia V 330 herebi L V 331 rarescere L V *cf. Barco l. c. p. 595 et Goetz l. c. p. 143* vanescere *olim scripsi* 332 mynoia V 334 delatis V 335 yxiona L *Post v. 336 legitur in mss.* Solvitur ixion. invenit tantalus undas, *quem versum delevi cum* H (*cf. L. Jeep l. c. p. 360 seq.*) 337 ticius L tycion V 341 Arreptasque L Direptas *coniecit Burm.*

Oblitae scelerum formidatique furoris
Eumenides cratera parant et vina feroci
Crine bibunt flexisque minis iam lene canentes
Extendunt socios ad pocula plena cerastas
Et festas alio succendunt lumine taedas.
Tunc et pestiferi pacatum flumen Averni
Innocuae transistis aves flatumque repressit
Ampsanctus fixo tacuit torrente vorago.
Tunc Acheronteos mutato gurgite fontes
Lacte novo tumuisse ferunt hederisque virentem
Cocyton dulci perhibent undasse Lyaeo.
Stamina nec rumpit Lachesis, nec turbida sacris
Obstrepitant lamenta choris. Mors nulla vagatur
In terris nullique rogum planxere parentes;
Navita non moritur fluctu, non cuspide miles.
Oppida funerei pollent immunia leti,
Impexamque senex velavit harundine frontem
Portitor et vacuos egit cum carmine remos.
Iam suus inferno processerat Hesperus orbi,
Ducitur in thalamum virgo. Stat pronuba iuxta
Stellantes Nox picta sinus tangensque cubile
Omina perpetuo genitalia foedere sanxit.
Exsultant tum voce pii Ditisque sub aula
Talia pervigili sumunt exordia plausu:
Nostripotens Iuno tuque o germane Tonantis
Et gener, unanimis consortia ducite somni

343 crathera V 345 socias L 346 alio V alie L ‖ succiendunt L luminæ V 347 paccatum V 348 transsistis L ‖ fletumque *coniecerat cum deterr.* H *cf. Clercq in edit. Burm.* 349 Ansanctus g Axantus L anxanctus V ‖ tacuit fixo V 351 timuisse L 352 Cochiton L Cochyton V ‖ undasse LV nutasse *Paul progr. Glogaviens. 1857, p. 2* stagnasse *editt. vett.* ‖ lieo LV 353 nec rumpit LV nec rupit *cum deterr.* H 355 nullique V nullumque L ‖ plaxere (*sic*) L 358 Inpexamque L Implexamque V *v. 358 et 359 nescio quare Baehrensius Jen. Lit. 1875, p. 132 transponere voluerit post v. 346* 359 Fortior († portitor) L 361 thallamum L 363 sancit V 364 Exultant LV ‖ tum *m. II in deteriore Heinsii, quod laudat Baehrensius l. c.* cum LV 366 Nostripotens *conieci cum* H (*cf. Clercq in edit. Burm.*) Nostra potens LV *Cum* Nostripotens *alibi non legeretur, nuper etiam* Nostra regens *temptavi* Nostra parens *cum nonnullis deterr. editt.* 367 unanimis LV unanimi *deterr.* ‖ ducite LV discite *cum deterr.* H ‖ sompni LV

Mutuaque alternis innectite colla lacertis.
Iam felix oritur proles, iam laeta futuros
Exspectat Natura deos. Nova numina rebus
Addite et optatos Cereri proferte nepotes.

LIBER TERTIUS.

Iuppiter interea cinctam Thaumantida nimbis
Ire iubet totoque deos arcessere mundo.
Illa colorato Zephyros illapsa volatu
Numina conclamat pelagi Nymphasque morantes
Increpat et fluvios umentibus evocat antris.
Ancipites trepidique ruunt, quae causa quietos
Excierit, tanto quae res agitanda tumultu.
Ut patuit stellata domus, considere iussi.
Nec confusus honor: caelestibus ordine sedes
Prima datur; tractum proceres tenuere secundum
Aequorei, placidus Nereus et lucida Phorci
Canities. Glaucum series extrema biformem
Accipit et certo mansurum Protea vultu.
Nec non et senibus fluviis concessa sedendi
Gloria. Plebeio stat cetera more iuventus,
Mille amnes. Liquidis incumbunt patribus udae
Naides et taciti mirantur sidera Fauni.
Tum gravis ex alto genitor sic orsus Olympo:
Adduxere meas iterum mortalia curas
Iam pridem neglecta mihi, Saturnia postquam
Otia et ignavi senium cognovimus aevi,

369 prolex V 370 Expectat LV 371 perferte g Deest praefatio huic tertio *notavit qui fecit* g

Titulus deest, nullum spatium vacuum relictum, insertum est hoc loco prooemium carminis de sexto consulatu Honorii LV 1 Iupiter LV ‖ interrea L ‖ taumantida L taumantida V 3 zephiros LV ‖ illapsa L complexa V praelapsa *cum Petaviano quodam* H 4 nimphasque V nimphas (que *deest*) L 5 Increpat V ‖ humentibus LV 9 Ne V 11 lurida V ‖ forci LV 13 prothea LV 15 stant *mavult* H 16 incombunt V ‖ unde V 17 Naydes L ‖ sidera LV numina *cum deterr. Burm.* 18 Tunc L ‖ ex alto V ‖ olimpo LV 19 Abduxere V 20 Iampridem V 21 commovimus *coniecit Schraderus*

Sopitosque diu populos torpore paterno
Sollicitae placuit stimulis impellere vitae,
Incultis ne sponte seges grandesceret arvis,
Undaret neu silva favis, neu vina tumerent
Fontibus et toti fremerent in pocula rivi.
Haud equidem invideo — neque enim livescere fas est
Vel nocuisse deos, — sed quod dissuasor honesti
Luxus et humanas oblimat copia mentes,
Provocet ut segnes animos rerumque remotas
Ingeniosa vias paulatim exploret egestas
Utque artes pariat sollertia, nutriat usus.
Nunc mihi cum magnis instat Natura querelis
Humanum relevare genus, durumque tyrannum
Immitemque vocat regnataque saecula patri
Commemorat parcumque Iovem se divite clamat:
Cur campos horrere situ dumisque repleri
Rura velim nullisque exornem fructibus annum?
Se iam, quae genetrix mortalibus ante fuisset,
In dirae subito mores transire novercae.
Quid mentem traxisse polo, quid profuit altum
Erexisse caput, pecudum si more pererrant
Avia, si frangunt communia pabula glandes?
Haeccine vita iuvat silvestribus abdita lustris
Indiscreta feris? Tales cum saepe parentis
Pertulerim questus, tandem clementior orbi
Chaonio statui gentes avertere victu.
Atque ideo Cererem, quae nunc ignara malorum
Verberat Idaeos torva cum matre leones,
Per mare, per terras avido discurrere luctu

22 torpore L languore V 23 stimuis (l *add. m. I*) V 25 ne L ‖ ne L 26 toti — rivi *conieci* tote — ripe LV 27 Haut LV ‖ invidia ÷ (= *invidia est*) V 29 *ad* oblimat *in Aldina qui* g *fecit add.* corrúpit *sup.* oblimat *eodem signo picto* 34 *Hunc versum expunxisse doctum quendam notat* H3 ‖ revelare († relevare) L ‖ tirannum LV 36 parvumque *voluit Baehrensius Jen. Lit. 1875, p. 132* 37 compos (a) L 38 velim nullisque LV velim et nullis *editt.* 39 genetrix *cum nonnullis deterr. editt.* rectrix LV nutrix *cum deter. ego olim scripsi* 40 morem V ‖ transisse V 42 capud L ‖ morte († morem) L 43 frangant L 44 abdita *editt.* addita LV 46 quaestus g 47 Caonio L 48 ideo gLV adeo *cum deterr.* H 50 rabido *voluit Baehrensius Jen. Lit. 1875 p. 132*

Decretum, natae donec laetata repertae
Indicio tribuat fruges currusque feratur
Nubibus ignotas populis sparsurus aristas
Et iuga caerulei subeant Actaea dracones.
Quod si quis Cereri raptorem prodere divum
Audeat: imperii molem pacemque profundam
Obtestor rerum, natus licet ille sororve
Vel coniunx fuerit natarumve agminis una,
Se licet illa meo conceptam vertice iactet,
Sentiet iratum, procul aegide sentiet ictum
Fulminis et genitum divina sorte pigebit
Optabitque mori; tunc vulnere languidus ipsi
Tradetur genero passurus prodita regna
Et sciet an propriae conspirent Tartara causae.
Hoc sanctum; mansura fluant hoc ordine fata.
   Dixit et horrendo concussit sidera motu.
At procul armisoni Cererem sub rupibus antri
Securam placidamque diu iam certa peracti
Terrebant simulacra mali noctesque timorem
Ingeminant omnique perit Proserpina somno.
Namque modo adversis invadi viscera telis,
Nunc sibi mutatas horret pallescere vestes,
Nunc steriles mediis frondere penatibus ornos.
   Stabat praeterea luco dilectior omni
Laurus, virgineos quondam quae fronde pudica
Umbrabat thalamos. Hanc imo stipite caesam
Vidit et incomptos foedari pulvere ramos,
Quaerentique nefas Dryades dixere gementes
Tartarea Furias debellavisse bipenni.

53 Nubibus L V Nubibus[† avius] *Laurentianus quidam* Avius *cum deterr.* H1 55 siquis V ‖ divum V durum L 56 pacem molemque V 58 natarumve *cum deterr. editt.* natarumque L V ‖ agmine summa L

59 Se g ‖ Se licet] Scilicet V ‖ ille — conceptum *cum deterr.* H

60 iratam — aegida *cum deterr. editt.* ‖ aegide g aethere *fortasse* ‖ ictus V 62 cum L tum V ‖ languidus V saucius L 65 ordine L cardine V 66 motu L nutu V 68 cuncta[† certa] L 70 sompno L V 72 pallescere[† nigrescere] L nigrescere V 76 Umbrarat *maluit* H3 ‖ talamos V imo stipite cesam L V ima stirpe recisam *cum Isingrinio* H *v. 78 et 79 expunxit Scaliger* 78 Quaerentique *cum Isingrinio* H Quesivitque L V ‖ nephas L V ‖ dryades g driades L V

Sed tunc ipsa, sui iam non ambagibus ullis
Nuntia, materno facies ingesta sopori.
Namque videbatur tenebroso obtecta recessu
Carceris et saevis Proserpina vincta catenis,
Non qualem Siculis olim mandaverat arvis,
Nec qualem roseis nuper convallibus Hennae
Suspexere deae. Squalebat pulchrior auro
Caesaries et nox oculorum infecerat ignes
Exhaustusque gelu pallet rubor. Ille superbi
Flammeus oris honos et non cessura pruinis
Membra colorantur picei caligine regni.
Ergo hanc ut dubio tandem cognoscere visu
Evaluit: Cuius tot poenae criminis? inquit,
Unde haec informis macies? Cui tanta potestas
In me saevitiae? Rigidi cur vincula ferri
Vix aptanda feris molles meruere lacerti?
Tu, mea tu proles? An vana fallimur umbra?
Illa refert: Heu torva parens nataeque peremptae
Immemor, heu fulvas animo transgressa leaenas,
Tantane te nostri tenuere oblivia? Tantum
Unica despicior? Nonne est Proserpina nomen
Dulce tibi, tali quae nunc, ut cernis, hiatu
Suppliciis inclusa premor? Tu saeva choreis

80 Set L 81 facies ingesta L series incerta V 82 obiecta L 83 vincta L stricta V ‖ cathenis LV 85 Non V ‖ nuper L olim V ‖ convalibus L ‖ Hennae *Spanh. ad Callim. cf. Gesner.* ethne LV 86 Inspexere L Suspexere V Inspexere L^2 ‖ sc[a]qlebat L ‖ pulcrior LV 88 Exustusque *coniecit* H ‖ rubor L pudor V ‖ superbi V superni L 90 Menbra V 91 Ergo ut hanc dubio tandem cognoscere visu L Ergo hanc ut dubio vix tandem agnoscere visu V 92 inquid L 93 potestas LV facultas *cum Delrii codice* H 94 saevitiae est *editt.* 96 Tun' mea *hariolatur Burm.* ‖ va[na] fallimur L 97 torva L dira V 98 fulvos[a] L ‖ leenas V leones L 100 nonne est Proserpina *ex coniectura scripsi* non est proserpina L certe proserpina V *Baehrensius versum et seq. scribit l. c.* Unica despicior, per te Proserpina, nomen Dulce tibi? 101 quae nunc ut cernis *editt.* que nunc cernis L que nunc ut cernor V 102 Suppliciis V ‖ premor *cum Baehrensio l. c. scripsi* precor (*sic:* p̄cor) L feror V ‖ seva LV laeta *temptat Burm.* ‖ coreis L

Indulgens Phrygias vel nunc interstrepis urbes?
Quod si non omnem pepulisti pectore matrem,
Si tu nota Ceres et non me Caspia tigris
Edidit, his oro miseram defende cavernis
Inque superna refer. Prohibent si fata reverti,
Vel tantum visura veni. Sic fata trementes
Tendere conatur palmas: vis improba ferri
Impedit et motae somnum solvere catenae.
Obriguit visis. Gaudet non verâ fuisse,
Complexu caruisse dolet. Penetralibus amens
Prosilit et tali compellat voce Cybeben:
Iam non ulterius Phrygia tellure morabor,
Sancta parens; nam me revocat custodia cari
Pignoris et cunctis obiecti fraudibus anni.
Nec mihi, Cyclopum quamvis exstructa caminis,
Culmina fida satis. Timeo, ne fama latebras
Prodiderit leviusque meum Trinacria celet
Depositum. Terret nimium vulgata locorum
Nobilitas. Aliis sedes obscurior oris
Exquirenda mihi. Gemitu flammisque propinquis
Enceladi nequeunt umbracula nostra taceri.
Somnia quin etiam variis infausta figuris
Saepe monent nullusque dies non triste minatur
Augurium. Quotiens flaventia serta comarum
Sponte cadunt, quotiens exsudat ab ubere sanguis,

103 Indulgens *scripsi ex coniectura*, (*cf. quod dixit Maximilianus Bonnet Revue critique 1875*, *N. 27*, *p. 8 et ego in praef. vol. I*, *p. LXIII seq.*) Indulges LV ‖ frigias vel nunc L frigiasque etiam nunc V phrygiasque etiamnum *cum Laurentiano quodam editt.* phrygias et nunc *l. c. voluit Baehrensius* ‖ instrepis (*sic*) V 104 repulisti L 105 sancta Ceres V ‖ et ne non *Aldina; in exemplari Lugd. qui* g *fecit ad* ne *in marg. add.* te 106 hiis L 108 Vel tantum[saltem] L Vel tantum V ‖ si,[c] fata V 110 Inpedit[inproba] L ‖ sompnum LV ‖ solvere LV excussere *editt.* ‖ cathenae LV 113 cybeben *scripsi* cibelen L cybelem V cybellen g 114 frigia LV 115 nam me revocat L revocat tandem V 116 cunctis V certis L 117 Nec LV Non *cum deterr. editt.* ‖ ciclopum LV 119 Prodierit V ‖ leviterque L ‖ celet L servet V 121 horis LV 123 Encheladi LV 124 Sompnia LV ‖ infausta V infecta L 125 monent *cum deterr. editt.* movent LV ‖ nullus[q;] (q; *m. I add.*) 127 exudat[manat] L exundat V

Larga vel invito prorumpunt flumina vultu
Iniussaeque manus maerentia pectora tundunt!
Si buxos inflare velim, ferale gemiscunt,
Tympana si quatiam, planctus mihi tympana reddunt.
Ah vereor, ne quid portendant omina veri!
Heu longae nocuere morae! — Procul irrita venti
Dicta ferant, subicit Cybele; nec tanta Tonanti
Segnities, ut non pro pignore fulmina mittat.
I tamen et nullo turbata revertere casu.
  Haec ubi, digreditur templis. Sed nulla videtur
Mobilitas. Tardos queritur non ire iugales
Immeritasque movens alterno verbere pennas
Sicaniam quaerit, cum nondum ascenderit Idam.
Cuncta pavet speratque nihil. Sic aestuat ales,
Quae teneros humili fetus commiserit orno
Allatura cibos et plurima cogitat absens,
Ne gracilem ventus discusserit arbore nidum,
Ne furtum pateat homini neu praeda colubris.
Ut domus excubiis incustodita remotis
Et resupinati neglecto cardine postes,
Flebilis et tacitae species apparuit aulae,
Non exspectato respectu cladis amictus
Conscidit et fractas cum crine revellit aristas.
Haeserunt lacrimae, nec vox, nec spiritus oris
Redditur atque imis vibrat timor ossa medullis.
Succidui titubant gressus; foribusque reclusis

129 Iniussaeque *cum deterr. editt.* Inviseque L V ‖ maerentia g merentia V mirancia L ‖ tondunt V 130 buxos *editt.* buxus L V 131 Timpana — timpana L V 132 Ha L At V ‖ omina *vel* somnia g 133 Heu] Hec V 134 nec L ne V 137 degreditur *praefert Baehrensius Jen. Lit. 1875, p. 132* ‖ nulla videtur (*in marg. schol. add.* ruenti illi festinanter) L *cf. L. Jeep. l. c. p. 374 et Vitelli Rivista di filologia I, p. 334* nulla ruenti V 138 iugales, † dracones *add. m. I* L dracones V 140 Sicamiam (*sic*) L ‖ n̄dum L necdum V ‖ ascenderit L absconderit V ‖ ydam L V 1 1 peperatque V ‖ nichil L V 143 Adlatura V 144 gracilem L gracili V ‖ decusserit *temptat Baehrensius l. c.* 145 pateat L (*cf. praef. vol. I, p. LXVI*) iaceant V pateant *cum deterr. editt.* ‖ neu *editt.* ne L V 148 aparuit L 149 expectato L V 150 Concidit L V ‖ revellit L avellit V 151 nec vox nec L nec vox aut V non vox non *cum Laurentiano quodam* H 152 atque] ac V ‖ óssa tímor (*sic*) V ‖ timor L V tremor *deter.* 153 floribusque V

Dum vacuas sedes et desolata pererrat
Atria, semirutas confuso stamine telas
Atque interruptas cognovit pectinis artes.
Divinus perit ille labor spatiumque relictum
Audax sacrilego supplebat aranea textu.
Nec deflet plangitve malum: tantum oscula telae
Figit et abrumpit mutas in fila querelas,
Attritosque manu radios proiectaque pensa
Cunctaque virgineo sparsa oblectamina ludo
Ceu natam pressit gremio, castumque cubile
Desertosque toros et sicubi sederat olim,
Perlegit. Attonitus stabulo ceu pastor inani,
Cui pecus aut rabies Poenorum inopina leonum
Aut populatrices infestavere catervae:
Serus at ille redit vastataque pascua lustrans
Non responsuros ciet imploratque iuvencos.
  Atque ubi secreta tectorum in parte iacentem
Conspicit Electram, quae natae sedula nutrix
Oceani priscas inter notissima nymphas —
Par Cereri pietas: haec post cunabula dulci
Ferre sinu summoque Iovi deducere parvam
Sueverat et genibus ludentem aptare paternis;
Haec comes, haec custos, haec proxima mater haberi:
Tunc laceras subfusa genas et pulvere canos
Sordida sidereae raptus lugebat alumnae; —
Hanc aggressa Ceres, postquam suspiria tandem
Laxavit fletosque dolor: Quod cernimus, inquit,

156 interruptas L interceptas V ‖ cognovit L agnoscit V *post v. 157 sequitur v. 279—331 et IV, 1—57* L 159 Nec V Hec L ‖ plangitve *editt. recentt.* plangitque L V ‖ tantum V tūc L 160 absumit *temptat Gesnerus* ‖ mutas *editt.* multas L V 161 Attritosque V Astrictosque L 162 virginei sparsa oblectamina ludi H3 163 pressat V ‖ castumque V carumque L 164 thoros L V ‖ sederat L deserat (d) V sederit H 165 antonitus V 168 at ille *deter.* ad illa L V 170 ubi V *quod laudat* H2 H3 ita L ibi *editt.* 171 nate que V 172 Occeani L V ‖ nimphas L V 175 lugentem († ludentem) L ‖ paternis g 176 proxima matris *cum graecismo temptat l. c. Baehrensius* 177 suffusa *vel* affusa *proponit* H effusa L V ‖ genas L comas V 178 alumpne L V 179 adgressa V ‖ tandem L tendit V 180 fletusque *conieci, ad quod ducit* frenisque L *et in quod iam incidit Vaticanus quidam Heinsii* frenosque V freno absque *temptavit l. c. Baehrensius quod ausus sim*, (*cf. praef. vol. I, p. LXV*) ‖ inquid L

Excidium? Cui praeda feror? Regnatne maritus?
An caelum Titanes habent? Quae talia vivo
Ausa Tonante manus? Rupitne Typhoeia cervix
Inarimen? Fractane iugi compage Vesevi
Alcyoneus Tyrrhena pedes per stagna cucurrit?
An vicina mihi quassatis faucibus Aetna
Protulit Enceladum? Nostros an forte penates
Appetiit centum Biareia turba lacertis?
Heus, ubi nunc est nata mihi? Quo mille ministrae,
Quo Cyane? Volucres quae vis Sirenas abegit?
Haeccine vestra fides? Sic fas aliena tueri
Pignora? Contremuit nutrix maerorque pudori
Cedit et aspectus miserae non ferre parentis
Emptum morte velit longumque immota moratur
Raptorem dubium certumque expromere funus.
Vix tandem haec: Acies utinam vesana Gigantum
Hanc dederit cladem! Levius communia tangunt.
Sed divae, multoque minus quod rere, sorores
In nostras nimium coniuravere ruinas.
Insidias superum, cognatae vulnera cernis
Invidiae. Phlegra nobis infensior aether.
Florebat tranquilla domus nec limina virgo
Linquere nec virides audebat visere saltus
Praeceptis obstricta tuis; telae labor illi,
Sirenes requies; sermonum gratia mecum,
Mecum somnus erat cautique per atria ludi,
Cum subito — dubium est quonam monstrante latebras

183 typhaeia g tiphoea L tyfeia V 184 Ynaminem L Ynarimen V ‖ compage V 185 Alcinois terrena pedes per stagna cucurrit L Altioneus tyrrena pedes per stagna cucurrit V Alcyoneus per stagna pedes Tyrrhena cucurrit *editt.* 186 ethna L V 187 encheladum L V

189 Heus L V *(cf. L. Müller Jen. Literaturztg. 1877, p. 285)* Heu *editt.* ‖ nunc est nata L V nunc ubi nata *cum Laurentiano quodam* H nunc es nata *olim* H 190 ciane V ‖ sirenes L syrenas V 191 ur̄a (= *vestra*) V nostra L 192 timori *pro* pudori g 193 Cedit L V Cessit *editt.* 195 Raptorem L Actorem V 196 tandem *cum exc. Petav., quae attulit Clercq apud Burm. Baehrensio l. c. suadente scripsi* tamen L V 197 cladem dederit V ‖ communia (n *add. m. II sup. lin.*) L 198 Set L 200 cognatae *deter.* cognataque L V 201 flegra L V ‖ nobis *deest in* L 203 Limquere V 204 Precepta V ‖ obstructa L ‖ tuis *deest in* L 205 Syrenes V 206 sompnus V 207 dubium est quonam L dubium quonam V *sic etiam in Aldina, in qua erat* quoniam dubium, *is correxit qui* g *scripsit* quonam dubium *cum deterr. nonnullae editt.* ‖ monstrante g

Rescierit — Cytherea venit suspectaque nobis
Ne foret, hinc Phoeben comites hinc Pallada iunxit.
Protinus effuso laetam se fingere risu,
Nec semel amplecti, nomenque iterare sororis
Et dura de matre queri, quae tale recessu
Maluerit damnare decus vetitoque deorum
Colloquio patriis procul amandaverit astris.
Nostra rudis gaudere malis et nectare largo
Instaurare dapes. Nunc arma habitumque Dianae
Induit et digitis attemptat mollibus arcum,
Nunc crinita iubis galeam laudante Minerva
Implet et ingentem clipeum gestare laborat.
Prima Venus campos Hennaeaque rura maligno
Ingerit affatu. Vicinos callida flores
Ingeminat meritumque loci velut inscia quaerit
Nec credit, quod bruma rosas innoxia servet,
Quod gelidi rubeant alieno germine menses,
Verna nec iratum timeant virgulta Booten.
Dum loca miratur, studio dum flagrat eundi,
Persuadet. Teneris, heu, lubrica moribus aetas!
Quos ego nequicquam planctus, quas irrita fudi
Ore preces? Ruit illa tamen confisa sororum
Praesidio. Famulae longo post ordine Nymphae.
Itur in aeterno vestitos gramine campos
Et prima sub luce legunt, cum rore serenus
Albet ager sparsosque bibunt violaria sucos.
Sed postquam medio sol altior institit axi,
Ecce polum nox foeda rapit tremefactaque nutat

208 Prescierit L ‖ citharea L citherea V 209 phebem L phebē V ‖ iuxit (*sic*) L iunxit V duxit *deterr. arridet* H2H3 213 dampnare L V ‖ vetitoque *cum Isingrinio* H vetitamque L V ‖ deorum L dearum V
214 patriis *deterr.* patris procul amandaverit *codex* (*ms ?*) *Claverii minoris notae* (*cf. Hertel l. c. p. XIV et Paul l. c. p. 24*) patris procul et mandaverit L patrisque procul mandaverit V 217 Induit et digitis *scripsi cf. praef. vol. I, p. LXIV* Induitur digitisque L V ‖ attentat L obtentat V 220 Hennaeaque *cum Parrhasii editione et deterr.* H ethneaque L V 221 aff atu (*in ras. erat* l) V afflata L ‖ calida L 222 velud L 223 servet L querit V 224 alienao L 225 boetē L bootem V 226 fragat V 227 lubrica motibus *proponit Burm.* 228 plautus L 230 nimphe L V 231 campos V colles (*add. m. I* vel campos) L 233 Albet g Alget L V ‖ que bibunt *in ras.* L succos L V 234 Set L ‖ altior institit L V institit altior H *ex deterr.* ‖ axe L 235 feda L V atra *cum deterr. legendum credit Burm.*

Insula cornipedum strepitu pulsuque rotarum,
Nosse nec aurigam licuit, seu mortifer aestus,
Seu mors ipsa fuit. Livor permanat in herbas,
Deficiunt rivi, squalent rubigine prata
Et nil afflatum vivit. Pallere ligustra,
Exspirare rosas, decrescere lilia vidi.
Ut rauco reduces tractu detorsit habenas,
Nox sua prosequitur currum; lux redditur orbi:
Persephone nusquam. Voto rediere peracto
Nec mansere deae. Mediis invenimus arvis
Exanimem Cyanen. Cervix redimita iacebat
Et caligantes marcebant fronte coronae.
Aggredimur subito, casus scitamur eriles, —
Nam propior cladi steterat, — quis vultus equorum?
Quis regat? Illa nihil, tacito sed laesa veneno
Solvitur in laticem. Subrepit crinibus umor.
Liquitur in roremque pedes et bracchia manant
Nostraque mox lambit vestigia perspicuus fons.
Discedunt aliae. Rapidis Acheloides alis
Sublatae Siculi latus obsedere Pelori
Accensaeque malo iam non impune canoras
In pestem vertere lyras; vox blanda carinas
Alligat, audito frenantur carmine remi.
Sola domi luctu senium tractura relinquor.
   Haeret adhuc suspensa Ceres et singula demens
Ceu nondum transacta timet; mox lumina torquens
Ultro ad caelicolas furiato pectore fertur.

236 pulsu strepituque *cum deterr. mavult* H 237 aestus *vetus liber (ms ?) Claverii* ille LV 238 livor L luor *fortasse* r *supra eraso corr. ex* luror V ‖ permansit in herbis g 241 Expirare L ‖ decrescere LV arescere *vel* flavescere *olim legebat* H 242 abenas L 243 lux *deest; m. I superscr.* L 244 Persiphone L ‖ rediere LV risere *proponit Burm.* 246 cianem LV 247 fonte L 248 Adgredimur subito V Agredimur tacite L ‖ casus scitamur V *(cf. praef. vol. I, p. LXVI)* et casus scitamur *Claverius* casusque scitamus L ‖ Adgredimur: subitos casus *temptat Burm.* ‖ eriles L heriles V 250 nichil LV 251 humor L humo (*sic*) V 252 brachia LV ‖ maanant (*sic*) V 257 liras L 259 luctus V ‖ relimquor V 260 Heret L Heres (*sic*) V ‖ ceres suspensa (*sic*) V 261 tumet L 262 Ultro *coniecit Scaliger cum paucis deterr.* Vultu LV ‖ ad LV in *cum Isingrinio* H ‖ fertur LV ferri *cum deterr.* H

Arduus Hyrcana quatitur sic matre Niphates,
Cuius Achaemenio regi ludibria natos
Avexit tremebundus eques. Fremit illa marito
Mobilior Zephyro totamque virentibus iram
Dispergit maculis iamiamque hausura profundo
Ore virum vitreae tardatur imagine formae.
Haud aliter toto genetrix bacchatur Olympo:
Reddite, vociferans; non me vagus edidit amnis,
Non Dryadum de plebe sumus, turrita Cybebe
Me quoque Saturno genuit. Quo iura deorum,
Quo leges cecidere poli? quid vivere recte
Proderit? en audet noti Cytherea pudoris
Ostentare suos post Lemnia vincula vultus.
Hos animos bonus ille sopor castumque cubile
Praebuit? amplexus hoc promeruere pudici?
Nec mirum, si turpe nihil post talia ducit.
Quid vos expertes thalami? tantumne relictus
Virginitatis honos? tantum mutata voluntas?
Iam Veneri iunctae sociis raptoribus estis?
O templis Scythiae atque homines sitientibus aris
Utraque digna coli! Tanti quae causa furoris?
Quam mea vel tenui dicto Proserpina laesit?
Scilicet aut caris pepulit te Delia silvis,
Aut tibi commissas rapuit Tritonia pugnas.
An gravis eloquio? Vestros an forte petebat
Importuna choros? Atqui Trinacria longe,

263 hircana L ‖ ceu matre *coniecit Schraderus* 264 achẹminio g achimenio L V 265 Advexit V ‖ fremit L V premit *malit* H ‖ marino g 266 zephyro g zephiro L V 267 iamiamque *vetus codex (ms ?) Claverii* nimiumque L V ‖ hausuraq; L (*cf. Verg. Aen. IV, v. 383*) haustura V 269 Haut L V ‖ baccatur L bachatur V ‖ genitrix L V ‖ olimpo L V 271 dryadum g driadum L V ‖ Cybebe *restitui* cybele L cibele V cybelle g 272 saturnus L 273 cecidere L V abiere *cum deterr. maluit* H 274 citharea L citherea V 275 lennia L V 278 nichil L V *Post v. 279 in codd. deterr., in quibus lacuna usque ad v. 360 exstat, insertus hic aut similis versus:* omnis honos recti nobis sic fata recedit 280 honor L 281 iunctae sociis raptoribus estis *ex coniectura scripsi (cf. praef. vol. I, p. LXV)* iuncte sociis raptoribus itis L V et sociis iunctae raptoribus itis *editt.* iunctae, sociae raptoribus itis? *coniecit Baehrensius l. c.* 282 sicie L sitie V ‖ homines *scripsi* hominem L V hominum *coniecit* H 284 Quẹ (*sic corr. m. I*) V ‖ dicto tenui V 286 commisas L 287 An *deter.* Aut L V ‖ alloquio *editt.* ‖ au (*sic*) L 288 atqui] at quin V

Esset ne vobis oneri, deserta colebat.
Quid latuisse iuvat? Rabiem livoris acerbi
Nulla potest placare quies. His increpat omnes
Vocibus. Ast illae — prohibet sententia patris —
Aut reticent, aut nosse negant responsaque matri
Dant lacrimas. Quid agat? Rursus se victa remittit
Inque humiles delapsa preces: Ignoscite, si quid
Intumuit pietas, si quid flagrantius actum,
Quam miseram decuit. Supplex miserandaque vestris
Advolvor genibus. Liceat cognoscere sortem.
Hoc tantum liceat certos habuisse dolores.
Scire peto quae forma mali; quamcumque dedistis
Fortunam, si nota, feram fatumque putabo,
Non scelus. Aspectum precor indulgete parenti;
Non repetam; quaesita manu securus habeto,
Quisquis es. Affirmo praedam. Desiste vereri.
Quod si vos aliquo praevenit foedere raptor,
Tu certe Latona refer. Confessa Diana
Forte tibi. Nosti, quid sit Lucina, quis horror
Pro genitis et quantus amor, partusque tulisti
Tu geminos: haec una mihi. Sic crine fruaris
Semper Apollineo, sic me felicior aevum
Mater agas. — Largis tunc imbribus ora madescunt. —
[Quid? tantum dignum fleri dignumque taceri?]
Hei mihi, discedunt omnes. Quid vana moraris
Ulterius? Non bella palam caelestia sentis?
Quin potius natam pelago terrisque requiris?
Accingar lustrare diem: per devia rerum
Indefessa ferar; nulla cessabitur hora.
Non requies, non somnus erit, dum pignus ademptum

289 honeri LV 290 Quid g 291 imcrepat V 292 sententia L reverentia V 294 russus V 295 Imq; V ‖ delapsa V demissa L 297 miseram decuit *deter.* miseros decuit LV decuit miseram *editt.* ‖ miscrandaque vestris] deiectaque vestris *cum Isingrinio et Claverii vetere libro (ms ?)* H ‖ vestris] ñris (= *nostris*) V 299 dolores L furores gV 300 forma mali quamcumque L formā aliquam quamcūque V 301 Fortunam *editt.* Fortune LV ‖ quamcunque daturae Fortunam *vel* quodcunque dedistis Fortunae *mavult* H2 H3 ‖ si *post Barthium editt.* sit (sic ?) L sit V 303 repetam L repeto V 307 quid horror V 311 Largis — madescunt *in lacuna a librario quodam interpolatum esse putat Baehrensius l. c.* ‖ lao largis V 312 *omisit vetus liber (ms ?) Claverii applaudentibus* H *et L. Jeep. l. c. p. 361* 318 sompnus L sopnus (*sic*) V

Inveniam, gremio quamvis mergatur Hiberae
Tethyos et rubro iaceat vallata profundo.
Non Rheni glacies, non me Rhipaea tenebunt
Frigora, non dubio Syrtis cunctabitur aestu.
Stat finem penetrare Noti Boreaeque nivalem
Vestigare domum. Primo calcabitur Atlas
Occasu facibusque meis lucebit Hydaspes.
Impius errantem videat per rura per urbes
Iuppiter. Exstincta satietur paelice Iuno.
Insultate mihi, caelo regnate superbi,
Ducite praeclarum Cereris de stirpe triumphum.
Haec fatur notaeque iugis illabitur Aetnae
Noctivago taedas informatura labori.

LIBER QUARTUS. (III.)

Lucus erat prope flavum Acin, quem candida praefert
Saepe mari pulchroque secat Galatea natatu,
Densus et innexis Aetnaea cacumina ramis
Qua libet usque tegens. Illic posuisse cruentam
Aegida captivamque pater post proelia praedam
Advexisse datur. Phlegraeis silva superbit
Exuviis totumque nemus victoria vestit.
Hic patuli rictus et prodigiosa Gigantum
Tergora dependent et adhuc crudele minantur
Affixae truncis facies immaniaque ossa
Serpentum passim cumulis exsanguibus albent

319 hiberne L hibe (*sic*) V 320 Thetios LV 321 reni L ‖ riphea LV 322 sirtis LV ‖ contūbitur V 323 finem LV fines *editt.* ‖ nothi LV ‖ boreeque L boreque V 324 athlas LV 325 ydaspes L ydapes V 326 viderat V 327 Iupiter LV ‖ extincta LV ‖ pelice LV 329 ce[re]ris L 330 Hec LV Sic *editt.* ‖ ethne LV
A v. 331 novum librum incipere demonstravi l. c. p. 361 seq.

1 flavum *ex vetustissimo libro Claverii* H flumen LV ‖ achin L acyn V ‖ quem V q̇d (= *quod*) L 2 pulcroque LV ‖ galathea LV 3 Dempsus V ‖ ethnea LV ‖ ramis L silvis V 4 cent[u]u[a]m (*sic!* = *cruentam*) V 6 phlegreis V flegreis L 8 et LV hic *editt.* 11 tumulis L ‖ exanguibus LV

Et rigidae multo suspirant fulmine pelles
Nullaque non magni iactat se nominis arbor.
Haec centumgemini strictos Aegaeonis enses
Curvata vix fronte levat; liventibus illa
Exsultat Coei spoliis. Haec arma Mimantis
Sustinet; hos onerat ramos exutus Ophion.
Altior at cunctis abies umbrosaque late
Ipsius Enceladi fumantia gestat opima
Summi terrigenum regis caderetque gravata
Pondere, ni lassam fulciret proxima quercus.
Inde timor numenque loco nemorisque senectae
Parcitur aetheriisque nefas nocuisse trophaeis.
Pascere nullus oves nec robora laedere Cyclops
Audet et ipse fugit sacra Polyphemus ab umbra.
  Non tamen hoc tardata Ceres. Accenditur ultro
Religione loci vibratque infesta securim
Ipsum etiam feritura Iovem. Succidere pinus
Et magis enodes cupida est prosternere cedros
Exploratque obiens truncos rectique tenorem
Stipitis et certo pertemptat bracchia nisu.
  Sic qui vecturus longinqua per aequora merces
Molitur tellure ratem vitamque procellis
Obiectare parat, fagos metitur et alnos
Et varium rudibus silvis accommodat usum:

16 Exultat L V ‖ Coei *post Delrium* caci L V Zancli *post Parrhasium editt. vett.* Roeci *voluit Baehrensius* ‖ Mimantis g mimantis L 17 honerat L V ‖ exustus L ‖ Ophion *editt.* oyas L osyan V 18 Altior at cunctis V Alcior ut cunctis L 19 encheladi L V 23 ethereisque L V 24 ciclops L V 25 polifemus L V 27 infesta L V incerta *cum deterr. editt.* 28 feritura L *quod nunc defenderim alia eius modi exempla postremae latinitatis respiciens. (Cf. Luc. Muell. d. r. m. p. 365 et Baehrens, Unedirte Gedichte, p. 13 ad v. 7)* feritura *corr. m. II ex* peritura V petitura *Guelpherbytanus liber* fractura *olim conieci* tritura *Hertel progr. Torgav. 1848 p. XV* spretura *temptat Baehrensius* per itura *cum ms. Claverii* H petat ira *scripserit Barthius* petit ira *Scaliger* ‖ succindere L 29 Et magis *editt.* Aut magis L V An magis *cum nonnullis deterr. Baehrensius l. c.* Haud magis *cum Guelpherbytano ego olim* ‖ cupida est *scripsi* dubitat L V properat *editt.* 30 obiens *ex Gesneri coniectura scripsi* adiens *ego malim* abiens L V habiles *deter. quem secutus est* H 31 pertemtat L pertentat V ‖ brachia L V ‖ nisu *deter.* visu L V 32 vecturus L V vecturam *cum nonnullis deterr.* H *v. 34 vix nunc cognosci oculis potest v. 35—47 nunc desunt in* V *(cf. Rapt. Pros. ed. Jeep praef. p. XV)*

Quae longa est, tumidis praebebit cornua velis;
Quae fortis, clavo potior; quae lenta, favebit
Remigio; stagni patiens aptanda carinae.
Tollebant geminae capita inviolata cupressus
Cespite vicino, quales non rupibus Idae
Miratur Simois, quales non divite ripa
Lambit Apollinei nemoris nutritor Orontes.
Germanas adeo credas: sic frontibus aequis
Exstant et socio despectant vertice lucum.
Hae placuere faces. Pernix invadit utramque
Cincta sinus, exserta manus, armata bipenni
Alternasque ferit totisque obnixa trementes
Viribus impellit. Pariter traxere ruinam
Et pariter posuere comas campoque recumbunt,
Faunorum Dryadumque dolor. Complectitur ambas,
Sicut erant, alteque levat retroque solutis
Crinibus ascendit fastigia montis anheli,
Exsuperatque aestus et nulli pervia saxa
Atque indignantes vestigia calcat harenas,
Qualis pestiferas animare ad crimina taxos
Torva Megaera ruit, Cadmi seu moenia poscat,
Sive Thyesteis properet saevire Mycenis:
Dant tenebrae Manesque locum plantisque resultant
Tartara ferratis, donec Phlegethontis in unda
Constitit et plenos excepit lampade fluctus.
Postquam perventum est scopuli flagrantis in ora,
Protinus arsuras adversa fronte cupressus
Faucibus iniecit mediis lateque cavernas
Texit et undantes flammis obstruxit hiatus.
Compresso mons igne tonat claususque laborat
Mulciber. Obducti nequeunt exire vapores.

40 yde L 46 exerta L 49 comas L comam V 50 dryadumque g driadumque LV 52 haneli L 53 Exuperatque V 54 harenas LV 56 megęra g *Post v. 57 sequitur III, v. 158—278* L 57 tiesteis L thiesteis V ‖ micenis LV 59 flegetontis LV ‖ in unda V in umbra L undam *editt. cum deterr.* 61 perventum (*sup. lin.* = *est*) scopuli L perventum scopuli V 62 adversa V aversa L fronte LV fronde *Gesnerus* 64 undantes flammis obstruxit hiatus L undantem flammarum obstruxit hiatum V 65 mons L mox V 66 exire L herere V

Coniferi micuere apices crevitque favillis
Aetna novis. Strident admisso sulphure rami.
Tum, ne deficerent tantis erroribus ignes,
Semper inocciduos insopitosque manere
Iussit et arcano perfudit robora suco,
Quo Phaethon irrorat equos, quo Luna iuvencos.
Iamque soporiferas nocturna silentia terris
Explicuere vices: laniato pectore longas
Inchoat illa vias, et sic ingressa profatur:
Non tales gestare tibi Proserpina taedas
Sperabam; sed vota mihi communia matrum
Et thalami festaeque faces caeloque canendus
Ante oculos Hymenaeus erat. Sic numina fatis
Volvimur et nullo Lachesis discrimine saevit?
Quam nuper sublimis eram quantisque procorum
Cingebar studiis! Quae non mihi pignus ob unum
Cedebat numerosa parens! Tu prima voluptas,
Tu postrema mihi; per te fecunda ferebar.
O decus, o requies, o grata superbia matris:
Qua gessi florente deam, qua sospite nusquam
Inferior Iunone fui, nunc squalida, vilis.
Hoc placitum patri. Cur autem ascribimus illum
His lacrimis? Ego te, fateor, crudelis ademi,
Quae te deserui solamque instantibus ultro
Hostibus exposui. Raucis secura fruebar
Nimirum thiasis et laeta sonantibus armis
Iungebam Phrygios, cum tu raperere, leones.
Accipe, quas merui, poenas. En ora fatiscunt
Vulneribus grandesque rubent in pectore sulci.
Immemor en uterus crebro contunditur ictu.
Qua te parte poli, quo te sub cardine quaeram?
Quis monstrator erit? Quae me vestigia ducent?

67 Coniferi g 68 Ethna LV ‖ strident L stridunt V ‖ sulphure V sulfure L 71 archano LV ‖ succo LV 72 pheton LV ‖ iuvencos L iugales V *v. 76—87 nunc desunt* V *(cf. R. Pros. ed. Jeep praef. p. XV)* 77 set L 84 ferebar L *quod nunc recepi Bonnet auctore, cf. Revue critique 1875, N. 27, p. 8* videbar *deter.* 87 squalida visus *coniecit* H 88 placidum L ‖ ascribimus L ‖ ullum V 90 quae solam *mavult* H 91 secura L fecunda V 92 thiais V ‖ armis LV
te
arvis *cum deterr.* H 93 frigios LV 97 Qua repte (*sic*) L

Quis currus? Ferus ille quis est? Terraene marisne
Incola? Quae volucrum deprendam signa rotarum?
Ibo, ibo quocumque pedes, quocumque iubebit
Casus. Sic Venerem quaerat deserta Dione.
Efficietne labor? Rursus te nata licebit
Amplecti? Manet ille decor? manet ille genarum
Fulgor? An infelix talem fortasse videbo,
Qualis nocte venis, qualem per somnia vidi?
  Sic ait et prima gressus molitur ab Aetna,
Exitiique reos flores ipsumque rapinae
Detestata locum sequitur dispersa viarum
Indicia et pleno rimatur lumine campos
Inclinatque faces. Omnis madet orbita fletu:
Omnibus admugit. Quocumque it in aequore, fulvis
Adnatat umbra fretis extremaque lucis imago
Italiam Libyamque ferit. Clarescit Etruscum
Litus et accenso resplendent aequore Syrtes.
Antra procul Scyllaea petit canibusque reductis
Pars stupefacta silet, pars nondum exterrita latrat.

RELIQUA DESIDERANTUR.

99 ferus ille L V ferus ipse *cum deterr.* H ‖ terreve L 100 rotarum *cum deterr. editt.* viarum L V 101 videbit V 102 dyone V 103 russus V 106 sompnia V 107 ethna L V 110 Imdicia (*sic*) V 112 quacumque — aethere H1 ‖ iit g (?) ‖ silvis *cum deter.* H1 113 externaque L 114 libiam L V ‖ etrascum (*sic*) L 115 Littus V ‖ sirtes L syrte[illegible] V 116 scillea V cillea L 117 Pars (ar *in ras. m. II?*) V ‖ latrat *in ras. m. II* V ‖ Explicit li. (*sic!*) L Deest reliquum g *add.*

CL. CLAUDIANI
GIGANTOMACHIA.
(XXXVII.)

Terra parens quondam caelestibus invida regnis
Titanumque simul crebros miserata dolores
Omnia monstrifero complebat Tartara fetu
Invisum genitura nefas: Phlegramque retexit
Tanta prole tumens et in aethera protulit hostes.
Fit sonus: erumpunt Erebo vixdumque creati
Iam dextras in bella parant superosque lacessunt,
Stridula volventes gemino vestigia lapsu.
Pallescunt subito stellae flectitque rubentes
Phoebus equos docuitque timor revocare meatus.
Oceanum petit Arctos, inocciduique Triones
Occasum voluere pati. Tum fervida natos
Talibus hortatur genetrix in proelia dictis:
O pubes domitura deos, quodcumque videtis,
Pugnando dabitur. Praestat victoria mundum.

In hoc carmine S = *Sangallensis quem descripsi praef. vol. I, p. XXXVII,* φ = *Veronensis cf. ibid. p. XXXII* ‖ Eiusdem giggantomachia (*sic*) φ GIGANTOMACHIA G INCIPIT GIGANTOMACbIA (*vide finem carminis ad Aletium quaestorem*) V *Titulus deest in* ALV1 Incipit gigantomachia S 1 T *deest in* A, *sed lacuna relicta* ‖ caelestibus φ celestibus GVALV1 2 Tythanumque L 3 mostri-
u
vero S ‖ fęto (u *m. I add.*) V fetu SA coetu φ cetu GLV1 4 phlaegramque φ flegramque L phlaegrumque S 5 tument VA 6 erumpunt *deest in* φ ‖ Erebo *coniecit* H crebro VAS crebri φG gremio *temptavi olim* ‖ vixdumque *scripsi* (*cf. de bello Gild. v. 9*) necdumque GφSVALV1 *quod laudat Schenkelius Act. Vind. 1863, p. 37*
u
7 lacessant VA 8 volventes i gemino (*sic*) φ 9 Palescunt φ ‖ flectique V1 10 Foebus S ‖ cogitque *coniecit* H2 H3 11 Occeanum VALV1 ‖ arctus φ arthos A arcthos LV1 ‖ occidui triones φ
// //
12 voluere φGL didicere VV1 didicere *et in marg.* volūe A
h
13 ortatur V ‖ genetrix φ genitrix GVSALV1 ‖ in φGLV1 ad SVA 14 quoscumque φ

Sentiat ille meas tandem Saturnius iras:
Cognoscet, quod Terra potest. Sic viribus ullis
Vincor? sic Cybele nobis meliora creavit?
Cur nullus Telluris honos? Cur semper acerbis
Me damnis urgere solet? Quae forma nocendi
Defuit? Hinc volucrem vivo sub pectore pascit
Infelix Scythica fixus convalle Prometheus:
Hinc Atlantis apex flammantia pondera fulcit
Et per canitiem glacies asperrima durat.
Quid dicam Tityon, cuius sub vulture saevo
Viscera nascuntur gravibus certantia poenis?
Sed vos, o tandem veniens exercitus ultor,
Solvite Titanas vinclis, defendite matrem.
Sunt freta, sunt montes; nostris ne parcite membris.
In Iovis exitium telum non esse recuso.
Ite, precor, miscete polum, rescindite turres
Sidereas. Rapiat fulmen sceptrumque Typhoeus,

v. 16—20 perverse tractavit Hertel progr. Torg. 1848, p. XV
16 Sentiat φGL Sentiet SVA Sentiet (et *corr. m. altera, fortasse recens*) V1 17 Cognoscet GSVA Cognuscet φ Cognoscat LV1 Agnoscat *editt.* ‖ quod] quid S ‖ sic *scripsi cum Barthio* si φGSVALV1 ‖ viribus φGVAV1 curribus L ‖ illis L ‖ cur viribus illis *voluit* H 18 *Post* vincor *signum interrogationis posui* ‖ sic *scripsi* si φGS cur VLV1 c̄ (= *cur*) *s. lin. add. in* A, *nam deerat* ‖ cybile S cybel^{l}e (l *add. m. rec.*) V cibele L ‖ vobis L 19 Cur φGALV1 Cui SV ‖ telluris] telus (*sic*) φ ‖ honor L ‖ cur G que φL q^{e} (= *quae*) A q̄ (= *quae*) V1 q^{i} (= *qui*) V ‖ honosq. semper S ‖ acervis φA acer^{b}ius (*sic corr. m. rec. ex* acervis) V 20 dampnis VALV1 ‖ urguere φG quae forma] q. forma S 21 hic φGSL ‖ vivo sub] recidivo *coniecit Barthius* fibroso *coniecit* H 22 Infelyx φ ‖ scithica VLV1 scitica A stycia S ‖ provalle S 23 Hi^{n}c (n *m. I add.*) φ ‖ athlantis φALV1 adlantis S ‖ pondera] corpora φ ‖ fulcet S ful^{c}it (*corr. m. I*) V1 25 tytion φ ticyon V ticion A tition L tycion V1 ‖ vultere S 27 ultro V ut^{o}r A 28 tytanas AV1 ‖ so vinclis A ‖ *Inter v. 28 et 29 in* G *spatium unius versus vacuum relictum est* 29 Sunt montes sunt freta S (*signis vera positio indicatur*) ‖ vestris L ‖ ne φGLV1 nec SVA ‖ menbris V 31 miscite φ ‖ rescindite turres φGLV1 restinguite turbas VS (*in* S *m. II add.* turres) restinguite turb^{res}as A 32 sideras φ sydereas V1 flumen L ‖ sceptrū$^{q;}$ A ‖ tyfoeus GS tiphęus V tiphoeus AL thipheus V1

Enceladi iussis mare serviat, alter habenas
Aurorae pro Sole regat: te Delphica laurus
Stringet Porphyrion Cirrhaeaque templa tenebis.
His ubi consiliis animos elusit inanes,
Iam credunt vicisse deos mediisque revinctum
Neptunum traxisse fretis. Hic sternere Martem
Cogitat, hic Phoebi laceros divellere crines.
Hic sibi promittit Venerem speratque Dianae
Coniugium castamque cupit violare Minervam.
Interea superos praenuntia convocat Iris,
Qui fluvios, qui stagna colunt. Cinguntur et ipsi
Auxilio manes. Nec te Proserpina longe
Umbrosae tenuere fores. Rex ille silentum
Lethaeo vehitur curru lucemque timentes
Insolitam mirantur equi trepidoque volatu
Spissas caeruleis tenebras e naribus efflant.
Ac velut, hostilis cum machina terruit urbem,
Undique concurrunt arcem defendere cives,
Haud secus omnigenis coeuntia numina turmis
Ad patrias venere domos. Tum Iuppiter infit:
O nunquam peritura cohors, o debita semper
Caelo progenies nullis obnoxia fatis:
Cernitis ut Tellus nostrum coniuret in orbem
Prole nova dederitque alios interrita partus?
Ergo quot dederit natos, tot funera matri
Reddamus. Longo maneat per saecula luctu,
Tanto pro numero paribus damnata sepulcris.

33 Encheladi L V 1 Encleladi A Encladi S ‖ seviat A ‖ habenis φ 34 delfica S 35 Stringet φ G Stringat V A L V 1 ‖ porfyrion S porfurio V porfirion A porphirion L V 1 ‖ chirreaque φ cirreaque G A L V 1 cyrreaque S V ‖ tenebis L tenebunt *voluit Barthius* 36 aiose (7 *supra*) lusit (= *animose lusit*) L 38 Neptunū neptunū traxisse φ 39 foebi S 40 speratque φ G S A L V 1 spiratque, *corr. m. II in* speratque V 41 volare S 42 yris V L V 1 45 Unbrose A ‖ ipse *coniecit Barthius* 48 c̄ (= *cum*) naribus L ‖ e *omissum in* S 49 orbem φ 51 Haut S A L V 1 ‖ choeuntia L ‖ turmis φ S V A L V 1 formis G g 52 patris S V A ‖ cum L ‖ iupiter G A L V 1 ‖ infit] inquit A 53 choors L 53—54 semper Caelo φ G V A (*in* V A *sic* celo) cęlo Semper L celo Semper V 1 54 nullis obnoxia φ G L V 1 nullisque obnoxia V A 55 tellus nostrum G S V A telus nostrum φ nostrum tellus L V 1 56 interita φ 57 quod φ qot V 58 secula g ‖ luctu G L iluctu V 1 ductu φ V A 59 nomero (u *supra*) (*corr. m. II*) φ ‖ dampnata V A L V 1 ‖ sepulchris φ G V L S

Iam tuba nimborum sonuit, iam signa ruendi
His aether, his terra dedit confusaque rursus
De mundo Natura timet. Discrimina rerum
Miscet turba potens: nunc insula deserit aequor,
Nunc scopuli latuere mari. Quot litora restant
Nuda, quot antiquas mutarunt flumina ripas?
Hic rotat Haemonium praeduris viribus Oeten,
Hic iuga conixus manibus Pangaea coruscat.
Hunc armat glacialis Athos, hoc Ossa movente
Tollitur, hic Rhodopen Hebri cum fonte revellit
Et socias truncavit aquas summaque levatus
Rupe Giganteos umeros irrorat Enipeus.
Subsedit patulis Tellus sine culmine campis
In natos divisa suos. Horrendus ubique
Fit fragor et pugnae spatium discriminat aer.
Primus terrificum Mavors non segnis in agmen
Odrysios impellit equos, quibus ille Gelonos
Sive Getas turbare solet. Splendentior igni
Aureus ardescit clipeus galeamque nitentes

60 turba (r *expunxit m. II*) φ ‖ ruenti SL 61 His ether his terra dedit VAV1 Bis ether bis terra dedit G Bis aeter is terra dedit S Bis aetheriis terra dedit (*sic*) φ Terra dedit bis ethereo L ‖ russus V1 62 Pro domino GφSVALV1 *quod non minus sententiae quam latinitati repugnat; scripsi ex coniectura* De mundo, *cui in* Domino *corrupto a barbaro aliquo interpolatore* Pro *additum est, ut versui cursus restitueretur* 64 Nunc GφSVALV1 Nec *coniecit* H ‖ maris S ‖ quod φ quod, *m. II* quot S ‖ littora φASLV1 65 quod φ quod, *m. II* quot S ‖ ripas φGLV1 terras VA 66 hemoniam A ‖ viribus φGVLV1 cantibus A ‖ oeten GV eotem φ oete S oethen AL oetem V1 67 conixus SVA conixis φG conexis LV1 ‖ choruscat LV1 68 glaciales φ ‖ h. ossa S 69 rodopen VAL rothopen S ‖ haebri S ‖ cum fonte *cum Pulmanno* H *quod probat versus sequens* cum ponte GφSVLV1 cō ponte A 70 levatus φGVALV1 volutus S ligatus *conicio ut sententia antecedentis versus sententiae similis evadat; de re vide Gesnerum a. h. l.* 71 gigantheos SL ‖ umeros GS humeros φVALV1 ‖ inrorat φ irrorat GSVA exornat L irruat V1 ‖ enipeus φ enipeus (h *add. m. I*) G enipeus V enīpheus A enipheus LV1 72 Subsedit VAS Subdit (= *Subditur*) et G Subsidit LV1 73 In vates L 74 Fit *scripsi cum* H, *quod deterior liber apud Clercq probat* It GφSVALV1 75 terrific' (= *terrificus*) V1 ‖ non regnis (*corr.* segnis) in hostem S 76 Otrysios G Odrysios φV Odrisios ALV1 Odrosios S 77 gethas L ‖ igne G 78 ardescit] ignescit L ‖ nitentis SVA

Arrexere iubae. Tunc concitus ense Pelorum
Transigit adverso, femorum qua parte volutus
Duplex semiferis conectitur ilibus anguis
Atque uno ternas animas interficit ictu.
Tum superinsultans avidus languentia curru
Membra terit multumque rotae sparsere cruorem.
Occurrit pro fratre Mimas Lemnumque cadentem
Cum lare Volcani spumantibus eruit undis:
Et prope torsisset, si non Mavortia cuspis
Ante relevato cerebrum fudisset ab ore.
Ille viro toto moriens, serpentibus imis
Vivit adhuc stridore ferox et parte rebelli
Victorem post fata petit. Tritonia virgo
Prosilit ostendens rutila cum Gorgone pectus,
Aspectu contenta suo, non utitur hasta;
Nam satis est vidisse semel: primumque furentem
Longius in faciem saxi Pallanta reformat.
Ille procul subitis fixus sine vulnere nodis,

79 Arexere L Aspexere A ‖ iuuae φ ‖ tum φGV1 tunc VAL ‖ pelorum *corr. m. II in* pelorus A 80 parte LV1 fine φGVA 81 Dublex φ ‖ semiferis GφVALV1 semifero S semiferi *Gesnerus* ‖ conectitur GVAL conectit φ complectitur V1 ‖ illibus L 83 Tunc VA ‖ Dum — avido *coniecit Barthius* Dum — rapido *coniecit* H ‖ super insultans G ‖ cursū G c̃ru^{s} (*corr. m. II*) A 84 Menbra VAL ‖ cruorem φGL co^{u}ꝝ (= *cruorum*) V1 cruoris VA 85 Accurrit *coniecit* H ‖ pro fratre] proferre L ‖ mimas G mimans φ minas VA minax L minaus V1 ‖ lennumque A lēpn̄que L lemrūque (*sic*) V1 ‖ cadentem φGg calentem VALV1 86 vulcani GφSVALV1 ‖ erunt, *m. II* eruit S 88 relevato φG revelato VALV1 celebrato *deterior Heinsii*, terebrato S (?) *quod celerius recepit* H2 ‖ celebrum, *m. II* cerebrum S *v. 88 et v. 89* φ *ita errore librarii contraxit* Ante relevato moriens serpentibus imis 89 viro toto φGLV1 velut tuto VA velud tuto S ‖ Ille vel actutum moriens *coniecit Schenkelius* Ille vel a summo moriens *ego temptavi* (*cf. R. Pros. II, v. 22*) ‖ serpente superstes S 90 revelli S 91 petit] ferit VAS 92 obtendens *maluit* G ‖ rutilo S ‖ 9 (= *con*) gorgone A 93 conte^{p}nta V1 ‖ contēpta su^{o}a L 94 ruentem Longius *vel* frementem Anguibus *coniecit* H 95 faciem] fa^{i}cem (*in ras. erat* l, i *add. m. I*) φ facie S formam LV1 ‖ saxa, *m. II* saxi S ‖ pall^{a-}ta (*sic*) V1 ‖ re^{m}mornat (*sic*) V1

Ut se letifero sensit durescere visu, —
Et steterat iam paene lapis — Quo vertimur? inquit,
Quae serpit per membra silex? quis torpor inertem
Marmorea me peste ligat? Vix pauca locutus,
Quod timuit, iam totus erat; saevusque Damastor
Ad depellendos iaculum cum quaereret hostes,
Germani rigidum misit pro rupe cadaver.
Hic vero interitum fratris miratus Echion
Inscius auctorem dum vult temptare nocendo,
Te dea respexit, solam quam cernere nulli
Bis licuit. Meruit sublata audacia poenas
Et didicit cum morte deam. Sed turbidus ira
Pallaneus, oculis adversa tuentibus atrox,
Ingreditur caecasque manus in Pallada tendit.
Hunc mucrone ferit dea comminus, ac simul angues
Gorgoneo riguere gelu corpusque per unum
Pars moritur ferro, partes periere videndo.
  Ecce autem medium spiris delapsus in aequor
Porphyrion trepidam conatur rumpere Delon,
Scilicet ad superos ut torqueat improbus axes.
Horruit Aegaeus, stagnantibus exsilit antris

97 Et si φ ‖ lętifero V lentifero L ‖ sensit sensit (*sic*) V 98 pene φGVA parte LV1 ‖ inquid φS 99 Quo L ‖ menbra VL m̃bra A ‖ quis φAV1 qui GSVL 100 loquutus V 101 Quod S ‖ saevusque φ sevusque GLV1 sevitque SVA ‖ damastor gVA iãast (*sic*) φ iamaster GL iemastor V1 102 cum φVA dum GSLV1 ‖ hostis φ 103 Termani, *m. II* Germani S 104 interitu f^r^atris (r *add. m. II*) φ ‖ miratus φ miratur GSVALV1 ‖ echion g aethion S 105 auctorẽ de vult (*sic*) φ 106 *deest in* φ ‖ Aegida respexit *malit* H ‖ soli S 107 Bis] His φ 108 cō morte A ‖ turbius S ‖ ira φ idam GLV1 *in Ald. erat* ida, *quod in exemplari Lugd. corr. in* idam (iram) (*sic*) g iram V idam *corr. m. II ex* iram A 109 Pallaneus φGS Pallæneus (*sic*) V Palladiis (adiis *in lit. m. I add.*) A Palladiis LV1 ‖ diversa *vel* aversa *voluit Schraderus* 110 Aggreditur *malit* H ‖ ceca^s^que (s *add. m. rec.*) V 111 ^f^gerit L ‖ comminus φGS cōminus V cominus LV1 112 ruguere, *m. II* riguere S 114 delapsus φGVLV1 dilapsus AS 115 Porfyrion A Porphirion LV1 Profurio φ Porfyrio GS P^r^rofyrio (*sic corr. m. rec.*) V 117 Horruit *editt. optime* Obruit GgφSVALV1 ‖ exilit φSVALV1

Longaevo cum patre Thetis desertaque mansit
Regia Neptuni, famulis veneranda profundis.
Exclamant placidae Cynthi de vertice Nymphae:
Nymphae, quae rudibus Phoebum docuere sagittis
Errantes agitare feras primumque gementi
Latonae struxere torum, cum lumina caeli
Parturiens geminis ornaret fetibus orbem.
Implorat Paeana suum conterrita Delos
Auxiliumque rogat: Si te gratissima fudit
In nostros Latona sinus, succurre precanti.
En iterum convulsa feror.

RELIQUA DESIDERANTUR.

118 longebo clam S ‖ cō patre A ‖ tethis L 119 famula S ‖ venerandę φ 120 Et clamant V ‖ placidae φGS placide L placido VAV1 pavidae *voluit Schraderus* ‖ cynthi *cum deterr. nonnullis* H c^{i}ūctę (*sic corr. m. II et add. in marg.* montis) A contu (*sic*) φ cuncto GL cuncte VV1 sacro S ‖ nimphe ASV1 limphe L 121 Nimphe ALV1 ‖ foedum, *m. II* foebum S ‖ ducuere φ ‖ sagitis V1 122 agittare (t *delevit m. I*) φ 123 Lathone L ‖ thorum VALV1 124 foetibus φ fętibus V phetibus L 125 *deest in* φGg (*id sic notatum ab eo qui* g *fecit:* hoc carmen deest in antiquo) SL ‖ conte^{r}rita (r *add. m. I*) V1 126 rogant L 127 nostro VA ‖ sinu VA 128 confulsa feror S ‖ En iterum convulsa feror *deest in* A ‖ *Ante* H *sine codicum auctoritate in editt. post* 'feror' *additum erat* 'sucurre roganti'. ‖ *De fragmento ex fine carminis deperdito ut videtur sumpto* Quo fugis Encelade? quascumque accesseris oras Sub deo semper eris *vide Schenkl Act. Vind. 1863, p. 34* ‖ GIGANTOMACHIA EXPŁ. INCIṔ DE SALVATORE V Finit giganthomachia S

CL. CLAUDIANI
CARMINA MINORA.

I (XL).

EPISTULA AD SERENAM.

Orphea cum primae sociarent numina taedae
  Ruraque compleret Thracia festus Hymen,
Certavere ferae picturataeque volucres,
  Dona suo vati quae potiora darent.
Quippe antri memores, cantus ubi saepe sonore
  Ducti praebuerant mira theatra lyrae,
Caucaseo crystalla ferunt de vertice lynces;
  Gryphes Hyperborei pondera fulva soli.
Furatae Veneris prato per inane columbae
  Florea conexis serta tulere rosis,

Eiusdem epistulam ad serenam φ EIVSDEM EPISTVLAM AD SERENĀ G INCIPIT AD SERENAM DE NVPTIIS V *Titulus plane deest in* ALV1 Ad Serenam *multae editt.* 1 O *deest in* A, *sed spatium vacuum relictum* ‖ Orfea G ‖ primae G prime V primo φ primum ALV1 ‖ numina GVAV1 numine L nomine φ lumina *ex vetere libro Claverii* H ‖ taedae φ taede G tede VALV1 2 thracia GgV trachia AL tracia V1 ‖ himen A 3 Certaverę φ 4 suą (o *add. m. rec.*) φ ‖ potiosa V1 ‖ darent GVAL dęrent (a *add. m. rec.*) φ valent V1 5 + Quippe [*sic*] (*de* + *vide In Ruf. I, 252*) G ‖ cant' ubi sepe sonore VA cantus u sepe sonore V1 cantu (*sic*) subis ···· G cantu subisse feruntur φ cantus ubi ···· L (*ergo deest exitus in* GL) 6 Praebuerant dulci GVALV1 dulces *coniecit Barthius* ‖ *Ego v. 5 seq. ita scripsi* cantus ubi saepe sonore Ducti praebuerant *putans* ducti *a suo loco errore remotum esse in* dulci *mutatum, qua de varia scriptura vide praef. in Ruf. I, v. 13. (Cf. Claudiani praefatio de Orpheo et Hercule, olim ante lib. II de R. Pros. [ed. Taurin. p. 57 seqq.] v. 15 seqq.)* ‖ lire AV1 7 Cauịcaseo V1 ‖ cristalla GVAV1 cristata L ‖ linces ALV1 8 Grypes GV Gryhes (*sic*) φ Griphes ALV1 ‖ hiperborei A yperborei L ‖ soli] thori V 9 Furato L Paestano *temptavit* H2H3 ‖ prata L ‖ columbae] volucres L 10 tulere rosis VAV1 telore rotis φ tulere rotis GL

Fractaque nobilium ramis electra sororum
Cycnus oloriferi vexit ab amne Padi,
Et Nilo Pygmaea grues post bella remenso
Ore legunt rubri germina cara maris.
Venit et extremo Phoenix longaevus ab Euro
Apportans unco cinnama rara pede.
Nulla avium pecudumque fuit, quae ferre negaret
Vectigal meritae conubiale lyrae.
Tunc opibus, totoque Heliconis sedula regno
Ornabat propriam Calliopea nurum.
Ipsam praeterea dominam stellantis Olympi
Ad nati thalamos ausa rogare parens.
Nec sprevit regina deum vel matris honore
Vel iusto vatis ducta favore pii,
Qui sibi carminibus totiens lustraverat aras
Iunonis blanda numina voce canens
Proeliaque altisoni referens Phlegraea mariti,
Titanum fractas Enceladique minas.
Ilicet adventu noctem dignata iugalem
Addidit augendis munera sacra toris:
Munera mortales non admittentia cultus:
Munera, quae solos fas habuisse deos.
Sed quod Threicio Iuno placabilis Orphei,
Hoc poteris votis esse Serena meis.

11 Lapsaque flebilium *vel* Fletaque nobilium *coniecit* H 12 Cygnus G Cicnus V Cignus ạḅ A Cignus L V 1 ‖ holoferi V 13 Et nilo pigmea grues post bella remenso φ G V (pigmea *corr. m. rec. in* pygmea *in* V) Et nilo post bella grues pigmea remenso A L (nylo *in* L) V 1 14 germina φ G V V 1 [vel er] gramina A gramina L ‖ cana V 15 et *deest in* φ ‖ fenix A 16 cynnama V ‖ rara φ V V 1 mira G g A L 18 conuḷiale [b] V 1 ‖ lire V 1 19 eliconis A V 1 elichonis L ‖ sedula] scta L 20 calliopaea φ ‖ [vel nurū] liram A 21 stillantis φ ‖ ~~olympi~~ olympi (*sic*) G olimpi A L V 1 22 thamos [la] V talamos A ‖ ausa //// rogare V 23 Non L ‖ spevit [r] (r *add. m. I*) V 1 26 nomina φ G 27 phlegrẹa g flaegrea φ flegrea G A phlegrea L V 1 28 Tytanum A L ‖ encheladique V A L V 1 ‖ minịs [a] A 29 Illicet G L ‖ iugales *corr. m. II in* iugalem A 30 sacra toris G sagra toris φ sacra thoris V A V 1 digna choris L 31 abmittentia cultus φ 32 solas — deas *coniecit* H 33 threcio G treicio A L Ṿ 1 ‖ Iuno] iono φ ‖ orphei φ L orphẹi G orpheo V A V 1

Illius exspectent famulantia sidera nutum:
  Sub pedibus regitur terra fretumque tuis.
Non ego, cum peterem, sollemni more procorum
  Promisi gregibus pascua plena meis,
Nec quod mille mihi lateant sub palmite colles,
  Fluctuet et glauca pinguis oliva coma,
Nec quod nostra Ceres numerosa falce laboret
  Aurataeque ferant culmina celsa trabes:
Suffecit mandasse deam. Tua littera nobis
  Et pecus et segetes et domus ampla fuit.
Inflexit soceros et maiestate petendi
  Texit pauperiem nominis umbra tui.
Quid non perficeret scribentis voce Serenae
  Vel genius regni vel pietatis amor?
Atque utinam sub luce tui contingeret oris
  Coniugis et castris et solio generi
Optatum celebrare diem! Me iungeret auspex
  Purpura, me sancto cingeret aula choro
Et mihi quam scriptis desponderat ante, puellam
  Coniugiis eadem pronuba dextra daret.
Nunc medium quoniam votis maioribus aequor
  Invidet et Libycae dissidet ora plagae,

35 Illius expectent φG Illius expectant V Explent illius AL Expectent illius V1 ‖ sydere L ‖ nuḷtum L 36 teritur V1 ‖ [//] terra fretumque tuis [//] regitur (*sic*) A 37 Non [ego] cum (ego *add. m. I*) φ ‖ petere φ ‖ sollēpni ALV1 solemni φG 38 meis φGVALV1 tuis *deter.* suis *coniecit* H 39 Quod nec A ‖ michi V 41 Quod nec A ‖ fauce A ‖ laborat G 43 littora L 44 Et penus L 47 Quid non perficeret φVA Sed quid non perfert G Quid non suffecit L Quid non perfecit V1 Quid non praestet *coniecit* H 49 Aque ut̄ (*sic*) sub luce A 50 Coniugis in castris VV1 51 celebraṭe [r] A ‖ ne iungeret AL ‖ apex V1 52 sacro *pro* sancto *malit* H1 socio *temptat* H2H3 ‖ choro H1 *cum Scaligero* toro φG thoro VALV1 53 michi V ‖ scriptas dispenderat AL 54 Coniuṇgiis (*expunxit* n *m. rec.*) eadem φ Coniugis eiusdem L Coniugio eiusdem *coniecit Scaliger* ‖ [//] tẹlạ, *in marg.* dextra V1 55 qm̃ (= *quoniam*) φ ‖ votis GVV1 vịtis [o] A vitis L syrtis φ 56 lybicę G lybacę φ libace V lybie L libie AV1 ‖ ora φGVL hora A aulam V1

Saltem absens regina fave reditusque secundos
Annue sidereo laeta supercilio.
Terrarum tu pande vias, tu mitibus Euris
Aequora pacari prosperiora iube,
Ut tibi Pierides doctumque fluens Aganippe
Debita servato vota cliente canant.

II (XLI).

EPISTULA AD OLYBRIUM.

Quid rear, affatus quod non mihi dirigis ullos,
Nec redit alterno pollice ducta salus?
Scribendine labor? Sed quae tam prona facultas,
Carmina seu fundis, seu Cicerona tonas?
Cedere divitiis animi Fortuna fatetur,
Nec tantas oris Copia vincit opes.
An rarus, qui scripta ferat? Quin tempore nullo
Cessant Flaminiae pulverulenta viae.
Cum fluat ingenium, cum sit, qui dicta reportet:
Quae, nisi contemnor, causa relicta tibi?
Despicis ergo tuum, si fas est credere, vatem,
Perfidus et spatio debilitatur amor?

57 secundus φ 58 Adnue φ ‖ sydereo L 59 mittibus (*sic* t *deletum*) V 60 paccari VLV1 placari A ‖ prosperiora φAV1 superiora GL posteriora V 61 perides (i *sup.*) A pyerides L plerides V1 ‖ aganipe L

Eiusdem epistula ad olybriũ consolem φ EPISTVLA ADDOLIBRIVM (*sic*) G epistula [ad Olybrium] ad hunc scriptus panegyricus *qui g scripsit adnotavit (quod inter* [] *est titulus in Aldina)* INCIPIT EPISTOLA AD OLYBRIVM V *Titulus deest in* ALV1 1 Q *initio deest*, *sed lacuna relicta in* A ‖ adfastũ (*lineolam addit sup.* u *m. II*) φ ‖ non *deest in* G ‖ ullo φ 2 dicta *Livineius ut notat Clercq ap. Burm.*

3 Scribendi labor est V Scribenti labor est A Scribendive labor V1 4 cicerona G cicerone φVALV1 5 Credere L ‖ Fortuna *et* Copia *h. l. personas esse puto* 6 Nec *scripsi (cf. infra v. 24)* oris *cum* opes *coniungens*, *quod docet versus antecedens* Et GVALV1 ‖ copias L

7 scripta g ‖ fegat (r *sup.*) (f *corr. ex* t) A 8 flaminee VALV1 flumineae φ 9 Cum fluat] 9 fluat L ‖ ĩpiũ (gen *sup.*) (= *imperium corr. in ingenium*) L ‖ qui φVAV1 q G quid L ‖ retorpet L 10 contempnor VALV1 ‖ tibi φVLV1 m (i *sup.*) tibi (*sic*) A civi G 11 Dispicis φG ‖ fas est dicere V1 12 Fervidus *coniecit Schraderus* ‖ debilitatis V1

Excidimusne tibi? Lucem iam condet Hydaspes
Et Tartesiaco Sol oriere vado,
Candescet Geticis Meroe conversa pruinis
Claraque se vetito proluet Ursa mari,
Et si iam nostros fastidit Olybrius ignes,
Constat Oresteam nil valuisse fidem.
Quin age rumpe moras, solaturusque sodalem
Absens eloquio fertiliore doce.
Crebraque fecundo festinet littera cursu
Libris atque animis insinuanda meis.
Dignatus tenui Caesar scripsisse Maroni,
Nec tibi dedecori musa futura. Vale.

III (XLII).

EPISTULA AD PROBINUM.

Quem precor haec, quem sunt habitura silentia finem?
Quando dabit caras littera grata vices?
Me timidum vel te potius dixisse superbum
Convenit? Alterius crimen utrumque tenet.

13 iam condet GVA iam condit L iam det φ ‖ hidaspes VAL
h
ydaspes V1 14 tartesiaco G tartesiso φ carcesiaco V carcesiaco A tharcesiaco L thachesiaco V1 ‖ oriere VA oriare φGLV1
u
15 Canescet *malit* H ‖ teticis φ gethicis L ‖ proinis (u *add. m. II*) φ 16 se *deest in* φ ‖ orsa φ 17 olībrius A olinbrius L olibrius V1 18 horesteam VALV1 19 solaturusque VAV1 moraturusque φGL remoraturasque *nonnullae editt. (Cf. Gesnerum)* 21 fecundo GLV1 facundo φV faɔdo A facundos H *cum deter.* ‖ cursu φGVLV1
c̃su
voçe A cursus H *cum deter.* ‖ iucundo — cursu *coniecit Schraderus* 22 Libris atque animis VAV1 Digna tuis animis φGL *quod ex sequenti versu promanasse iure dicit* H Labris atque animis *voluit* H ‖ insinuando VA 23 tenui] merui V1 ‖ scesar V1 24 Nec VA Et φGLV1 ‖ dedecoris φ ‖ musa futura valo GgVA musa fuerit valde (d *expunxit m. II*) φ non mea musa vale V1 scribere musa vale L

ITẼ EIVSÐẼ ꝺꝺ PROBINṼ consolẽ fratrẽ olybrii φ EIVSDEM AD PROBINṼ G [Ad Probinum] ut scribat (*quod inter* [] *titulus est in Aldina*) g INCIPIT AD PROBINVM V *Titulus deest in* ALV1 Ad Probinum, ut scribat *similia editt.* 1 Q *initio in* A *deest, sed lacuna*
a
relicta ‖ prẹcor φ 2 dabit gratas L dabit curas (a *add. m. I*) φ ‖
t
grata] gratia φ nostra L ‖ gratas — cara *coniecit Schraderus*
u
4 utrunque G utramque φ

Transfluxere dies et dum scripsisse priorem
Poenitet, aeternas itur in usque moras.
Sed quid agam? Coepisse vetat reverentia vestri.
Hinc amor hortatur scribere: vincat amor.
Fors iuvat audentes, prisci sententia vatis.
Hac duce non dubitem te reticente loqui:
Audax ut, si quid penitus peccasse videbor,
Arguar, ingrati non subiturus onus.
Romanos bibimus primum te consule fontes
Et Latiae cessit Graia Thalia togae,
Incipiensque tuis a fascibus omina coepi
Fataque debebo posteriora tibi.
Ergo lacessitus tandem rescribe roganti
Et patria florens sorte Probine vale.

IV (XLIII).

EPISTULA AD GENNADIUM PROCONSULEM.

Italiae commune decus, Rubiconis amoeni
Incola, Romani fama secunda fori,

5 Transfluxere (f *expunxit m. II*) φ Tot fluxere *vel* Ter fluxere *coniecit* H2H3 ‖ scripsere (iss *supra*) A 7 cepisse GVALV1 copisse (e *supra*) φ ‖ Hinc coepisse *malit Bonnet* ‖ ,verentia (re *supra*) A ‖ vestri] nostri g 9 prisci φVA socii G chii LV1 Cei *Scaliger cum deteriore libro Heinsii* Tusci (= *Vergilii*) *coniecit Unger in schedulis C. Horn dedicatis, Friedland 1869, N. I* ‖ sentia (ten *add. m. II*) φ 10 duce te V1 11 Audax ut si quid φ Audax aut si quid GVAV1 Audax aut si quidem L ‖ penitus GLV1 poenitus φ vates VA ‖ videbor φ videtur GVLV1 fatetur A 12 honus ALV1 13 console (u *supra*) φ 14 Et latiae Et lacie V1 Et late GL Et la^cie^ (*sub* cie *laesa membrana*) A ‖ accessit VA ‖ gta (a *supra*) (= *grata*) A grata L ‖ talia (h *supra*) A thalea G 15 a fascibus φG a fastibus (*in marg. m. rec.* fascibus) V affastibus A affatibus LV1 ‖ omnia V1 ‖ coepi (o *expunxit m. II*) φ 16 delebo (b *supra*) A delebo LV1 debemus *vel* debentur H1 se debent H2H3 18 arte *coniecit* H ‖ propina G probini *corr. m. II in* probine A ‖ valde (d *expunxit m. II*) φ

Eiuſdem epistola ad gennadiū proconsulem φ EPISTOLA AD GENNADIVM EXPROCONSVLE G exprocósulé (*sic*) g *Titulus deest in* ALV1 *Totum carmen deest in* V 1 I *deest initio vocis* Ithalie (*sic* A), *sed lacuna relicta* A ‖ Ythalie L ‖ robuconis (u *supra*) φ 2 secunda forte *sic* g *notavit*

Graiorum populis et nostro cognite Nilo:
  Utraque gens fasces horret amatque tuos.
Carmina ieiunas poscis solantia fauces?
  Testor amicitiam, nulla fuisse domi.
Nam mihi mox nidum pennis confisa relinquunt
  Et Lare contempto non reditura volant.

V (XXXIX).

DEPRECATIO AD HADRIANUM.

Usque adeone tuae producitur impetus irae?
Nullus erit finis lacrimis subitisque favorem
Permutas odiis? Quo mens ignara nocendi,
Quo sensus abiere pii? Tantumne licebit
Invidiae? Tantum strepitus valuere maligni?
  Me dolor incautus, me lubrica duxerit aetas,
Me timor impulerit, me devius egerit ardor:
Te tamen haud decuit paribus concurrere telis.
Humanae superos nunquam tetigere querelae,
Nec vaga securum penetrant convicia caelum.

3 Gratiorum φ ‖ nylo L 4 fasc^e^is A 6 amiticiam φ 7 ^m^nox (*sic corr. m. II*) φ ‖ pinnis φ 8 Et lare contempto φ L V1 Et me contempto A

Eiusdem dep̄catio ad adRIaNVM φ DEPRECATIO AD HADRIANVM G *Ad Aldinae inscriptionem* Epistola ad Adrianum *addidit* petit veniam de iniuria illata *g* *De titulo in* V *vide finem carminis de VI consulatu Honorii Titulus deest in* A L V1
1 U *deest initio in* A, *sed lacuna relicta* 2 erit V A L V1 crat φ G tot *cum deteriore libro* H ‖ subitisque G V A L V1 subitisne *cum Barthio* H ‖ faborem φ 3 Permittas A 4 pii] tui V1 ‖ abiere (r *add. m. I in lit.*) A ‖ tantumne licebit *add. m. II in lacuna sine rasura in* A 5 Invidiae et tantum φ ‖ valere φ 6 calor *coniecit* H ‖ incautus G V A V1 incautum φ L 7 Me timor φ G V A Me tumor L V1 ‖ d^e^ivius (*corr. m. I*) φ 8 aut L haut V1 ‖ paribus] perhibent L 9 tetegere *corr. m. II in* tetigere φ ‖ querele A L V1 querellae G quaerellae (*expunxit* a *m. II*) φ querelis V 10 penetrant *corr. m. II in* penitrant φ

Excessit iam poena modum. Concede iacenti.
En adsum: veniam confessus crimina posco.
Manibus Hectoreis atrox ignovit Achilles,
Ultrices Furias matris placavit Orestes,
Reddidit Alcides Priamo, quas ceperat, arces.
Pellaeum iuvenem regum flexere ruinae:
Darium famulis manibus doluisse peremptum
Fertur et ingenti solatus fata sepulcro;
Tradita captivo spatiosior India Poro.
Conditor hic patriae; sic hostibus ille pepercit:
Hunc virtus tua digna sequi. Quemcumque deorum
Laesimus, insultet iugulo pascatque furorem.
Gratia defluxit, sequitur feralis egestas,
Desolata domus, caris spoliamur amicis.
Hunc tormenta necant, hic undique truditur exsul.
Quid superest damnis? quae saeva pericula restant?
Emollit rabiem praedae mortisque facultas:
Praetereunt subiecta ferae torvique leones,
Quae stravisse valent, eadem prostrata relinquunt,
Nec nisi bellantis gaudent cervice iuvenci
Nobiliore fame. Secuit nascentia vota

11 p[o]ęna (o *add. m. I*) G 12 En adsum veniam φ En assum veniam V1 En adsum et veniam G En assum et veniam VAL 13 astros, *in marg.* atrox V1 ‖ anchilles φ 14 horestes GALV1 oresto φ 15 eacides φ ‖ coeperat φ 16 Paelleum φ 17 Darium φVL Et darium Gg 7 darium (= *Et darium*) V1 Hic (*sic* h[i]) darium A ‖ famolis φ famuli *coniecit Scaliger* ‖ peremtum φ 18 sepulchro φGVL 19 puro φ porro G *v. 20 expungere velit Bonnet* 20 sic ıl hostibus A 21 quencumque G ‖ decorum L 22 insulta& (= *insultaet*) φ ‖ iucolo *corr. m. II in* iug[u]olo φ ‖ fororem φ 23 sequiturque feralis G feralis sequitur V1 24 spoliatur A 25 Hunc (*sic:* h[ūc]) A ‖ negant φL ‖ exul GVALV1 26 dampnis VALV1 ‖ quae] quid A 27 Emol[l]it φ 29 valent φGLV1 *quod defendunt grammatici sicut Zumptius § 590* calent VA *quos Hsecutus* ‖ eadem φGLV1 ea mox VA ‖ prostratata φ ‖ relinqunt GL relinquent V1 30 nisi] m[i] (= *mihi*) A ‖ bellantes VA ‖ gaudent φGVA gaudet LV1 ‖ i[u]ovenci φ iuventi (?) L 31 Nubiliore φ Mobiliore A ‖ fame φVAV1 funę (*sic*) G ‖ vota φGVV1 nota (?) A fata L

Livor et ingesto turbavit gaudia luctu:
Iam iam suppliciis fessos umilesque serenus
Despice. Quid tanta dignaris mole clientem?
In brevibus nunquam sese probat Aeolus undis,
Nec capit angustus Boreae certamina collis:
Alpes ille quatit, Rhodopeia culmina lassat.
Incubuit nunquam caelestis flamma salictis,
Nec parvi frutices iram meruere Tonantis:
Ingentes quercus, annosas fulminat ornos.
  Hoc pro supplicibus ramis, pro fronde Minervae,
Hoc carmen pro ture damus. Miserere tuorum.
Me precor — heu — me redde mihi gravibusque medere
Vulneribus vitamque iube famamque reverti.
Quae per te cecidit, per te fortuna resurgat.
Sanus Achilleis remeavit Telephus herbis,
Cuius pertulerat vires, et sensit in uno
Letalem placidamque manum. Medicina per hostem
Contigit et pepulit, quos fecerat ipse, dolores.
Quod si nec precibus, fletu nec flecteris ullo,
Eripe calcatis non prospera cingula musis,
Eripe militiam comitis, me pelle sodalem.

32 Li^{u}bor φ ‖ inges^{s}tu (*sic*) φ 33 supliciis V 34 Despice φV Respice GAV1 Aspice L ‖ mole φG morte VALV1 35 aeol^{u}os φ ‖ undis φGVALV1 antris *editt.* 37 alpes quatit ille (*sic corr. m. II*) φ ‖ rodopeia GLV1 rh^{a}odopaeque (*sic* [a *add. m. rec., signum sub* e *m. II*]) φ rhodopea V rodop^{i}ea A ‖ lassat GLV1 quassat φVA 38 In^{c}gubuit φ ‖ flama A 39 patrvi A ‖ fru^{t}dices φ 40 animosas L 41 suplicibus VV1 41 *deerat in* A, *sed add. in marg. m. II* 42 thure VALV1 43 Ne V Ne *corr. m. II in* Me A ‖ preecor (*expunxit* c *m. II*) φ 45 forturna V1 46 achilleis — herbis GVALV1 achilleis — erbis φ (*vide Gesnerum et Barthium a. h. l.*) achillea — hasta g ‖ thelephus A 48 Laetalem φ 49 Contegit φ ‖ fecera^{t}s φ 50 preecibus (c *expunxit m. II*) φ ‖ flecteris φGLV1 frangeris VA 51 singula prospera A ‖ cincula φ 52 militiam comitis, me pelle sodalem *scripsi, ut Claudianum illo tempore dignitate comitis (non Augusti ut patet, sed inferioris classis) ornatum fuisse appareret et* 'militia' *servitium in aula praefecti significaret;* 'sodalem' *sese poetam Hadriani nominasse non mirum, quod idem fecit cum viro consulari epist. ad Olybr., v. 19. De hisce rebus omnibus vide praefationem*

Scilicet insignis de paupere vate triumphos!
Scilicet et spoliis ornabere victor opimis!
Saeviat in miseros cognata potentia cives.
Audiat hoc commune solum longeque carinis
Nota Pharos flentemque attollens gurgite vultum
Nostra gemat Nilus numerosis funera ripis.

VI (LXXIV).

IN ALETIUM QUAESTOREM.

Sic non Aethiopum campos aestate pererrem,
   Nec Scythico brumam sub Iove nudus agam,
Sic non imbriferis noctem ducentibus Haedis
   Ionio credam turgida vela mari,
Sic non Tartareo Furiarum verbere pulsus
   Irati laedam carmina grammatici:

huius voluminis, at cave ne poetae comitatum confundas cum dignitate comitis orientis, de qua confer quae dixi praef. vol. I, p. IX. militiam comitem ne pelle sodalis φ militiam comitem me pelle sodali G miliciam comitem ne pelle sodali V miliciam comitem n[c] (= *nec*) pelle sodali A miliciam comitem me pelle sodali L miliciam ị comitem me pelle sodali V1 *v. 53 deest in* L 53 insignis φ insignis[e] G insignes VALV1 ‖ m̤e[d] V1 ‖ vat¦e (a *expunxit m. II*) φ ‖ triumhos φ triumpha *coniecit Scaliger* *v. 54 deest in* φ 54 Scilicet et spoliis G Scilicet egregiis VALV1 ‖ opinis GA 55 Saeviat φG Seviat LV1 Inruat V Irruat A Saeviet *coniecit Scaliger* Si ruat *coniecit Schraderus* ‖ cognota φ 56 haec φ hęc V hec V1 hoc GL h' A ‖ longisque carinis VA 57 flụentemque (u *expunxit m. II*) φ 58 rippis AV1 ‖ *In* L *decem versuum spatium vacuum relictum est* ‖ CŁ CLAVDIANI SATISFACTIO ꝑ SE APVT STILICHO EXPLIC̄ · INCIPIT EIVSDEM EPIGRAMA · DE SENE · QVI IVXTA VERONĀ CONSISTENS · NEC CIVITATĒ NORAT NEC VILLĀ VMQVĀ EGRESSVS EST V

EIVSDĒ IN ALECIVM QVAESTOREM φ DEPRECATIO IN ALETIVM QVAESTOREM G Aletiuals (*sic*) g *De titulo in* V *vide finem Nili n. XXVII (XLVII)* ‖ *Titulus deest in* ALV1 1 S *in* Sic *desideratur, sed spatium relictum in* A 2 scithico LV1 ‖ brumam schytico V brumam scitico A ‖ sub iuve nọdọs[u u] φ 3 imbriferis φGLV1 imbriferam VA ‖ nubem *pro* noctem *frustra coniecit* H2H3 ‖ aedis φ aedibus G hedis VL edis AV1 4 Yonio L ‖ t gida (*inter* t *et* g *membranae mendum*) *pro* turgida φ 6 ledam VA relegam φGLV1 ‖ gramatici φ

Nulla meos traxit petulans audacia sensus,
Liberior solito nec mihi lingua fuit.
Versiculos, fateor, non cauta voce notavi,
Heu miser ignorans quam grave crimen erat!
Orpheos alii libros impune lacessunt,
Nec tua securum te Maro fama vehit.
Ipse parens vatum princeps Heliconis Homerus
Iudicis excepit tela severa notae.
[Sed non Virgilius, sed non accusat Homerus:
Neuter enim quaestor, pauper uterque fuit.]
En moveo plausus, en pallidus omnia laudo
Et clarum repeto terque quaterque sophos.
Ignoscat placidus tandem statusque remittat,
Et tuto recitet quodlibet ore: placet.

VII (LXXV).

IN CURETIUM.

Fallaces vitreo stellas componere mundo
Et vaga Saturni sidera saepe queri

8 michi LV1 9 solito φGL iusto VAV1 ‖ coata (au *supra*) φ ‖ *v. 10 nescio quare* H2 *et* H3 *metuat, ne hic versus adulterinus sit* 11 Orfeos GV Ascraeos *voluit* H2H3 *ut tres summi poetae coniungerentur, Homerus, Hesiodus, Maro* ‖ in fine, *corr. m. I in* inpune V ĩ fine (*in marg. m. II* ĩpune) A 12 vehit] facit L 13 heliconis GVA heliconos φ elichonis L eliconis V1 ‖ homius (r *supra*) (*sic*) G *v. 14 et 15 desunt in* A *et* L *v. 15 et 16 interpolatos puto certissime, cum propter tempus praesens* 'accusat' *tum quod in toto disticho sententia maxime inanis inest, ut paene risum moveat. Quin etiam in* A *et* L *codicum fonte aliquando id notatum fuerit signo aliquo in margine posito non dubito; signum autem interpolationis non accurate exaratum videtur fuisse, ut v. 14 et 15 errore omitterent pro v. 15 et 16* 16 pastor uterque G 17 moneo (?) A ‖ et pallidus VA en palidus (l *supra*) φ 18 Ac (A *add. m. II*) clarum φ ‖ sophum φ sofos G 19 Ignuscat *corr. m. II in* Ignoscat φ 20 tuto gVAV1 tuoto φ toto G ‖ quodlibet φGLV1 quicquid ab VA ‖ EXPLIC̄. INCIPIT GIGANTOMACHIA V

IN CYRETIVM G INCIPIT IOCVS DE CVRETIO V *Titulus deest in* ALV1 *Totum carmen desideratur in* φ 1 F *deest initio, sed spatium relictum in* A ‖ vitreos V 2 quero V1

Venturumque Iovem paucis promittere nummis
  Cureti genitor noverat Uranius.
In prolem dilata ruunt periuria patris,
  Et poenam merito filius ore luit.
Namque avide lambit meretricis labra superbae
  Consumens luxu flagitiisque domum.
Et quas fallacis collegit lingua parentis,
  Has eadem nati lingua refundit opes.

VIII (LXXVI).

IN EUNDEM CURETIUM.

Si tua Cureti penitus cognoscere quaeris
  Sidera, patre tuo certius ipse loquar.
Quod furis, adversi dedit inclementia Martis:
  Quod procul a musis, debilis Arcas erat:
Quod turpem pateris iam cano podice morbum,
  Femineis signis Luna Venusque tulit:
Attrivit Saturnus opes. Hoc prorsus in uno
  Haereo, mendacem quae mala causa facit.

4 Çur& (= *Curet*), *in marg. m. I* C[u]ıretius (u *m. I add.*) G 7 Namque avide lambit meretricis labra superbae G Nam spurcos avide lambit meretricis hiatus VALV1 8 luctu A 11 eadı[e]m (e *m. I add.*) G ‖ refundit GV refudit ALV1

IN EVNDEM CVRETIVM· V DE CVRETIO EIVSDEM G *Titulus deest in* ALV1 *Totum epigramma deest in* φ 1 S *deest initio*, *sed spatium relictum est* A 3 matris [vel p] V patris [vel matris] A 4 Quod] Quo G ‖ archas VALV1 5 Quod] Quo G ‖ cano *deest in* G 6 tulit *scripsi ex coniectura* fuit GVALV1 8 Haereo mendacem quae mala cā (= *causa*) facit G Hereo (Hęreo V) quae (que VV1 q̃ L) cunnum lambere causa facit VALV1 ‖ *Sub finem hoc signum X add. in exemplari Lugd. ed. Ald. ab eo qui* g *scripsit; in margine inferiore huius editionis sub eodem signo legitur:*

> *X* De lanario. ita in veteri codice interpositum.
> Sordidus ex humeris nudo dependet amictus,
> Exercentur equis, et colla comantia pectunt.

IX (LXXVII).

IN IACOBUM MAGISTRUM EQUITUM.

Per cineres Pauli, per sancti limina Petri,
Ne laceres versus dux Iacobe meos:
Sic tua pro clipeo defendat pectora Thomas
Et comes ad bellum Bartholomaeus eat:
Sic ope sanctorum non barbarus irruat Alpes:
Sic tibi det vires sancta Susanna suas:
Sic quicumque ferox gelidum transnaverit Histrum,
Mergatur volucres ceu Pharaonis equi:
Sic Geticas ultrix feriat rhomphaea catervas
Romanasque regat prospera Thecla manus:
Sic tibi det magnum moriens conviva triumphum
Atque tuam vincant dolia fusa sitim:
Sic numquam hostili maculetur sanguine dextra:
Ne laceres versus dux Iacobe meos.

EIVSᵭEM IN IACOBVM MAGI^S^TER (*sic*) EIVS · φ IN IACOBVM MAGIST℞ EQVITV̄G INCIPIT IN IACOBV̄ MAGISTR̄ EQVITVM V *Titulus deest in* ALV1 1 P *initio deest, sed spatium relictum in* A ‖ pauli *deest in* φ ‖ sancti GφLV1 cani VA *et editt.* 2 laceris φ ‖ iacobee L 3 defendat φVA sustentet GgLV1 4 erat (?) *pro* eat φ *v. 5 et 6 desunt in* VA 5 in^r^ruat φ 7 ferus VA 8 Mercatur VA Mergat L *v. 9 et 10 desunt in* VA 9 getigas φ ‖ romphea G rhumphea (*in lit. m. I*) φ rumphea LV1 10 Romanusque *corr. m. II in* Romanasque φ Romanaeque *corr. Scaliger* ‖ regat φGV1 regant L tegat *deterr.* ‖ theda G tela L teda V1 11 sibi A ‖ magnos moriens conviva triumphos VA 12 Atque tua vincant φ Atque tu^a^ū vincant L ‖ Et tua perpetuo dolia vina fluant V Et tua perpetuo dolia vini fluant A ‖ *Inter v. 12 et 13 legitur in* V1 *idem versus sic m. I* Et tua perpetuo dolia vina fluant, *in marg. post v. 12 m. I add.* ut *v. 13 et 14 desunt in* VA 14 Nec L ‖ laceris *corr. m. II in* laceres φ ‖ iacobee L ‖ meus φ

X (LXXIX).

IN PODAGRICUM.

Quae tibi cum pedibus ratio? Quid carmina culpas
Scandere qui nescis versiculos lacerans?
Claudicat hic versus, haec, inquit, syllaba nutat
Atque nihil prorsus stare putat podager.

XI (LXXXI).

AD AETERNALEM.

Quidquid Castalio de gurgite Phoebus anhelat,
Quidquid fatidico mugit cortina recessu,
Carmina sunt: sed verba negant communia Musae:
Carmina sola loquor, si me meus implet Apollo.

XII (LXXXII).

AD MAXIMUM QUI MEL MISIT.

Dulcia dona mihi semper tu Maxime mittis
Et quidquid mittis mella putare decet.

Eiusdem in podagricū qui carmina sua non stare dicebat φ IN PODAGRICVM QVI CARMINA SVA NON STARE DICEBAT G *Deest titulus in* ALV1 *Totum carmen desideratur in* V 1 *In huius versus fine interrogationis signum delevi* 2 *Hunc versum cum antecedenti coniunxi et in fine interrogationis signum posui* ‖ lacerans *scripsi* laceras φGALV1 3 haec inquid syllabat φ ‖ sillaba ALV1 4 nichil LV1 nichil *sup. lin. m. II add. nam deerat* A ‖ pordager V1

II. Eiusdem claudii ad aeternalem φ *nullo spatio vacuo relicto et titulo omisso sequitur hoc carmen post epigramma de portu Smyrnensi (XXVIII = LXXXV) in* GLV1 *Deest titulus in* A *Totum carmen desideratur in* V ‖ g *hic notavit* in alio sequentes 4 versus sunt superioris pars 1 Quicquid ALV1 ‖ anchelat (c *expunctum m. II*) φ anhelat G hanelat ALV1 2 Quicquid ALV1 ‖ curtina *corr. m. II in* gurtina φ 3 et verba *coniecit* H ‖ cūmunia *corr. m. II in* cōmunia φ 4 si me meus *conieci* (*cf. L. Jeep, de Claudiani codice nuper reperto p. 53* [*vide praef. vol. I, p. XXXIII*]) sic me meus φALV1 smirneus G loquor, Smyrnaeus ut implet Apollo (= *Homerus*) *coniecit* H3 te meus *vel* me tuus *praeterea* H *temptasse contendit Clercq*

Eiusdem ad maximum qui ei mel misit φ AD MAXIMVM QVI EI MEL MISIT G Ad Maximum q mel misit g *Titulus deest in* ALV1 *Totum carmen deest in* V 1 mihi semper tu maxime mittis φGAV1 tu mittis maxime semper L *et multae editt.* 2 quicquid ALV1 ‖ mittes G

XIII (LII).

DE SENE VERONENSI QUI SUBURBIUM NUNQUAM EGRESSUS EST.

Felix, qui patriis aevum transegit in agris,
Ipsa domus puerum quem videt, ipsa senem,
Qui baculo nitens in qua reptavit harena
Unius numerat saecula longa casae,
Ingentem meminit parvo qui germine quercum 15
Aequaevumque videt consenuisse nemus, 16
Proxima cui nigris Verona remotior Indis 17
Benacumque putat litora rubra lacum. 18
Illum non vario traxit fortuna tumultu, 5
Nec bibit ignotas mobilis hospes aquas.
Non freta mercator tremuit, non classica miles,
Non rauci lites pertulit ille fori.
Indocilis rerum, vicinae nescius urbis
Aspectu fruitur liberiore poli. 10
Frugibus alternis, non consule computat annum:
Autumnum pomis, ver sibi flore notat.
Idem condit ager soles idemque reducit
Metiturque suo rusticus orbe diem:

Eiusdem de sene veronensi qui suborbiū suū numquam egressus est φ DE SENATORE VERONENSI QVI SVBVRBIVM NV̄QVAM EGRESSVS EST G *sic etiam* g *titulum tradidit. De titulo in* V *vide finem carminis ad Hadrianum (V=XXXIX) Titulus deest* in ALV1

1 F *omissum, sed spatium relictum* A ‖ patriis φGLV1 propriis (*ante hoc verbum rasura suo ipsius spatio*) V $\overset{i}{\text{pis}}$ A ‖ agris φG arvis VALV1 2 quem GVALV1 quae φ 3 in qua] ipsa L ‖ reptavit GVALV1 reptabat φ 4 numerat GφVALV1 numeret *scripsit* H1 enumerat *coniecit* H ‖ saecula] singula L *Ante v. 5 posuit v. 15—18 contra mss. Bonnet, Revue de Philologie f. II* [*1878*], *p. 176*), *quem secutus sum* 15 germine GgLV1 gramine φVA 16 Aecumque videt φ ‖ cons$\overset{e}{\text{i}}$nuisse A 17 undis L 18 Venacumque L ‖ littora ALV1 ‖ rubra φGV1 rūra (rubra *in marg. m. rec. ut videtur*) V rura (rubra *corr. m. II*) A rura L 5 traxit] transit L 6 mobilis φGVA nobilis LV1 7 Nec A ‖ tremuit φG timuit VAL tumi (*sic*) V1 9 $\overset{u}{\text{orbis}}$ φ 10 $\overset{i}{\text{libore}}$ (*sic corr. m. II*) L 11 $\overset{c}{\text{Frutibus}}$ φ ‖ $\overset{u}{\text{compotat}}$ φ annum GVALV1 annos φ 12 Autumpnum AL Autunū φ 13 solis φ 14 suo] diem V1 ‖ ore L

Sed tamen indomitae vires firmisque lacertis
  Aetas robustum tertia cernit avum.
Erret et extremos alter scrutetur Hiberos:
  Plus habet hic vitae, plus habet ille viae.

XIV (LXIX).

DE POLYCASTE ET PERDICCA.

Quid non saevus amor flammarum numine cogat?
  Sanguinis et fetum mater amare timet.
Pectore dum niveo puerum tenet anxia nutrix,
  Illicitos ignes iam fovet ipsa parens.
Ultrices pharetras tandem depone Cupido.
  Consule iam Venerem: forsan et ipsa dolet.

XV (LXXX).

DE THEODORO ET HADRIANO.

Manlius indulget somno noctesque diesque,
  Insomnis Pharius sacra, profana rapit.
Omnibus hoc Italae gentes exposcite votis,
  Manlius ut vigilet, dormiat ut Pharius.

20 robustum] rubustum φ lacertum L 21 Erret [in] extremos φ ‖ hyberos V 22 habet *deerat*, *add. m. II in marg.* A ‖ EXPLICIT DE SENE · INCIPIT PHENIX V

DE POLICASTE ET PERDI[C]CA (*sic*) G De Polycaste et Perdice *seu* De Perdicca *inscribitur in editt. Titulus plane deest in* ALV1 *Totum carmen desideratur in* φV 1 Q *deest in* Quid *sed spatium relictum est* A ‖ flamarum A ‖ numine GgALV1 *vix sanum* lumine H *coniecisse testatur Clercq* fulmine *ego conicio* 2 Sanguinis et fetum *restitui* Sanguinis effetum G Sanguinis affectum ALV1 Sanguinis affecta H *scripsit* 3 puerum *ex vetere Claverii libro* H miserum GALV1

Eiusdē de theodoro et hadriano φ DE THEODORO ET ADRIANO G *Titulus deest in* ALV1 *Deest carmen in* V ‖ *Cf. Praef. Vol. I, p. X seq.*
1 Manlius φGLV1 Mallius (M *deest*, *sed spatium relictum est*) A ‖ sompno ALV1 2 Insompnis ALV1 ‖ prophana LV1 3 italae φ ithale AV1 ythale L ‖ exposcite ALV1 et poscite φ exposcere G 4 Manlius φGLV1 Mallius A

XVI (LXXXIX).

DE PAUPERE AMANTE.

Paupertas me saeva domat dirusque Cupido:
  Sed toleranda fames, non tolerandus amor.

XVII (XC).

DE EODEM.

Esuriens pauper telis incendor amoris:
  Inter utrumque malum delego pauperiem.

XVIII (LXXXVIII).

DE LANARIO.

Sordidus ex umeris nodo dependet amictus
* * *
Exercentur equis et colla comantia pectunt.

Eiusdem de paupere amante φ DE PAVPERE AMANTE G *Deest carmen in* V *Titulus deest in* A L V 1 1 P *initio deest*, *sed spatium relictum* A ‖ rursusque cupido G 2 tolleranda G ‖ tollerandus G

Itē de eodem φ DE EODEM G *Deest carmen in* V *Titulus deest in* A L V 1, *in quibus nullo spatio vacuo relicto hic versus antecedentibus subiungitur* 1 E *initio omissum, sed lacuna relicta in* A ‖ Exuriens G 2 delego *scripsi* elego φ eligo G diligo L deligo V 1

DE LANARIO G *De* g *cf. carmen alterum in Curetium sub finem app. crit.* (*in hoc volumine p. 141*) INCIPIT DE LANARIO V *Titulus deest in* A *Carmen deest in* φ L V 1 ‖ *Duo versus in uno sensu coniungi nequeunt ut fit in codd. et editt.* 1 humeris G V A 2 co mātia (*sic!* = *comantia*) A

XIX (XLIV.)
DE PHOENICE AVE.

Oceani summo circumfluus aequore lucus
Trans Indos Eurumque viret, qui primus anhelis
Sollicitatur equis vicinaque verbera sentit,
Umida roranti resonant cum limina curru,
Unde rubet ventura dies longeque coruscis
Nox afflata rotis refugo pallescit amictu.
Haec fortunatus nimium Titanius ales
Regna colit solusque plaga defensus iniqua
Possidet intactas aegris animantibus oras,
Saeva nec humani patitur contagia mundi
Par volucer superis, stellas qui vividus aequat
Durando membrisque terit redeuntibus aevum,
Non epulis saturare famem, non fontibus ullis
Assuetus prohibere sitim; sed purior illum
Solis fervor alit ventosaque pabula potat
Tethyos, innocui carpens alimenta vaporis.
Arcanum radiant oculi iubar, igneus ora

EIVSDEM · DE FOENICE AVE φ POENIX (*sic*) G De Phoenice *in Ald. corr.* g ‖ *De titulo in* V *vide finem carminis de sene Veronensi (supra p. 145). Titulus deest in* AL *In marg. m. rec. add.* foenix V1
1 Oęceani (*sic*) V Occeani LV1 O *deest initio vocis* Oceani, *sed lacuna relicta est* A ‖ summo *deest, in lacuna, quae erat, m. recens. add.* sumo [vel nilus] V1 ‖ locus φ lucus A 2 indos eorumque φ ‖ vi[r]det A ‖ hanelis LV1 [h]anhelis A 3 aquis V1 ‖ vicinaq. verbera (*in ras. videtur fuisse* ue, *punctum post* q *add. m. II*) φ ‖ sensit A 4 Umida φG Humida VALV1 ‖ cursu φGL 5 longe[q;] A ‖ co ruscis (*in ras. erat* r) φ 6 a[f]dflata φ ‖ locis *corr. m. I in* rotis V ‖ pollescit A
7 Haec] Nec G ‖ tytanius V i[t in]nonius (*sic*) A 8 solusque V solusque *corr. m. II in* solissque (= *solisque*) A solisque φGLV1 9 animalibus φGVALV1 animantibus H2 *ex deter.* ‖ oras φGV horas AL herbas V1 11 volucres VA ‖ stilla qui φ qui stell[a]es A 12 Purando G ‖ menbrisque VL ‖ ~~tere~~ terit (*sic*) G 14 Adsuetus φ
15 potat GφV1 portat L libat VA 16 Thetyos V Thetios ALV1 ‖ innocuit (t *delevit m. rec.*) V ‖ carpens] carpi L 17 Archanum VALV1 ‖ occuli L ‖ igneus ori V1

Cingit honos, rutilo cognatum vertice sidus
Attollit cristatus apex tenebrasque serena
Luce secat. Tyrio pinguntur crura veneno.
Antevolant Zephyros pennae, quas caerulus ambit
Flore color, sparsoque super ditescit in auro.
Hic neque concepto fetu, nec semine surgit:
Sed pater est prolesque sibi nulloque creante
Emeritos artus fecunda morte reformat
Et petit alternam totidem per funera vitam.
Namque ubi mille vias longinqua retorserit aestas,
Tot ruerint hiemes, totiens ver cursibus actum,
Quas tulit autumnus, dederit cultoribus umbras:
Tum multis gravior tandem subiungitur annis,
Lustrorum numero victus, ceu lapsa procellis
Ardua Caucasio nutat de culmine pinus,
Seram ponderibus pronis tractura ruinam:
Pars cadit assiduo flatu, pars imbre peresa
Rumpitur, abripuit partem vitiosa vetustas.
Iam breve decrescit lumen languetque senili
Segnis stella gelu, qualis cum forte tenetur

18 honus φ ‖ conatum (g *add. m. I*) V1 19 Attolit φ ‖ apox V1 20 tirio AL ‖ cruna φ 21 Ante volant A ‖ zephyros φG zephiros LV1 zephirus A zephirum V ‖ pinnae φ pinnę G penne LV1 primę V pme *corr. m. II in* pme (= *penne*) A v. 21—22 circulus — Floricolor *coniecit* H 22 Flore] Ore L ‖ super φGLV1 simul VA 23 nec G ‖ concipitur *coniecit Barthius* conceptus *coniecit* H ‖ foetu φ fętu VL 24 prolesque gGVALV1 prolisque φ ‖ sibi φLV1 s (= *sibi*) G sui VA 25 fecundam (m *delevit m. rec.*) V 27 ubi] u (*sic*) A ‖ aetas φV 28 Tot ruerint φG Torruerint (t *add. m. rec.*) V1 Tot fuerint VA Horruerint L ‖ totidem *coniecit* H 29 dedut (*sic*) *corr. m. II in* dedlit (= *tulit*) A dedit L ‖ autumpnus L autunnus V autōpnus A autonus V1 ‖ unbras L 30 Tum] Trans L ‖ horis annis (*sic*) A 31 lapsa φV1 lassa GVAL 32 caucaseo GL ‖ culmine φGLV1 vertice VA ‖ punis *corr. m. II in* punis (= *pinus*) V1 34 adsiduo φ ‖ flatu] fluctu L ‖ imbres perosa L 35 abripuit φGV arripuit ALV1 36 Iam breve φVALV1 Iamque ubi Gg Iam sibi *coniecit* H ‖ langetque A 37 Segnis gGVALV1 Signis φ ‖ stilla GL

Nubibus et dubio vanescit Cynthia cornu.
Iam solitae medios alae transcurrere nimbos
Vix ima tolluntur humo. Tunc conscius aevi
Defuncti reducisque parans exordia formae,
Arentes tepidis de collibus eligit herbas
Et tumulum texens pretiosa fronde Sabaeum
Componit bustumque sibi partumque futurum.
  Hic sedet et Solem blando clangore salutat
Debilior miscetque preces ac supplice cantu
Praestatura novas vires incendia poscit.
Quem procul adductis vidit cum Phoebus habenis,
Stat subito dictisque pium solatur alumnum:
O senium positure rogo falsisque sepulcris
Natales habiture vices, qui saepe renasci
Exitio proprioque soles pubescere leto,
Accipe principium rursus corpusque coactum
Desere; mutata melior procede figura.
  Haec fatus propere flavis e crinibus unum
Concussa cervice iacit missoque volentem
Vitali fulgore ferit; nam sponte crematur,
Ut redeat, gaudetque mori festinus in ortum.

38 Nub[b]ius V1 ‖ cinthia LV1 cīchia A cinthya V 39 alie A ‖ ////nībos (*in ras. erat tertia lineola*) φ 40 tum GVA 41 parant L ‖ formae] vite V1 42 Ardentis A Ardentes L ‖ cephiris [tepidis] A ‖ elegit herbar[s] (s *add. m. II*) φ 43 tumulum G tumul—ū (*in ras. erat* t) φ cumulum VALV1 ‖ pr–etiosa (*in ras. erat* c) φ ‖ tumulum texens pretiosum fronde Sabaea *malim* 45 et solem blando VA et solem magno L et magno solem φVV1 ‖ clangore] clamore V1 ‖ salu[t]at (t *add. m. II*) φ 46 suplice V 47 *in* A *deerat, sed m. II add. in marg.* 49 alumpnum ALV1 50 positur////e (*in ras. erat* a) φ ‖ sepulchris φG 51 Natalis φ ‖ habitur////e φ hīte[ab] (*sic m. II corr.*) A 52 p[i]oque (? = *primoque*) L patrioque *coniecit* H ‖ [o]leto (o *add. m. II*) φ lẹto GV lecto L 53 cọnsị [t]pncipiū (*sic*) V1 ‖ rursus] iussus V1 54 mutatā (*sic*) V ‖ figuram V figā//// A 55 flavis[e] crinibus (crini *in ras. m. I add.*) A 56 iacit φLV1 iacet G tacet V tacet *corr. m. II in* iac[i]ẹt A ‖ mi[s]susque volentem φ 57 nam φGVALV1 iam H *ex deter.* 58 festiuus A

Fervet odoratus telis caelestibus agger
Consumitque senem. Nitidos stupefacta iuvencos
Luna premit pigrosque polus non concitat axes.
Parturiente rogo, curis natura laborat,
Aeternam ne perdat avem, flammasque fideles
Admonet, ut rerum decus immortale remittant.
  Continuo dispersa vigor per membra volutus
Aestuat et venas redivivus sanguis inundat.
Victuri cineres nullo cogente moveri
Incipiunt plumaque rudem vestire favillam.
Qui fuerat genitor, natus nunc prosilit idem
Succeditque novus. Geminae confinia vitae
Exiguo medius discrimine separat ignis.
  Protinus ad Nilum manes sacrare paternos
Auctoremque globum Phariae telluris ad oras
Ferre iuvat. Velox alienum tendit in orbem,
Portans gramineo clausum velamine funus.
Innumerae comitantur aves stipatque volantem
Alituum suspensa cohors. Exercitus ingens
Obnubit vario late convexa meatu.
Nec quisquam tantis e milibus obvius audet
Ire duci, sed regis iter fragrantis adorant.
Non ferus accipiter, non armiger ipse Tonantis
Bella movet: commune facit reverentia foedus.
Talis barbaricas fluvio de Tigride turmas

59 telis VA taelis φ stellis GLV1 60 Consumitque V Consummitque (*sic expunxit* m *et* que *m. II*) φ ‖ senem] finem φ necem V1 ‖ ~~stu~~nitidos (*sic*) G 61 ~~polus~~ polus (*sic*) G 62 Parturiete G ‖ curis φGVALV1 cunis *Gesnerus* cunas *coniecit* H 63 flamasque φ 64 Admonet φ Ammonet GVLV1 Āmonet A ‖ decusit mortale G ‖ remittat V 65 Continua A ‖ rigor G ‖ menbra V ‖ volatus LV1 66 redivivus φGALV1 recidivus V (*Cf. Ludovicus Lange* 'Redivivus und Recidivus' *in Curtii studiis cet. X, p. 227 seqq.*) 67 nullo cineres L 68 favillam] figuram V1 71 seperat φV1 73 farie G ‖ teluris φ ‖ ,oras A horas LV1 74 tendit φGLV1 pergit VA 76 stipatque φGVALV1 stipantque H *cum deter.* ‖ volantes L 77 choors L 80 duri V1 ‖ fragrantis *m. I corr. ex* flagrantis G fraglantis φ flagrantis VALV1 81 ancipiter V1 82 movent φL ‖ facit reverti foedusq. (q. *add. m. II*) φ 83 barbarias V1 ‖ fluvio GVALV1 flovio φ ‖ tygride V tegride *corr. m. II in* tigride φ

Victor Parthus agit: gemmis et divite cultu
Luxurians sertis apicem regalibus ornat.
Auro frenat equum, perfusam murice vestem
Assyria signatur acu tumidusque regendo
Celsa per famulas acies dicione superbit.
Clara per Aegyptum placidis notissima sacris
Urbs Titana colit centumque immane columnis
Invehitur templum Thebaeo monte revulsis.
Illic, ut perhibent, patriam de more reponit
Congeriem vultumque dei veneratus erilem
Iam flammae commendat opus, iam destinat aris
Semina reliquiasque sui. Murrata relucent
Limina, divino spirant altaria fumo
Et Pelusiacas productus adusque paludes
Pervenit Indus odor, penetrat completque salubri
Tempestate viros et nectare dulcior aura
Ostia nigrantis Nili septena vaporat.
O felix heresque tui. Quo solvimur omnes,
Hoc tibi suppeditat vires. Praebetur origo
Per cinerem. Moritur te non pereunte senectus.
Vidisti quodcumque fuit. Te saecula teste
Cuncta revolvuntur. Nosti quo tempore pontus
Fuderit elatas scopulis stagnantibus undas:

84 Victor *conieci* Ductor φ G V A L V 1 ‖ partus G 85 a picem V 1 ‖ regalibus (*g ex corr.*) V 1 86 ạequum (a *expunxit m. II*) φ 87 Assiria G A V 1 Asyria φ Assi(s)ria L 88 famulas] tyrias L 89 Clara ~~quae~~ (*expunxit m. II*) φ ‖ egiptum L V 1 ‖ sag(c)ris (*m. II corr.*) φ 90 Orbs φ ‖ titina φ tytana V ‖ centumque] fultumque G g ‖ immane φ G A L V 1 accline V ‖ columpnis A V 1 91 thebaeo H thebano φ L V 1 þebano V hebano A 92 patrio de more L 93 Q c̄geriō L ‖ vultum veneratus, *in marg. m. II add.* q; di (= que dei, *quae verba deerant*) A ‖ vultumquȩ (seu) veneratus (dei *deest*) φ ‖ erilem φ G V herilem A L V 1 94 flām̄ae (*sic corr. m. II ex* flamae) φ ‖ honus A L V 1 95 re(l)liquiasque φ relliquiasque L ‖ murrata *scripsi* myrrhata *iam Claverii liber vetus* mirata φ G V A L V 1 96 Lumina φ L V 1 Culmina *coniecit non male* H ‖ divinos — fumos *coniecit* H 98 Pervenit indus odor penetrat φ L V 1 Pervenit ~~indis~~ (*sic*) indus odor penetrat G Indus odor penetrat nares V A ‖ *Post* 'odor' *virgulam posui* 99 ḍ nectare V 1 100 Hostia G A L V 1 101 O flex *corr. m. II in* O felix φ 102 subpeditat φ subpeditant V suppeditant L V 1 105 resolvuntur φ g L V 1

Quis Phaethonteis erroribus arserit annus.
Et clades te nulla rapit solusque superstes
Edomita tellure manes. Non stamina Parcae
In te dira legunt, nec ius habuere nocendi.

XX (XLV).

DE HYSTRICE.

Audieram memorande tuas Stymphale volucres
Spicula vulnifico quondam sparsisse volatu,
Nec mihi credibilis ferratae fabula pennae
Visa diu. Datur ecce fides et cognitus hystrix
Herculeas affirmat aves. Os longius illi
Assimulat porcum. Mentitae cornua saetae
Summa fronte rigent. Oculis rubet igneus ardor.
Parva sub hirsuto catuli vestigia dorso.
Hanc tamen exiguam miro natura tueri
Praesidio dignata feram. Stat corpore toto
Silva minax iaculisque vigens in proelia crescit
Picturata seges, quorum cute fixa tenaci

107 phaehtonteis (*sic*) φ phaetontęis G phētontęis (*sic*) V phetōteis A phetonteis L V1 ‖ arserit] affuit V1 108 cladis φ 109 Edomitus V1 ‖ stagmina L ‖ partae (*sic:* ptę) G parthe L 110 dira φ G V A dura L V1 ‖ nec ius φ G V A L V1 non ius *posuit* H ‖ nec ius habet hora nocendi *voluit Barthius* non ius habuere nocentes H2 *proposuit* ‖ *In fine nonnulla deesse putavit idem Barthius* ‖ PHĘNIX EXPLICIT · MAGNES INCIPIT V

EIVSDEM DE ISTRICE φ DE HYSTRICE G *Titulus deest in* A L V1 *Totum carmen desideratur in* V Hystrix *editt. recentt.* 1 A *initio deest, sed lacuna relicta est in* A ‖ memoranda *malit* H ‖ stymfalle G styphale φ stiphale L V1 stuluphale A ‖ volocres φ 2 sparsisse] spnisse *m. II corr. in* sp(ar)ısse (= *sparsisse*) A 3 credebilis φ ‖ pinnae φ pinnę G pinne A V1 penne L ‖ histrix V1 *v. 4—10 initio membrana laesa ubique nonnullae litterae desunt in* φ, *quod punctis indicabo* 4 · · sa diu φ ‖ histrix V1 5 · · · · uleas adfirmat φ ‖ oves L 6 · · · · ıulat p · rcum (o *quoque in h. v. periit membrana laesa*) φ ‖ saetae] satae φ 7 · · · ma fronte φ Suma fronte G 8 · · · · · · ub hirsuto φ 9 · · nc tamen φ ‖ Attamen *malit* H 10 · raesidio φ 11 iaculisque vigens φ V1 iaculisque ingens G iaculisque minax A iaculisque rigens L 12 vixa V

Alba subit radix alternantesque colorum
Cincta vices spatiis internigrantibus exit
In solidae speciem spinae, tenuataque furtim
Levis in extremum sese producit acumen.
Sed non haec acies ritu silvestris echini
Fixa manet. Crebris propugnat iactibus ultro
Et longe sua membra tegit tortumque per auras
Evolat excusso nativum missile tergo.
Interdum fugiens Parthorum more sequentem
Vulnerat, interdum positis velut ordine castris
Terrificum densa mucronum verberat unda
Et consanguineis hastilibus asperat armos.
Militat omne ferae corpus vibrataque rauco
Terga fragore sonant. Stimulis accensa tubarum
Agmina collatis credas confligere signis.
Tantus in angusto strepitus furit. Additur armis
Calliditas parcusque sui timor iraque nunquam
Prodiga telorum, caute contenta minari,
Nec nisi servandae iactus impendere vitae.
Error abest: certum sollertia destinat ictum

13 Alba Gg Albas φ Altera ALV1 ‖ subit radix *cum Barthio scripsi* ubi traxit φ subattraxit Gg sutraxit A subtraxit LV1 ‖ Alba subit *voluit etiam Schraderus* ‖ *Ad* Alba subattraxit, *quod* g *notavit, add. eadem manus* vel altera succrescit in alio 14 [Cincta spatiis] vices (*quae in uncis leguntur m. II in lac. sine ras. add.*) A ‖ Cincta GALV1 Vincta φ Picta *coniecit* H ‖ spinis *coniecit Schraderus* ‖ internisgrantibus (*sic*) exit V 15 Insolidem V1 ‖ speciaē (*sic*) φ ‖ spinae *scripsi* pinnae φG pinne AV1 pennae g pugne L 16 Leuis φGL Lenis AV1 ‖ acumen] in amnem L 18 mamanet (*sic*) φ ‖ crebis A ‖ propi[u]gnat (u *add. m. II*) φ oppugnat *coniecit* H 19 tegit φGAV1 regit L ‖ totumque L 20 nativum] manuū (*sic*) L 22 velud L 23 dēpsa A dempsa V1 ‖ mucronum G mugronū φ mucronem ALV1 ‖ mucronem everberat *vel* mucronis verberat *coniecit* H 24 conumsanguineis (*sic*) φ cum sanguineis Gg ‖ astilibus φ 25 ferae (*sic*) φ ‖ virgataque *coniecit Barthius* ‖ ra ⋯ (*finis vocis* rauco *membrana laesa periit*) φ 26 sonans[t]tim[u]olis (*sic corr. m. II*) φ 27 con[l]latis (l *m. II add.*) φ ‖ csignis (*sic*) A 28 augusto φA ‖ furit] fuit A ‖ additus A 29 partusque (?) A ‖ timor φGALV1 tumor *coniecit* H ‖ non[a]qm V1 30 minari contēta (*sic*) V1 ‖ contēpta A 31 Nec s[i] (= *sibi*) servande A ‖ iactus φG t[a]ct' (= *tractus*) A tractus V1 tantus L 32 Terror V1 ‖ certam L ‖ sollercia *corr. m. II in* sollertia φ

Nil spatio fallente modum, servatque tenorem
Mota cutis doctique regit conamina nisus.
  Quid labor humanus tantum ratione sagaci
Proficit? Eripiunt trucibus Gortynia capris
Cornua, subiectis eadem lentescere cogunt
Ignibus, intendunt taurino viscere nervos.
Instruitur pennis ferroque armatur harundo.
Ecce brevis propriis munitur bestia telis,
Externam nec quaerit opem; fert omnia secum:
Se pharetra, sese iaculo, sese utitur arcu.
Unum animal cunctas bellorum possidet artes.
  Quod si omnis nostrae paulatim industria vitae
Fluxit ab exemplis, quidquid procul appetit hostem,
Hinc reor inventum: morem hinc traxisse Cydonas
Bellandi Parthosque retro didicisse ferire
Prima sagittiferae pecudis documenta secutos.

34 Mota *coniecit* H Muta φGALV1 ‖ visus AL 35 Quid φ Quis GAV1 Q *deest in* Quis, *sed lacuna relicta* L ‖ homanus[u] (u *add. m. II*) φ humanis L ‖ ratione tantum V1 ‖ tanto *corr. m. II in* tanta φ 36 Proficet *corr. m. II in* Proficit φ ‖ tracibus L ‖ gortinia φ cortinia ALV1 ‖ capris φ captis GAV1 raptis L 37 subtis (*sic*) A 38 taurinos AL taurino[s] (s *add. m. I*) V1 ‖ viscere φG mittere AL mittere, *in marg. m. rec. add.* viscere V1 39 pinnis *corr. m. II in* pennis φ pinnis GALV1 pennis g ‖ arundo A

40 bestia φGAL belua V1 41 fert] sunt L 42 ··· haretra (Se p *periit membrana laesa*) φ ‖ se[se] utitur (se *add. m. II*) φ 43 animal] al' (*sic*) A ‖ cunctꞁs[a] (*sic*) G 44 nostrae *deest in* V1 ‖ pa=ulatim (a *ante ras. add. m. II*) φ ‖ indistria[u] (u *add. m. II*) φ

45 quicquid ALV1 46 Hin[c] reor (c *add. m. II*) φ ‖ morē V1 ‖ sydona φ ciconas GV1 cinonas A cyconas L 47 parthosquae φ ‖ ferir& (*sic*) φ 48 sagittas ferrae[iferae] (*sic*) φ ‖ p= pecudis (*sic*) A ‖ ducumenta *corr. m. II in* documenta φ

XXI (XLVI).
DE TORPEDINE.

Quis non indomitam dirae torpedinis artem
Audiit et merito signatas nomine vires?
Illa quidem mollis segnique obnoxia tractu
Reptat et attritis vix languida serpit harenis.
Sed latus armavit gelido natura veneno
Et frigus, quo cuncta rigent admota, medullis
Miscuit et proprias hiemes per viscera duxit.
Naturam iuvat ipsa dolis et conscia sortis
Utitur ingenio longeque extenta per algas
Attactu confisa suo est. Immobilis haeret:
Qui tetigere, iacent Successu laeta resurgit

EIVSDEM DE TVRPIDINE φ DE TORPEDINE G V *Titulus deest in* A L V 1 Torpedo *editt. nonnullae* 1 *Initio deest* Q *in* A, *sed lacuna relicta est* ‖ dirae φ dirę G dire V A mire L V 1 ‖ turpidinis φ t̃bidĩs (= *turbidinis*) L 2 Audit et merito G A Audit et emerito V Audiit et meritos L ‖ signatas φ G V A L V 1 dignatas *malim* 3 molli *malit* H ‖ // // s segniṣ mollique (s *add. m. I*) V 1 ‖ signique φ ‖ obnoxia tractu A obnoxia tactu φ V V 1 obnixa natatu G L 6 membra rigent H *coniecisse testatur Clercq ap. Burm.* ‖ armata φ G V L V 1 arm̃ta (= *armenta*) A *quae aberrationem redolent ad v. 5*, animata *male Scaliger*, *quem secutus* H 1 H 2 admota *conieci*, *quod idem* H 3 *temptasse postea vidi* 8 Natura iuvat φ 9 alges φ

10 Attactu confisa suo immobilis haeret
Qui tetigere iacent successu laeta resurgit G
Ac tactu confisa suo [*lacuna sine rasura*]
Qui tetigere iacent successu laeta resurgit φ

Versus in exemplari Lugd. Ald. ed. sic correxit g

Qui tetigere iacent
~~Attactu confisa suo~~ successu laeta resurgit X

Sub isto signo g *in superiore editionis margine add.*

X Attactu confisa suo, immobilis haeret

ad h. v. qui excerpsit ascripsit: is versus addendus, etsi mutilus, ex antiquo codice

A tactu confixa suọ [*lacuna sine rasura*]
Qui tetigere iacent. successu leta resurgunt V
A tactu confixa suo [*lacuna sine rasura*]
Qui tetigere nocent successu leta resurgunt A
Ac confisa iacet successu leta resurgit L
Attactu confisa iacet. [*lacuna sine rasura*] V 1

De Baehrensii coniectura ad h. l. vide praef. vol. I, p. LXVI. Cf.

Et vivos impune ferox depascitur artus.
Si quando vestita cibis incautior aera
Hauserit et curvis frenari senserit hamis,
Non fugit aut vano conatur vellere morsu,
Sed propius nigrae iungit se callida saetae
Et meminit captiva sui longeque per undas
Pigra venenatis effundit flamina venis.
Per saetam vis alta meat fluctusque relinquit
Absentem vinctura virum. Metuendus ab imis
Emicat horror aquis et pendula fila secutus
Transit harundineos arcano frigore nodos
Victricemque ligat concreto sanguine dextram.
Damnosum piscator onus praedamque rebellem
Iactat et amissa redit exarmatus avena.

XXII (LI).

DE MULABUS GALLICIS.

Aspice morigeras Rhodani torrentis alumnas
Imperio nexas imperioque vagas,

quae dixi in Quaestt. critt. p. 25—27. Ego secutus sum codicis G *scripturam tantum* 'est' *post* 'suo' *interiecto. De vitando hiatu vide praef. vol. I, p. LXVII* 12 impone φ inpune V V1 ĩpune A L ‖ feros V A 13 Si qñ vestita A 14 frenari g ‖ hamis V A amis φ armis G L V1 15 Non fuit G Non fu^r^git A furit L 16 saetae φ setę V sete A L V1 17 longoque per V longo^q;^ per A 18 effudit φ 19 saetam φ sętam G setam V A L V1 ‖ uix alta L 20 Absentem φ G V A L V1 Adstantem *malit Burmannus, quem refutavi in comm. crit. de cod. Veronae nuper reperto p. 53* ‖ vinctura φ tentura G g victura V V1 victã *corr. m. II in* nectã (= *nectura*) A vẽtã (= *ventura*) L nectura (*pro* necatura) *frustra* H2 H3 *temptavit* 22 archano V A L V1 23 cretã, *add. m. I in marg.* dextram V1 24 Dampnosum V A L V1 Damna^t^u' (*sic! Inter* m *et* n *membrana laesa*) φ ‖ honus A L V1 25 avena G L harena (h *expunxit m. II*) φ habena V A V1

EIVSDEM DE MVLABVS GALLICIS φ DE MVLABVS GALLICIS G V *Titulus deest in* A L V1 1 A *omissum, sed spatium relictum* A ‖ ∂pice G ‖ morige^r^nas (*sic corr. m. rec.*) V ‖ rodani A L ‖ alunnas V alumpnas A L V1 2 uexas L ‖ vagas] negas L

Dissona quam varios flectant ad murmura cursus,
Et certas adeant voce regente vias.
Quamvis quaeque sibi nullis discurrat habenis
Et careant duro libera colla iugo,
Ceu constricta tamen servit patiensque laborum
Barbaricos docili concipit aure sonos.
Absentis longinqua valent praecepta magistri
Frenorumque vicem lingua virilis agit.
Haec procul angustat sparsas spargitque coactas,
Haec sistit rapidas, haec properare facit.
Laeva iubet: laevo deducunt limite cursum;
Mutavit strepitum: dexteriora petunt.
Nec vinclis famulae, nec libertate feroces,
Exutae laqueis, sub dicione tamen,
Consensuque pares et fulvis pellibus hirtae
Esseda concordes multisonora trahunt.
Miraris, si voce feras pacaverit Orpheus,
Cum pronas pecudes Gallica verba regant?

XXIII (LIV).

DESCRIPTIO ARMENTI.

Non tales quondam species tulit armentorum
Tellus tergemino subdita Geryoni;

3 q flectant A ‖ murmura VAV1 munera φGg numina L 4 adeant] habeant A ‖ regentes (*corr. m. II*) φ regente GVAV1 rogante L 5 quisque L ‖ nullis φGL longis VAV1 6 careant *conieci (cf. L. Jeep Quaest. crit. p. 44)* pateant φGVALV1 8 aure[a] φ ‖ sonos (*alterum* o *ex corr. m. II pro* u ?) φ 9 longinqua φGLV1 doctique VA 10 Frenorumq; (q; *add. m. I sup. lin.*) V ‖ vicem GALV1 vice φ vices V ‖ frena lingua V1 11 angustas A 13 limite φLV1 ordine VA ‖ cursum *scripsi quod* 'esseda' *infra afferuntur* currum φGgLV1 gressum VA 14 strepi[t]dum φ strepidum A *v. 15—20 sine lacunae specie desunt in* VA 16 Exutu (*sic*) laqueis φ 17 Concesuque φ ‖ hyrte L 18 multishonora φ multa sonora L 19 vociferas L ‖ peccaverit L 20 gallig[c]a φ ‖ regunt L

DESCRIPTIO ARMENTI G *Titulus deest in* ALV1 *Totum carmen deest in* φV ‖ *Hoc carmen nonnulli fragmentum esse putant, iure repugnat Gesnerus* 1 N *omissum, sed spatium relictum in* A 2 Tellus *corr. ut videtur m. I ex* Tertius G ‖ Gerioni ALV1 Geryonae *malit* H

Non tales Clitumne lavas in gurgite tauros,
Tarpeio referunt quos pia vota Iovi;
Non talis Tyrias sparsisse iuvencus harenas
Dicitur, optatum quando revexit onus;
Non Cretaeus ager nec amati conscia tauri
Gnosos nec similes paverit Ida feras.
Ipse et dispariles monstro commissus in artus,
Qui crimen matris prodidit ore novo,
Cres puer haud talem potuisset reddere formam,
Praestarent totum si fera membra patrem.

XXIV (LIII).
DE APRO ET LEONE.

Torvus aper fulvusque leo coiere superbis
Viribus: hic saeta saevior ille iuba.
Hunc Mars, hunc laudat Cybele. Dominantur uterque
Montibus, Herculeus sudor uterque fuit.

XXV (LXXXIII).
DE LOCUSTA.

Horret apex capitis: medio fera lumina surgunt
Vertice. Cognatus dorso durescit amictus.
Armavit natura cutem dumique rubentes
Cuspidibus parvis multos acuere tumores.

3 çitōne (l supra) A ditumpne L ditumme V1 5 talis V1 tales GAL iuēc' (u supra) A 6 revixit G ‖ honus GALV1 7 cretheus L ‖ amati GA aurati LV1 8 yda LV1 ‖ feros GV1 9 commissus GgAV1 diffusus L 10 prodidit G condidit ALV1 11 haut AL 12 Praestarent *restituit* H *ex vetere libro Claverii, idem in nonnullis editt. viri docti* Portassent GALV1 ‖ menbra V1

EIVSDEM DE APRO ET LEONE G DE APRO ET LEONE V *Titulus deest* in ALV1 *Totum carmen deest in* φ 1 T *omissum, sed spatium relictum* A 2 sęta G seta LV1 setis VA 3 cibele A cebile L ‖ laudat *ante* Cybele GLV1 laudat *post* Cybele VA 4 herculeis L

DE LOCVSTA G DE DVLCIO DE LOCVSTA V *Titulus deest in* ALV1 *Totum deest in* φ ‖ *Idem carmen iterum legitur in* A, *cuius varias scripturas sub* A1 *notavi* ‖ Nectareo muro dulces cinguntur harene VA (*in* A *deest* N *initio, sed spatium litterae relictum*) *inserunt ante hoc carmen. Cf. Anth. lat. ed. A. Riese II, p. 219 N. 753* ‖ *Fragmentum esse putat* H 1 H *deest* A2 *sed spatium relictum* media L 3 dumique VA dubiisque g dubique (*sic*) G dubiisque A1LV1 ‖ rubentem L 4 multos g ‖ cuspidibusq; [*lacuna*] multos A1 ‖ tumores *Bonnet* rubores VAA1LV1

XXVI (XLIX).
APONUS.

Fons, Antenoreae vitam qui porrigis urbi,
  Fataque vicinis noxia pellis aquis,
Cum tua vel mutis tribuant miracula vocem,
  Cum tibi plebeius carmina dictet honos,
Et sit nulla manus, cuius non pollice ductae
  Testentur memores prospera vota notae:
Nonne reus Musis pariter Nymphisque tenebor,
  Si tacitus soli praetereare mihi?
Indictum neque enim fas est a vate relinqui
  Hunc qui tot populis provocat ora locum.
Alto colle minor, planis erectior arvis,
  Conspicuo clivus molliter orbe tumet.
Ardentis fecundus aquae, quacumque cavernas
  Perforat, offenso truditur igne latex.
Spirat putre solum conclusaque subter anhelo
  Pumice limosas personat unda vias.
Umida flammarum regio Volcania, terrae
  Ubera sulphureae fervida regna plagae.

APONVS G *De titulo in* V *cf. finem carminis n. XXX = XLVIII Titulus desideratur in* ALV1 *Carmen totum deest in* φ 1 F *deest in* Fons, *sed lacuna relicta* A ‖ O fons L ‖ antenoree A anthenoree G antoenoree V authonoe L authenoree V1 2 Factaque VAL 3 spiracula *coniecit* H (*Cf. Verg. ed. Heins. Aen. X, 291*) 4 plebeius (*in marg. add. m. I* ut phebus) G plebeius VAL phoebeius g phebei' V1 5 Et si nullus G 6 memores GLV1 veteres VA 7 Non nẹreus musis V (, *add. m. rec.*) Non nẹreus nimphis A ‖ nyphisqueque (*sic*) G nimphisque V1 ‖ musisque tenebor A 8 michi VLV1 m^i A 9 Indictum neque enim fas est VA Ludibrium quid enim fas est GLV1 ‖ a vate relinqui GLV1 tacitumque relinqui VA 10 provocat ora VAV1 provolat ore Gg pervolat omne L ‖ locum G loqui gV (*sic*: lo^iq) AV1 11 planis *coniecit* H *cum nonnullis libris suis deterr.* parvis GVALV1 patulis *praeterea coniecit* H pansis *ego olim* ‖ ereptior G ‖ ūdis^arvis A 12 ~~obe~~^u orbe (*sic*) G o^bre A 13 aquis G ‖ q^acunque G quocumque L ‖ cavernis L 14 traditur L 15 hanelo ALV1 16 limosas H1 ‖ personat *optime coniecit Crusius, ut affert Gesnerus, in Probab. critt. p. 264* perforat GVALV1 perfurit *coniecit* H1H2 perluit *praeterea* H2 permeat *Burmannus proposuit* 17 Humida GVALV1 ‖ vulcania GVALV1 18 surphuree A

Quis sterilem non credat humum? Fumantia vernant
Pascua: luxuriat gramine cocta silex,
Et cum sic liquido cautes fervore tepescant,
Contemptis audax ignibus herba viret.
Praeterea grandes effosso marmore sulci
Saucia longinquo limite saxa secant.
Herculei — sic fama refert — monstratur aratri
Semita vel casus vomeris egit opus.
In medio pelagi late flagrantis imago
Caerulus immenso panditur ore lacus
Ingenti fusus spatio, sed maior in altum
Intrat et arcanae rupis inane subit:
Densus nube sua tactuque immitis et haustu,
Sed vitreis idem lucidus usque vadis.
Consuluit natura sibi, ne mersa lateret,
Admisitque oculos, quo vetat ire calor.
Turbidus impulsu venti cum spargitur aer
Glaucaque fumiferae terga serenat aquae,
Tunc omnem liquidi vallem mirabere fundi,
Tunc veteres hastae regia dona micant,
Quas inter nigrae tenebris obscurus harenae
Discolor abruptum flumen hiatus agit.
Apparent infra latebrae, quas gurges opacus
Implet et abstrusus ducit in antra sinus.

19 humum] eam L 20 luxuriet L ‖ sylex L 21 si L ‖ liquido GL rigide VAV1 ‖ cautex *corr. in* cautes G ‖ tepescant *scripsi* liquescant GVA liquescunt LV1 22 Co~~n~~temtis (*sic*) G Contēptis g (?) Contentis L ‖ ^{h},erba V 23 effossi V effosso *corr. m. II in* effossi A 24 longinquo] continuo *vel* contiguo *coniecit* H ‖ limite] milite VA ‖ saxa limite (*sic*) V1 25 sic fama] sacra fama L ‖ monstrat̄or (*sic!* = *monstratur*) A monstratur g 26 ni casus *coniecit* H1 seu casus *coniecit praeterea* H2H3 ‖ Cacus *pessime Barthius* 27 late pelagi L ‖ stagnantis *coniecit* H 29 spacio fusus L 30 archanę V archane ALV1 arcatae *coniecit* H 31 M'sus (= *Mersus*) L 32 vitreus G ‖ absque V1 33 nec L ‖ mersa GLV1 tota VA 35 venti GLV1 venit VA Zephyri *voluit* H2H3 ‖ cum tergitur *idem* 36 Glaucaque GLV1 Claraque VA 37 svallem A 38 hastae] tali *coniecit olim* H2H3 39 ^{a}īt (= *intra*) A 41 quas] q^{a} L ‖ opascus A 42 abstrusus *optime* H1 *ex Livineii Vaticano* abstrusos GVALV1 ‖ antra] astra L

Tunc montis secreta patent, qui flexus in arcum
  Aequora pendenti margine summa ligat.
Viva coronatos astringit scaena vapores
  Et levis exili cortice terra natat,
Calcantumque oneri nunquam cessura virorum
  Sustentat trepidum fida ruina pedem.
Facta manu credas, sic levis circuit ora,
  Ambitus et tenuis perpetuusque riget.
Haerent stagna lacu plenas aequantia ripas
  Praescriptumque timent transiluisse modum.
Quod superat fluvius devexa rupe volutus
  Egerit et campi dorsa recurva petit.
Devehit exceptum nativo spira meatu:
  In patulas plumbi labitur inde vias.
Nullo cum strepitu madidisque infecta favillis,
  Despumat niveum fistula cana salem.
Multifidas dispergit opes artemque secutus,
  Qua iussere manus, mobile torquet iter
Et iunctos rapido pontes subter meat aestu
  Afflatosque vago temperat igne tholos.

43 Tum G ‖ qui VAV1 q (*sic*) G quo L 45 e[a]t stringit (a *add. m. I*) G astringit ALV1 adstringit V ‖ scęna G scena LV1 cena VA
46 exili] ex levi L ‖ fornice *vel* caespite *coniecit* H ‖ Ceu — natet *temptat* H2H3 47 Calcantumque GV1 Calcaturque VAL ‖ honeri LV1 ‖ nusquam *malit* H 48 fida] firma A 49 levis GL lenis *add. m. II (?) in lac. sine ras. in* A leves VV1 ‖ ora *scripsi* oras GV horas ALV1 50 Ambitus *cum sequentibus coniunxi* ‖ Alveus — rigat *vel* Ambitus — ligat *coniecit* H 51 Herent GLV1 Arent [vel he] V Arent A ‖ lacu GgVAV1 loco L ‖ planas — ripas *coniecit* H ‖ eq[a]utia (*sic m. I*) L ‖ riphas A 52 transiluisse GgLV1 exiluisse VA 53 Quod] Q[o] A ‖ volutus GVAV1 solutos L 54 Erigit V1 55 Evehit LV1 ‖ ereptum vicino *pro* exceptum nativo L ‖ spira *coniecit* H2H3 spina GVAV1 spuma L ‖ recurvo *pro* meatu L 56 patulos — tubos *coniecit* H
57 cum] cō V1 ‖ madidis infecta VA 58 Des[u]pmat (*corr. m. rec.*) V
59 Multifidum VAV1 ‖ dispersit V1 ‖ opus VAV1 ‖ Multifidas — aquas H *coniecisse testatur Clercq* ‖ arcumque H *legisse idem affert* ‖ sequutus V 61 Et pontes iunctos rapido A ‖ pontes subter meat *separavi et* subter *cum* pontes *coniunxi, nisi* subter pontes meat *mavis* pontes subtermeat VA pontes subtervehit GgLV1 pontes subterluit H1H2 pontes subtervenit H3 62 Afflatasque GLV1 ‖ tenperat A verberat *Schraderus* ‖ tholos] colas L

Acrior interius rauci cum murmure saxi
  Spumeus eliso pellitur amne vapor.
Hinc pigras repetunt fessi sudore lacunas,
  Frigora quis longae blanda dedere morae.
Salve Paeoniae largitor nobilis undae,
  Dardanii salve gloria magna soli,
Publica morborum requies, commune medentum
  Auxilium, praesens numen, inempta salus.
Seu ruptis inferna ruunt incendia ripis
  Et nostro Phlegethon devius orbe calet:
Sulphuris in venas gelidus seu decidit amnis
  Accensusque fluit, quod manifestat odor:
Sive pari flammas undarum lance rependens,
  Arbiter in foedus mons elementa vocat,
Ne cedant superata sibi, sed legibus aequis
  Alterius vires possit utrumque pati:
Quidquid erit causae, quocumque emitteris ortu,
  Non sine consilio currere certa fides.
Quis casum meritis ascribere talibus audet?
  Quis negat auctores haec statuisse deos?
Ille pater rerum, qui saecula dividit astris,
  Inter prima poli te quoque sacra dedit
Et fragilem nostri miseratus corporis usum
  Telluri medicas fundere iussit aquas,
Parcarumque colos exoratura severas
  Flumina laxatis emicuere iugis.

63 rauri L   64 amne] igne L   65 pigras G V A V 1 *quod* 'non aestuantes' *interpretor cum Burmanno* pingues L nigras *coniecit* H 2 H 3 rigidas *idem*   66 Frigora quis longe G V A V 1 Frigora aquis longe L ‖ blanda G L dāpna V A V 1   67 peonee V 1   69 medentum G A V 1 medenter (r?) L meretur V   70 inepta L   72 flegethon G V flegeton L V 1 ‖ latet g V A (*in* A *m. II add. in marg.* vel calet)   73 ceu L ‖ amnis] annus L   74 fluit G V A ruit L V 1 ‖ quod] non L ‖ manifestus L   75 pari H *cum duobus deterr.* pares G V A V 1 parens L ‖ lance] langue V   76 Arbitror L ‖ mons] mos L

77 Nec cedant G L   78 Alternas L ‖ posit urūq; (*corr. m. rec.*) V poscit ut̄q; A   79 Quicquid G V A L V 1 ‖ quodcumque L ‖ emitteris G emiseris V 1 remitteris V L remitteris A emerseris *coni.* H   80 currere] currito G   81—82 ausit — neget *coniecit* H   84 sacra poli te quoque prima A ‖ dedit] colit V 1   86 Telluris L V 1   87 Parcarumque *deest in* G Parcharumque L V 1 ‖ colos] choros V 1 ‖ exortatura V exhortatura L exornatura A V 1

Felices proprium qui te meruere coloni,
  Fas quibus est Aponon iuris habere sui:
Non illis terrena lues, corrupta nec Austri
  Flamina, nec saevo Sirius igne nocet.
Sed quamvis Lachesis letali stamine damnet,
  In te fata sibi prosperiora petunt.
Quod si forte malus membris exuberat umor,
  Languida vel nimio viscera felle virent,
Non venas reserant, nec vulnera vulnere sanant,
  Pocula nec tristi gramine mixta bibunt:
Amissum lymphis reparant impune vigorem
  Pacaturque aegro luxuriante dolor.

XXVII (XLVII).

NILUS.

Felix, qui Pharias proscindit vomere terras:
Nubila non spectat tenebris condentia caelum,
Nec graviter flantes pluviali frigore Cauros
Invocat aut Irin variata luce rubentem.
Aegyptus sine nube ferax, imbresque serenos
Sola tenet. Secura poli, non indiga venti,
Gaudet aquis, quas ipsa vehit, Niloque redundant:
Qui rapido tractu mediis elatus ab austris,

90 apponum L 91 metuenda lues H *coniecisse dicit Clercq* 92 Flumina G ‖ levo L V 1 ‖ syrius L V 1 93 ferali V 1 ‖ dampnet V A L V 1 94 Inte fata sibi G (*cf. v. 89*) Inde fata sibi V Inde sibi fata A L Inde sibi (fata *deest*) V 1 Inde sibi fati H *cum deteriore quodam* Undis fata sibi *praeterea coniecit* H 95 menbris V ‖ umor G humor V A L V 1 96 virent V 1 rubent G V L rubent, *in marg. m. II add.* vel tumēt A 97 reserant (c *supra* s) A resecant V 1 ‖ vulnera vulnere G V 1 vulnere vulnera V A L 98 tristri V 1 99 Amissum G g V A Ammissum V 1 Amissis L ‖ lymphis G g limphis V 1 nymphis V L nimphis A 100 Paccaturque L V 1 ‖ APONVS EXPLICIT · NILVS INCIPIT V

In hoc carmine R = *Reginensis quem notavimus vol. I, praef. p. XXXVII* ‖ NILVS G *De titulo in* V *cf. supra Titulus deest in* A L V 1 *Carmen deest in* φ 1 F *initio deest in* A, *sed lacuna relicta* ‖ farias G R ‖ procindit L 2 spectat *scripsi* sperat G R V A L V 1 3 Cauros *restitui* choros G R V A L V 1 4 Irin *loco* arcum *vocabuli, quod glossema est, ut* Cauros *et* Invocat *satis docent, reposui* arcum G V R A L V 1 5 Aegyptus G R Egyptus L Egiptus V 1 Egiptos V A ‖ inbreveque (*sic*) R 6 tenens *coniecit* H 7 ipsa] ip̄e R ‖ redundat R V A V 1 8 *deerat, sed m. II add. in marg. in* A ‖ tractu rapido L ‖ elapsus V 1 ‖ austris G R V antris A L V 1

Flammiferae patiens zonae Cancrique calentis,
Fluctibus ignotis nostrum procurrit in orbem,
Secreto de fonte cadens, qui semper inani
Quaerendus ratione latet; nec contigit ulli
Hoc vidisse caput. Fertur sine teste creatus,
Flumina profundens alieni conscia caeli.
Inde vago lapsu Libyam dispersus in omnem
Aethiopum per mille ruit nigrantia regna
Et loca continuo solis damnata vapore
Irrorat populisque salus sitientibus errat
Per Meroen Blemyasque feros atramque Syenen.
Hunc bibit effrenis Garamas domitorque ferarum
Girraeus, qui vasta colit sub rupibus antra,
Qui ramos hebeni, dentes qui vellit eburnos,
Et gens compositis crinem velata sagittis.
Nec vero similis causa est crescentibus undis:
Ut tempus venit, glacie non ille soluta
Nec circumfuso scopulis exuberat imbre.
Nam cum tristis hiems alias produxerit undas,
Tunc Nilum retinent ripae; cum languida cessant
Flumina, tunc Nilus mutato iure tumescit.
Quippe quod ex omni fluvio spoliaverit aestas,
Hoc Nilo natura refert totumque per orbem
Collectae partes unum revocantur in amnem.

9 Flammiferae G Flammifere VLV1 Flamigerae R Flammigere A cancuq; (*sic*) V1 10 procumbit V1 15 lybiam GL libiam AV1 17 solit (s supra) V1 ‖ vaporis (e supra) dampnata V1 ‖ dampnata RVALV1 19 Meroem V1 ‖ blemiasque RVALV1 blesasque G forte Blemyas *notavit qui scripsit* g ‖ syenem GV syenē V1 sienē AL 20 efrenis G effrenis LV1 infrenis VR infrenis (= *infrenus*) A 21 Girreus ALV1 Gyrę̨us R Cyrreus V Cyareus G Gyareus g 22 ebeni V1 ‖ dentis R qui dentes *editt.* ‖ velat L 23 velata GRVALV1 vallata H *cum Scaligero et Vaticano quodam* 24 similis causa est *scripsi* similis cā (= *causa*) G similis causa V1 similes causas RVAL 25 Ut tempus venit *scripsi verba a versu qui antecedit seiungens et sequentibus addens* Aut tempus meruit GRVALV1 ‖ glaciis non ille solutis R 26 Non V1 ‖ exhuberat V1 27 cum tristis] contristis V1 ‖ hiemps RV hyemps L ‖ alias produxerit undas VALV1 altas produxerit umbras GR 28 nylum L 29 nylus L ‖ mutato rure G ‖ iure *omisit* R 30 fluvios G ‖ estas GV1 aestus R estus VAL 31 Hec V1 ‖ nylo L 32 partes] vires A

Quoque die Titana Canis flagrantior armat
Et rapit umores madidos venasque calore
Compescit radiisque potentibus aestuat axis,
Nilo bruma venit. Contraria tempora mundo
Devehit et solitum referens cultoribus aequor
Effluit Aegeo stagnantior; auctior alto
Ionio sese patientibus explicat arvis.
Fluctuat omnis ager, remis sonuere novales
Saepius; aestivo iacuit cum forte sopore,
Cernit cum stabulis armenta natantia pastor.

XXVIII (LXXXV).

DESCRIPTIO PORTUS SMYRNENSIS.

Urbs in conspectu montana cacumina velat
Tranquillo praetenta mari. Ducentia portum

33 Quoque die G V 1 Quosque R Cumque V L Cōq; A ‖ tytana L 34 umores G humores R V A L V 1 ‖ madidos] avidus *coniecit* H rabidus
a o
Barthius ed. I madidis *Barthius ed. II* ‖ vęnąsque A vanosque V 1 calores A V 1 36 Nil obumbra venit R ‖ Nylo L ‖ venit G V A L V 1 vehit g ‖ *Post* venit *gravem interpunctionem posui* ‖ *Post* Contraria tempora mundo *punctum delevi et illa verba cum versu sequenti coniunxi* 37 Devehit et *scripsi, ut a fonte praeter Nilum tempora mundo contraria tamquam deduci viderentur* Defectis G V R Defectus L Defectum A V 1 ‖ solitum referens V R A L solitumque ferens G V 1 ‖ Defectum solitis repetens *coniecit* H 38 auctior *scripsi (cf. praef. vol. I, p. LXIII)*
i
acrior G V L V 1 ałcor (*sic*) A 39 sese patientibus *scripsi (cf. ibid.*
a
p. LXIII) sese pendentibus G seseque petentibus V seseque patentibus R seseque petentibus A L seseque pectoribus petentibus (*sic*) V 1 ‖ explicat arvis G V A L estuat arvis V 1 40 sonuere] monere R 41 cum forte] cō forte A ‖ aestivo iactat cum fronde sopore R 42 cum] cō A ‖ armenta] estiva V 1 ‖ NILVS EXPLICIT · INCIPIT EXCVSATIO APVT ALETIV̄ QVESTORĒ DV̄ OBICERET EI Qđ EPIGRĀMA EIVS REPREHENDISSET V EXPLICIT · ḫIC Liber
i
pmus · DE Raptu Proserpine L

DESCRITIO (*sic*) PORTVS SMYRVENSIS G *Ad titulum* Descriptio portus Zarinensis *qui est in Aldinae exemplari Lugd.* g *add.* Zmyrnensis in antiquo *Titulus deest in* A L V 1 *Carmen desideratur in* φ V 1 U *initio deest, sed lacuna relicta in* A 2 Tranquilla G

Cornua pacatas removent Aquilonibus undas,
Hic exarmatum terris cingentibus aequor
Clauditur et placidam discit servare quietem.

XXIX (LXXXVI).

EST IN CONSPECTU LONGE LOCUS.

Est procul ingenti regio summota recessu,
Insula qua resides fluctus mitescere cogit
In longum producta latus fractasque per undas
Ardua tranquillo curvantur bracchia portu.

XXX (XLVIII).

MAGNES.

Quisquis sollicita mundum ratione secutus
Semina rimatur rerum, quo luna laborat
Defectu, quae causa iubet pallescere solem;
Unde rubescentes ferali crine cometae,
Unde fluant venti, trepidae quis viscera terrae
Concutiat motus, quae fulgura ducat origo,
Unde tonent nubes, quo lumine floreat arcus:
Hoc mihi quaerenti, si quid deprendere veri
Mens valet, expediat. Lapis est cognomine Magnes,
Decolor, obscurus, vilis. Non ille repexam
Caesariem regum, non candida virginis ornat

3 paccatas ALV1 ‖ removens A ‖ *Cf. quae initio epigrammatis ad Aeternalem (n. XI = LXXXI ann.) notavimus.*

EST IN CONSPECTV LONGE LOCVS G *Titulus deest in* ALV1 *In* L *sine spatio carmini n. XXIII = LIV subiungitur Carmen deest in* φV Descriptio insulae *seu* Est in secessu longe locus *editt. Versus fragmentum esse videntur*

MAGNES G *De titulo in* V *cf. finem n. XIX = XLIV Titulus deest in* ALV1 *In* φ *v. 1—33 non leguntur, cf praef. vol. I, p. XXXIII*

1 *Initio deest* Q *in* A, *sed lacuna relicta* ‖ secutus] securus G sequutus V 4 comęte V 6 Concutiat GVA Concuciat V1 Commoveat L ‖ ventus (mo *suprascr.*) (*sic*) V ‖ quę — origo G q̄ — origo L que — origo V1 quis — hiatus VA 8 Hoc GVAV1 Haec L ‖ veri GLV1 verum VA 9 expediāt A expediar *coniecit* H 10 rexpexam V1

11 non candida GLV1 non pectora V non pectora (candida *suprascr.*) A ‖ ornat] ora L

Colla, nec insigni splendet per cingula morsu:
Sed nova si nigri videas miracula saxi,
Tunc pulchros superat cultus et quidquid eois
Indi litoribus rubra scrutantur in alga.
Ex ferro meruit vitam, ferrique rigore
Vescitur: hoc dulces epulas, hoc pabula novit:
Hinc proprias renovat vires: hinc fusa per artus
Aspera secretum servant alimenta vigorem.
Hoc absente perit. Tristi morientia torpent
Membra fame venasque sitis consumit apertas.
   Mavors, sanguinea qui cuspide verberat urbes,
Et Venus, humanas quae laxat in otia curas,
Aurati delubra tenent communia templi.
Effigies non una deis: sed ferrea Martis
Forma nitet, Venerem magnetica gemma figurat.
Illis conubium celebrat de more sacerdos.
Ducit flamma choros, festa frondentia myrto
Limina cinguntur roseisque cubilia surgunt
Floribus et thalamum dotalis purpura velat.
Hic mirum consurgit opus. Cytherea maritum
Sponte rapit caelique toros imitata priores
Pectora lascivo flatu Mavortia nectit
Et tantum suspendit onus galeaeque lacertos
Implicat et vivis totum complexibus ambit.

v. 12 deest in V ‖ morsus L   14 Tunc G V A L Tum V 1 ‖ pulcros L V 1 ‖ quicquid G V A L V 1   15 Indi G Indus V A L V 1 ‖ littoribus A L V 1 ‖ rúbrā V A ‖ scrutantur G scrutatur V A L V 1 ‖ algam V algā A

16 Ex ferro G L V 1 Nam ferro V A ‖ rigore G L V 1 vigore V (vel ri) vigore A   17 h̔ (= *hoc*) *corr. m. II in* ħ (= *haec*) A ‖ hec V ħ (= *haec*) A ‖ papbula L   18 renovas L ‖ hinc fusa G L V 1 infusa V A   *v. 20 et 21 desunt in* V   21 famȩ G ‖ siti G   23 quae] q (i superscr.) (= *qui*) A ‖ in ocia gentes A   25 ~~deis~~ deis (*sic*) G   26 magnetida L magnesia *coniecit* H

27 cognubium A ‖ sacerdos (o *m. I add.*) G   28 cohors A ‖ mirto A L V 1   *v. 29 in marg. add. m. II, nam deerat* A ‖ Lumina L
30 thalamos V A   31 Hic] h̔ (= *hoc*) L ‖ citherea V A L V 1
32 thoros G V A L V 1   *A v. 34 incipit codex Veronensis, cuius primam paginam, quia liquore ammonii sulphurati uti non licebat, accurate legere non potui*   34 honus φ L V 1 ‖ *Post* 'honus' *quae secuntur in* φ *legere non potui, solum* q; (= *que*) *facile cognovi* ‖ galeaque L
35 conplexibus φ

Ille lacessitus longo spiraminis actu
Arcanis trahitur gemma de coniuge nodis.
Pronuba fit natura deis ferrumque maritat
Aura tenax: subitis sociantur numina furtis.
Quis calor infundit geminis alterna metallis
Foedera? Quae duras iungit concordia mentes?
Flagrat anhela silex et amicam saucia sentit
Materiem placidosque chalybs cognoscit amores.
Sic Venus horrificum belli compescere regem
Et vultu mollire solet, cum sanguine praeceps
Aestuat et tristes mucronibus asperat iras.
Sola feris occurrit equis solvitque tumorem
Pectoris et blando praecordia temperat igni.
Pax animo tranquilla datur pugnasque calentes
Deserit et rutilas declinat in oscula cristas.
Quae tibi saeve puer non est permissa potestas?
Tu magnum superas fulmen caeloque relicto
Fluctibus in mediis cogis mugire Tonantem.
Iam gelidas rupes vivoque carentia sensu
Membra feris; iam saxa tuis obnoxia telis
Et lapides suus ardor agit ferrumque tenetur
Illecebris, rigido regnant in marmore flammae.

36 longo~~s~~ (*sic*) G ‖ actu] ictu *olim* H *legit*, aestu *postea coniecit* H 37 Archanis VALV1 ‖ gemma] gemīa L 38 Pronuba frenatura *pro* Pronuba fit natura G 39 sociatur φ 40 color V1 color *corr. m. II in* calor A ‖ i · · fudit (*puncta indicant membranam maculatam*) φ infudit VA 41 ~~iungit~~ iungit (*sic*) V ‖ duros — montes *coniecit Barthius* 42 hanela ALV1 ‖ amica (?) φ ‖ sentit *an* sensit ? φ 43 Materiam VA Matonem (*sic*) V1 ‖ calybs GV calibs AL calips V1 ‖ *In φ finis h. v. sic:* chal[··]s cognosc[········] ([····] = *membrana laesa*) ‖ placidoque chalybs ignescit amore *coniecit* H 44 Sic genus A ‖ horificum L ‖ conpescere φ 45 Et vultū VA ‖ mol(l)ire (l *add. m. I*) V1 ‖ preces V1 ‖ *Finis h. v. in φ sic* san[····]uine pr([·····] 46 tristes GLV1 tristis φ strictis VA ‖ mu(c)gronibus (c *add. m. II*) φ ‖ ira[·] φ 47 eqs (*sup.* q *rasura*), *in marg. m. II add.* eqs A ‖ solvitque φGLV1 mollitque VA ‖ timorem L ‖ *Finis h. v. in φ sic:* solvitque t[······] 48 igne g ign[·] φ 49 calen[···] φ 52 magnū ·· peras (·· = *membrana maculata*) φ ‖ fulmen] numen LV1 55 Menbra VAV1 57 Inlecebris φV ‖ MAGNES EXPLICIT · APONVS INCIPIT V

XXXI (LVI).

DE CRYSTALLO CUI AQUA INERAT.

Possedit glacies naturae signa prioris
  Et fit parte lapis, frigora parte negat.
Sollers lusit hiems imperfectoque rigore
  Nobilior vivis gemma tumescit aquis.

XXXII (LVII).

ALITER.

Lymphae, quae tegitis cognato carcere lymphas,
  Et quae nunc estis quaeque fuistis aquae,
Quod vos ingenium vinxit? Qua frigoris arte
  Torpuit et maduit prodigiosa silex?
Quis tepor inclusus securas vindicat undas?
  Interior glacies quo liquefacta Noto?
Gemma quibus claustris arcano mobilis aestu
  Vel concreta fuit vel resoluta gelu?

DE CRISTALLO CVI AQVA INERAT G DE CRISTALLO LAPIDE IN QVO INGELATA LATEBAT AQVA V *Titulus deest in* ALV1 *Omnes de crystallo versus desiderantur in* φ De Cristallo *in Aldinae ed. exemplari Lugd.* g *corr. in* De Crystallo 1 P *deest in* Possedit, *sed spatium relictum est* A Assedit L 2 Et GgVAV1 Que L 3 Solers V1 ‖ hiemps GVL 4 vivis GgVAV1 mitis L mixtis *coniecit Scaliger*

Titulus deest neque ullum spatium relictum est in GVA ALITER *in marg. m. I ascripsit* V *Titulus deest etiam in* LV1 *Epigrammata de cristallo primus seiunxit ex veteris codicis auctoritate Claverius* De eodem *inscripserunt multi editores* ‖ *Qui* g *scripsit in exemplari Lugd. ed. Ald. add. in marg.* non sunt divisa acutior in antiquo 1 Limphę V Limphe AL Nimphe V1 ‖ lymfas V limphas LV1 nimphas A ‖ carcere] corpore V1 3 vinxit *coniecit Scaliger* 5 securus V1 secretas *coniecit* H ‖ vendicat GALV1 6 notho VALV1 7 archano GVALV1 ‖ mobilis VA nobilis GLV1 8 fluit — gelu est *coniecit* H

XXXIII (LVIII).

ALITER.

Solibus indomitum glacies Alpina rigorem
Sumebat nimio iam pretiosa gelu;
Nec potuit toto mentiri corpore gemmam,
Sed medio mansit proditor orbe latex.
Auctus honos, liquidi crescunt miracula saxi
Et conservatae plus meruistis aquae.

XXXIV (LIX).

ALITER.

Aspice correptam splendenti fragmine venam,
Qua trahitur limes lucidiore gelu.
Hic nullum Boream, nec brumam sentit opacus
Umor, sed varias itque reditque vias.
Non illum constrinxit hiems, non Sirius ardens,
Aetatis spatium non tenuavit edax.

XXXV (LX).

ALITER.

Clauditur immunis convexo tegmine rivus
Duratisque vagus fons operitur aquis.

Titulus deest neque ullum spatium relictum est in GVALV1 ALITER *in marg. m. I ascripsit* V De eodem *inscripserunt multi editores recentiores* 1 S *in* Solibus *omissum in* A, *sed spatium vacuum relictum* 3 gemmam GLV1 gemmas VA 4 ~~latex~~ latex (*sic*) G 5 Actus AL ‖ honor VALV1 ‖ saxi *deest in* V

Titulus deest neque ullum spatium relictum est in GVALV1 *sed in* V *et* A *huic epigrammati antepositum est epigramma n. XXXVII = LXII* ALITER *m. I in marg. add. in* V De eodem *inscripserunt multi editores recentiores* 1 correptam GLV1 porrectam VA 3 borean V 4 Umor G Humor VALV1 5 constrinxit GLV1 constringit VA ‖ hiemps GL ‖ syrius VLV1 ‖ ardens VAV1 (*cf. In Ruf. I, v. 241*) axis GL (*cf. Verg. Aen. X, 273 et ad h. l. Forbiger, vide etiam laud. Hercul. v. 124*) arsit *coni.* H2H3

Titulus deest neque ullum spatium relictum est in GVALV1 *in marg. m. I add.* ALITER *in* V De eodem *inscripserunt plurimi editores recentiores* 1 con[n]texto V1 ‖ g..[te]ne (*supr.* m *rasura*) A ‖ rivis L 2 Duratusque L ‖ fo[n]ris L ‖ aperitur L ‖ aquas V1

Nonne vides, propriis ut spumet gemma lacunis
  Et refluos ducant pocula viva sinus
Udaque pingatur radiis obstantibus Iris
  Secretas hiemes sollicitante die?
Mira silex mirusque latex, qui flumina vincit
  Et lapides merito, quod fluit et lapis est.

XXXVI (LXI).

ALITER.

Dum crystalla puer contingere lubrica gaudet
  Et gelidum tenero pollice versat onus,
Vidit perspicuo deprensas marmore lymphas,
  Dura quibus solis parcere novit hiems:
Et siccum relegens labris sitientibus orbem
  Irrita quaesitis oscula figit aquis.

3 properis *vult* H 4 viva g 5 Undaque A L ‖ pinguatur V 1 ‖ yris V V 1 6 hieme G ‖ sollici^{ta}te (*sic*) L 7 latex et flumina V latex quid flumina L 8 Et lapides (Et *in ras. m. I*) A *Sic cum codice in fine versus antecedentis virgula deleta locum corruptissimum tandem restituisse mihi videor. Sententia haec est: crystallum, de quo agitur, miranda est silex nec minus mirandus latex qui pretio suo aquas et lapides superat, siquidem fluit in interiore parte simulque tamen durus lapis est.* Sed lapides V Et lapis est G L V 1 Nec lapis est H *ex Raphelengii coniectura* Estque latex *Delrius coniecit et Scaliger* Mira silex mirusque latex! quod flumina vinxit, Fert lapidis merito, quod fluit est laticis H

Titulus deest neque ullum spatium relictum est in G V A L V 1 ALITER *in marg. add. m. I in* V De eodem *inscripserunt plurimi editores recentiores* 1 Dum *deerat, sed add. m. recens in* V ‖ cristalla A L V 1 ‖ lurida V 2 Et gelidum] Helidum (H *add. m. rec.*) V ‖ honus A L V 1 3 Vidit *deerat, in lacuna, quae relicta est, m. rec. add.* Aspice V ‖ deprensas G V 1 deprehensas V deprenso A L ‖ lymphas G ^{as}lymfae (as *add. m. rec.*) V limphas V 1 inertis (*sic*) A mtis (= *mentis*) [*sic*] L 4 · · · a quibus (*in lac. m. rec. add.* seu) V ‖ parcere V A L V 1 spargere G ‖ hiemps V L 5 · · · · · cum relegens (*initio lacuna relicta est*) V ‖ sisicientibus A 6 · · · ita quesitis (*initio lacuna exstat*) V

XXXVII (LXII).

ALITER.

Marmoreum ne sperne globum: spectacula transit
 Regia, nec rubro vilior iste mari.
Informis glacies, saxum rude, nulla figurae
 Gratia, sed raras inter habetur opes.

XXXVIII (LV).

CONCHA.

Transferat huc liquidos fontis Heliconia Nais
 Et patulo conchae divitis orbe fluat;
Namque latex, doctae qui laverit ora Serenae,
 Ultra Pegaseas numen habebit aquas.

XXXIX (L).

DE PIIS FRATRIBUS ET STATUIS EORUM QUAE SUNT APUD CATINAM.

Aspice sudantes venerando pondere fratres
 Divino meritos semper honore coli,

Titulus deest neque ullum spatium vacuum relictum est in G V A L V1 *De loco quo hoc epigramma in* V *legitur vide quod supra dixi p. 170* ALITER *etiam hic in marg. add. in* V De eodem *inscripserunt plurimi editores recentiores* 1 M *omissum est, sed lacuna relicta initio versus in* A ‖ $\overset{c}{\text{n}}$ (= *nec*) sperne L ‖ transit *omisit* V 4 hopes L ‖ *Post haec epigrammata de crystallo cui aqua inerat post Raphelengium duo graeca ex anthologia affigebantur in editionibus, illis alia tria adiunxit Heinsius Leone Allatio auctore, de quibus epigrammatis omnibus meam sententiam exposui Vol. I, praef. p. VII seqq. et ibid. p. LXXVII seqq., ubi denuo typis excussa invenies. Ex Claudiani latini poetae carminibus prorsus expungenda sunt*

DE CONCHA V DE CONCA G eiusdem de choncha in qua aqua triumphabat φ *titulus deest in* A L V1 1 fontis φ G fontes V A L V1 eliconia A V1 elichonia L ‖ nays V1 2 chonchae φ conce G conche V A L V1 ‖ ore L 3 Nam latex ut G ‖ qui laverit φ V A V1 liquaverit G $\overset{a}{\text{liqũt}}$ (= *liquaverit*) L 4 numen habit aquas φ ‖ num$\overset{e}{\text{ı}}$n (*corr. m. 1*) G nomen V1 ‖ INC͞P · DICTA MARCI CATONIS AD FILIVM SVVM *subscriptum est in* φ *cf. Schenkl, Zeitschr. f. d. öst. Gymn. 1873, p. 485 seqq.*

Eiusdem de piis fratribus et statuis eorum quae sunt aput catenam φ DE PIIS FRATRIBVS ET DE STATVIS EORVM QVAE SVNT APVD CATINAM G *Titulus deest in* A L V1 *Carmen plane omissum est in* V

1 A *deest in* A *initio, sed lacuna relicta* ‖ su$\overset{an}{\text{a}}$dẽtes (*sic*) A

Iusta quibus rapidae cessit reverentia flammae
Et mirata vagas reppulit Aetna faces.
Complexi manibus fultos cervice parentes
Attollunt vultus accelerantque gradus.
Grandaevi gemina sublimes prole feruntur
Et cara natos implicuere mora.
Nonne vides, ut saeva senex incendia monstret,
Ut trepido genetrix invocet ore deos?
Erexit formido comam perque omne metallum
Fusus in attonito palluit ore tremor.
In iuvenum membris animosus cernitur horror
Atque oneri metuens impavidusque sui.
Reiectae vento chlamydes; dextram exserit ille
Contentus laeva sustinuisse patrem.
Ast illi duplices in nodum colligit ulnas
Cautior in sexu debiliore labor.
Hoc quoque praeteriens oculis ne forte relinquas,
Artificis tacitae quod meruere manus:
Nam consanguineos eadem cum forma figuret,
Hic propior matri fit tamen, ille patri.
Dissimiles annos sollertia temperat artis:
Alter in alterius redditur ore parens,
Et nova germanis paribus discrimina praebens
Divisit vultus cum pietate faber.

3 Iusta] Lustra L 4 aethna φ ethna ALV1 ‖ rettulit *coniecit* H 5 Cōplexos L 6 Attollent AL Ut tollant *coniecit* H ‖ a[c]dce[er]lantque (*corr. m. II*) φ accelerentque AL ‖ grad[u]os φ 7 ge[in]ma A 8 cara φG clara ALV1 9 Non[ne] vides (ne *add. m. II*) φ ‖ monstret φ monstrat GV1 monst[a]t A mōst[a]t L (= *monstrat*) 10 genitrix trepido L ‖ genetrix *corr. m. II in* genitrix φ genitrix GALV1 ‖ invoce[t] φ 11 Arrexit *coniecit* H 12 attonite L ‖ ore ALV1 aere φ ere G ‖ tremor φGAV1 color gL 13 animosos φ 14 oneri GA honeri φ omen LV1 15 chlamides (h *expunxit m. II*) φ clamides ALV1 ‖ exerit g egerit GAL eregit *corr. m. II in* erigit φ erigit V1 16 Contēptus A 17 Has ille duplices φ ‖ Alter melius legeretur quam ille *notavit* g ‖ dupplices V1 ‖ collegit *corr. m. II in* colligit φ 21 figeret G 23 annos φGLV1 animos A 25 nova disparibus discrimina (germanis *deest*) φ 26 Dimisit V1 ‖ cum] cō A

O bene naturae memores, documenta supernae
  Iustitiae, iuvenum numina, vota senum:
Qui spretis opibus medios properastis in ignes
  Nil praeter sanctam tollere canitiem.
Haud equidem immerito tanta virtute repressas
  Enceladi fauces obriguisse reor.
Ipse redundantem frenavit Mulciber Aetnam,
  Laederet exempli ne monumenta pii.
Senserunt elementa fidem: patris allevat aether
  Terraque maternum sedula iuvit onus.
Quod si notus amor provexit in astra Laconas,
  Aeneam Phrygio raptus ab igne pater;
Si vetus Argolicos illustrat gloria fratres,
  Qui sua materno colla dedere iugo:
Cur non Amphinomo, cur non tibi fortis Anapi,
  Aeternum Siculus templa dicavit honos?
Plura licet summae dederit Trinacria laudi,
  Noverit hoc maius se genuisse nihil:
Nec doleat damnis, quae devius intulit ardor,
  Nec gemat exustas igne furente domos.
Non potuit pietas flamma cessante probari.
  Emptum est ingenti clade perenne decus.

27 superne ALV1 superbae φG 28 iuv^{e}onum G ‖ numina GALV1 nomina φ lumina *coniecit* H culmina *ego conicio, vide praef. cons. Theod. 7 et Burm. ad In Ruf. I, v. 22* ‖ nota (?) L
29 Quis A 31 Haut LV1 ‖ in merito G in merito *corr. m. II in* immerito φ inmerito LV1 32 Encheladi ALV1 ‖ fauces] faues φ 33 ạethnā (a *expunxit m. II*) φ ethnam ALV1
35 patris allevat *scripsi* pater adfuit φ pater affuit GLV1 pater assuit A patri affuit *olim* H 36 honus ALV1 37 siṭ V1 ‖ notus g
38 frigio φAV1 phrigio L 39 Siç A ‖ i^{l}ṇlustrat φ 41 amphionio A ‖ anappi L anapy V1 42 honos GLV1 onus φ honor A 43 trina^{c}gtria (*sic!* c *m. II add.*) φ tinacria V1 44 ђ (= *haec*) AL ‖ nichil ALV1 45 dampnis ALV1 ‖ quae] q^{e}m L ‖ ardor φGLV1 error A 47 flama φ 48 Emtum φ ‖ perhenne LV1

XL (LXXXVII).

DE QUADRIGA MARMOREA.

Quis dedit innumeros uno de marmore vultus?
Surgit in aurigam currus paribusque lupatis
Unanimi frenantur equi. Quos forma diremit,
Materies cognata tenet discrimine nullo:
Vir redit in currum, ducuntur ab axe iugales:
Ex alio se quisque facit. Quae tanta potestas?
Una silex tot membra ligat ductusque per artem
Mons patiens ferri varios mutatur in artus.

XLI (LXXXIV).

DE BALNEIS QUINTIANIS, QUAE IN VIA POSITA ERANT.

Fontibus in liquidis paulum requiesce viator
Atque tuum rursus carpe refectus iter.
Nympharum dominum nimium miraberis hospes,
Inter dura viae balnea qui posuit.

DE QVADRIGA MARMOREA G *Titulus deest in* ALV1 *Carmen deest in* φV 1 Q *deest initio, sed spatium relictum* A 3 Unanimi G Unanimes ALV1 4 Materia V1 ‖ cognata] frenata V1 5 Vir g ‖ redit in currum GALV1 sedet in curru *fortasse* 6 se quisque facit GALV1 *cum Gesnero hanc formulam nimis audacem puto; non dubium videtur, quin de opere marmori insculpto agatur, in quo ex more cadentis imperii artis in parvo loco personae et res nimis erant compressae, ut aliae ex aliis quasi procreari viderentur, quare fortasse pro* 'facit' *scribendum est* 'parit' 7 legat V1 lẹgat [i] A 8 ferri *add. m. II sup. lin. nam deerat* A ‖ vaṇọs [rio] A ‖ arcus A

Eiusdē de balneis quintiani quae in via posita erant φ DE BALNEIS QVINTIANIS QVAE IN VIA POSITA FVERANT G *Carmen deest in* V *Titulus deest in* ALV1 De balneis Quintianis *editt* 1 F *deest initio in* A, *sed lacuna relicta* 2 russus V1 3 Nympharum φG Limpharum ALV1 ‖ mirabĩis (= *mirabilis*) V1

XLII (XCI).
IN SEPULCRUM SPECIOSAE.

Pulchris stare diu Parcarum lege negatur.
Magna repente ruunt, summa cadunt subito.
Hic formosa iacet Veneris sortita figuram
Egregiumque decus invidiamque tulit.

XLIII (LXVIII).
IN SPHAERAM ARCHIMEDIS.

Iuppiter in parvo cum cerneret aethera vitro,
Risit et ad superos talia dicta dedit:
Huccine mortalis progressa potentia curae?
Iam meus in fragili luditur orbe labor.
Iura poli rerumque fidem legesque deorum
Ecce Syracosius transtulit arte senex.
Inclusus variis famulatur spiritus astris
Et vivum certis motibus urget opus.
Percurrit proprium mentitus Signifer annum
Et simulata novo Cynthia mense redit.
Iamque suum volvens audax industria mundum
Gaudet et humana sidera mente regit.

Eiusdem in sepulchrum spetiosae φ IN SEPVLCHRVM SPECIOSĘ G *Titulus deest in* A L V 1 *Totum carmen omissum est in* V 1 P *deest initio in* A, *sed lacuna relicta* ‖ Pulcris A L V 1 ‖ parcharum A 2 ruunt] cadunt A 3 formuṇsa (*expunxit* n *m. rec.*) φ 4 invidiamque tulit A invidiam meruit φ G L V 1

EIVSꝺEM IN SPhERAM ꝺRChIMEꝺIS φ IN SPERAM ARCHIMEDIS G INCIPIT DE SPERA V *Titulus deest in* A L V 1
1 Iupiter L V 1 I *initio huius vocabuli omissum sed spatium relictum* A 2 et $\overset{d}{a}$ superos φ 3 Huncine φ 4 orbe] ore L
5 fides V A ‖ legemque L V 1 ‖ deorum] virorum L 6 Syracosius *propter metrum cum editt. rec. (Cf. Verg. Ecl. VI, 1 ed. Forbiger)* syracusius G siracusius φ V L V 1 8 montibus L ‖ urguet G 9 $\overset{t}{\text{mentius}}$ φ mentitus G V A L V 1 metitur g 10 cinthia A L V 1
11 Iamque φ G L V 1 Namque V A ‖ volens φ ‖ mundum *deerat, m. rec. add. in* V 12 sydera L ‖ regit φ G redit A L V 1 $\overset{\text{notat}}{\text{retractat}}$ (notat *add. m. rec.*) V

Quid falso insontem tonitru Salmonea miror?
 Aemula naturae parva reperta manus.

XLIV (LXXII).

DE MUNERIBUS A SOCERIS HONORIO IMPERATORI MISSIS.

Non semper clipei metuendum gentibus orbem
Dilecto studiosa parens fabricabat Achilli:
Lemnia nec semper supplex ardentis adibat
Antra dei nato galeam factura comantem,
Sed placidos etiam cinctus et mitia pacis
Ornamenta dabat, bello quibus ille peracto
Conspicuus reges inter fulgeret Achivos.
Ipsa manu chlamydes ostro texebat et auro
Frenaque, quae volucrem Xanthum Baliumque decerent,
Aequore quaesitis onerabat sedula gemmis.
At tibi diversis princeps altissime certant
Obsequiis soceri. Stilicho Mavortia confert
Munera, barbaricas strages Rhenique triumphos:
Reginae contenta modum servare Serena
In tua sollicitas urget velamina telas.

13 insonte φ ‖ tonitru salmonea φVL tonitru salomonea A tonitru salomonea V1 tonitru natura G ‖ miror φALV1 *deest hoc verbum in* V movemur G ‖ salmona movemur in antiquo *add. in exemplari Lugd. ed. Ald. ab eo qui* g *scripsit* 14 manus (us *add. in lac. m. rec.*) V

Eiusdem de muneribus a soceris honorio imperatori missis φ DE MVNERIBVS HONORIO G DE CLAMIDE ET FRENIS V *Titulus deest in* ALV1 1 clipeus A ‖ metuendus A 2 anchilli φ 3 Lempnia L Lennia V1 ‖ suplex VLV1 ‖ ardentes φ 4 factura φGVALV1 *quamquam antecessit* 'fabricabat' *vix sanum* pactura H nactura *ego conieci* 5 placido sed iam GL ‖ cinctis φ ‖ mitia] titia (mi *supra*) (*sic*) A ‖ et mitia] inermia *coniecit* H 7 fulgeret φGVALV1 fulgebat *nonnulli deterr. apud Clercq* 8 clamydes φ chlamides V clamides ALV1 9 xantum L xanctum V1 ‖ luliumq; (*sic*) V1 10 onerabat φGV honerabat A ornabat LV1 11 diversi L 12 soceri φGL socer en VV1 soc' en (i *supra*) A ‖ stilico LV1 13 rhenique φGVA regnique L regumque V1 14 contēpta AL ‖ modum φGVALV1 *ego conicio* domum, *ut significetur Serenam reginam Stilichone absente tranquille domi mansisse Penelopae instar diligenter texturam* 15 sollicita surget (*sic*) V sollicita surget A sollicitis urgens L ‖ tela A telis L

XLV (LXXIII).

DE PHALERIS.

O felix sonipes tanti cui frena mereri
Numinis et sacris licuit servire lupatis:
Seu tua per campos vento iuba lusit Hiberos,
Seu te Cappadocum gelida sub valle natantem
Argaeae lavere nives, seu laeta solebas
Thessaliae rapido perstringere pascua cursu:
Accipe regales cultus et crine superbus
Erecto virides spumis perfunde smaragdos.
Luxurient tumido gemmata monilia collo,
Nobilis auratos iam purpura vestiat armos
Et medium te zona liget variata colorum
Floribus et castae manibus sudata Serenae,
Persarum gentile decus: sic quippe laborat
Maternis studiis nec dedignatur equestres
Moliri phaleras genero latura decorem.

XLVI (LXX).

DE PHALERIS EQUI REGII A SERENA MISSIS.

Accipe parva tuae princeps venerande sororis
Munera, quae manibus texuit ipsa suis,

De phaleris *scripsi, cf. v. 15* Ex eodem φ EX EODEM G INCIPIT DE EQVO DONO DATO V *Titulus deest in* ALV1 1 O *deest, sed spatium relictum* A ‖ tanti cui φGVALV1 cui tanti H *et recentes* ‖ fna (re) A ‖ merere G 2 Numinis VA Nominis GφLV1 *v. 3 et 4* φ *ita contraxit:* Seu tua per cappadocū gelida sub valle natantem 3 tua] te L 4 *deest in* V1 (*Cf. epigr. XLVI = LXX, 9 annot.*) ‖ capadocum VAL 5 lavare φ latuere A ‖ solebat L 6 perstringere φGL p̄stringere (= *praestringere*) V perfringere V1 transcurrere A 8 p̄funde (= *profunde*) G ‖ zsmaragdos (s *delevit m. rec.*) φ 11 luget L 14 aequestres (a *delevit m. rec.*) φ 15 faleras VA ‖ decor//// (*in ras. erat* m) V1 dolorem L

Eiusdem de phaleris aequi regi a serena missi φ DE PHERIS EQVI A SERENA MISSIS G INCIPIT DE ZONA EQVI REGII MISSA HONORIO AVG A SERENA V *Titulus deest in* ALV1 1 A *deest in* Accipe A ‖ venerande φGVA memorande L memoranda V1

Dumque auro phalerae, gemmis dum frena renident,
Hac uterum zona cinge frementis equi,
Sive illum Armeniis aluerunt gramina campis
Turbidus Argaea seu nive lavit Halys,
Sanguineo virides morsu versare smaragdos
Et Tyrio dignum terga rubere toro.
O quantum formae sibi conscius erigit armos,
Spargit et excussis colla superba iubis!
Augescit brevitas doni pietate Serenae,
Quae volucres etiam fratribus ornat equos.

XLVII (XCII).

DE BIRRO CASTOREO.

Nominis umbra manet veteris; nam dicere birrum,
Ni Castor lucet, Castoreum nequeo.
Sex emptus solidis quid sit, iam scire potestis:
Si mihi nulla fides, credite vel pretio.

3 falere A ‖ renitent φ redundant A 4 uterum] uıtū (e superscr.) (*sic*) A ‖ ‡equi (a *delevit m. rec.*) φ 5 Siļue (*sic*) V1 ‖ armeniis] armtis (*sic m. I*) [= *armentis*] V ‖ armenii paverunt gramina campi *malim* 6 Turgidus A ‖ argeaș V argeas A ‖ seu sine (*sic*) φ ‖ lavit φGVLV1 lambit A ‖ alys φG alis VALV1 7 versare φVA vexare GLV1 ‖ zmaragdos φ 8 tirio A ‖ toro G thoro VAV1 turo φ chroco (*sic*) L 9 egerit V1 ‖ *Inter v. 9 et v. 10 intercalatus est* 'seu e cappadocum gelida sub valle natantem' V1 (*cf. epigr. XLV = LXXIII, v. 4*) 10 Spargit excussis φ ‖ Sparsit L Sparsis V1 ‖ Spargit ut *coniecit* H2H3 ‖ colla] sola V1 11 ⁊. (= ẹṭ) brevitas A 12 ‡equos (a *delevit m. rec.*) φ

Eiusdem de birro castoreo φ DE BIRRO CASTOREO G *Titulus deest in* ALV1 *Totum carmen deest in* V 1 *Initio* N *omissum in* A, *sed lacuna relicta* ‖ unbra L ‖ veteris GgALV1 veteres φ ‖ nam] non g ‖ discere L 2 Ni *cum Claverianis libris (mss. ?)* Si φGALV1 ‖ lucet *scripsi* iuret φG uitet AV1 niteat gL ‖ Sic textura vetat *Scaliger* ‖ castoreumque queo A ‖ nequeo] neque φ 3 Sed emptus φ ‖ quid scit V1

XLVIII (LXXVIII).

RIMANTI TELUM IRA FACIT.

In iaculum quodcumque gerit dementia mutat.
Omnibus armatur rabies pro cuspide ferri.
Cuncta volant, dum dextra ferox in vulnera saevit.
Pro telo geritur, quidquid suggesserit ira.

RIMANTI TELVM IRA FACIT G Eiusdem rimanti telum φ *Deest titulus in* A L V 1 *Totum epigramma desideratur in* V 1 quodcunque G ‖ gerit] ferit L ‖ quodcumque feris *proponit* H 1 quodcumque rei *coniecit* H 2 H 3 *qui v. 2 post* rabies *interpungunt in fine versus puncto deleto* 3 dextera G 4 ingeritur *coniecit* H ‖ quicquid A L V 1

APPENDIX

CARMINA QUAE IN CLAUDIANI MSS.

CIRCUMFERUNTUR

EDIDIT

LUDOVICUS IEEP

[INEST CARMEN DE AVE PHOENICE EX RIESII RECENSIONE]

I.

E p i t h a l a m i u m L a u r e n t i i primus Burmannus in anthologia latina lib. VI, n. 87 edidit ex Heinsii scriniis, qui illud carmen Cuiaciano libro abscondito (cf. Claud. ed. Claverius 1602 Index operum) ex codice Ambrosiano sumpsit, quem praef. vol. I, p. XXXV descripsimus. Post Burmannum id denuo recensuit Wernsdorfius in poett. minor. IV, 2, p. 448 seqq. (cf. eiusdem praef. ibid. p. 462—474). Praeterea Heinsius alteram Claudiani recensionem paraturus carmen invenit in optimo Claudiani Vaticano codice n. 2809, de quo vide quae diximus praef. vol. I, p. XXXIII seq. At quamquam ad carmen recensendum optime erat instructus, vir doctissimus id non fecit, ut (id quod nonnullos effugit) ante Lucianum Muellerum, in cuius usum Wilmannsus Vaticanum librum excussit, de epithalamii lectione, qualis in antiquissimo fonte erat, nihil cognitum haberemus nisi Heinsii ectypon a Burmanno post Claudiani editionem p. 1007 seq. prolatum et id quidem non satis accurate expressum. Praeterea carmen legimus in editionibus anthologiae latinae (Meyeri 1143, Riesii 742).

Maxime de epithalamio Laurentii meritus est Lucianus Muellerus, qui in museo Rhenano XXII, p. 83 seqq. et XXIV, p. 126 seqq., nec non Alexander Riese qui Fleck. Ann. 1868, p. 706 seq. de eo scripsit.

Iam vero de poemate accuratius agendumst.

Primum Lucianus Muellerus docuit Wernsdorfium (cf. poett. lat. minor. IV, 2, p. 473) iniuria inscriptioni quam praebet liber Vaticanus INCIPIT EPITHALAMIVM LAVRENTII addidisse 'e t M a r i a e', quod ei ex versu 5 et 10 patere videretur id fuisse sponsae nomen: nam v. 6 initio 'Mariae' prima syllaba correpta corruptum esse ex metro constat neque dubito, quin Buechelerus recte restituerit 'M ā t e r i e s q u e'. Qua praeclara emendatione supervacua fit quae est per se subtilissima coniectura Luciani Muelleri 'M a i a m' pro 'M a r i a m'. (De ea re confer quae vir doctissimus exposuit in Mus. Rhen. XXII, p. 99 seq.) Nomen sponsae non nominatur. Mariae vero matri sapientem '*natam*' — sic enim scribendum est in fine versus — pariendam fuisse poeta fortasse dixit, ut grati aliquid imperatoris Honorii uxori ederet. Eam Claudianus celebrat in epithalamio Honorii et Mariae (v. 232) '*non desiisse volvere libros Latinos aut Graios ipsa genetrice*

magistra'. Quae sententia optime conveniet cum tempore, cui Lucianus Muellerus Laurentii epithalamium tradidit, ita tamen ut iam liceat carmen accuratius tribuere fini saeculi quarti aut prioribus sequentis aetatis annis; nam Honorius Mariam in matrimonium anno 398 p. Chr. et anno 408 p. Chr. *ἀπὸ πολλοῦ Μαρίας αὐτῷ τελευτησάσης τῆς γαμετῆς* eius sororem Thermantiam a Stilichone poposcit.

Quae si recte disputavi, fieri potest, ut Laurentium, qui in codice Theodosiano X, 10, 21 anno 396 p. Chr. Comitis rerum privatarum loco nominatur, nostrum Laurentium et unum illorum Florentiorum atque Flororum prioribus annis in eodem codice Theodosiano summos locos tenentium nostrum Florum Florentiumque habeamus, qui patres coniugum praedicantur v. 8.

At dubito v. 33 cum Riesio scribere 'Florida' pro 'florida', ut illud sit puellae nomen. Equidem non habeo, unde Riesii sententiam defendam, cum 'floridus' similia ubique pulchritudinis et adolescentiae significandae causa se offerant.

Denique non dixerim, utrum nunc totum epithalamium manibus habeamus an initium desit, ut cum Burmanno (cf. Claudiani edit. p. 1007 *) L. Muellerus (Mus. Rhen. XXII, p. 92) et Alexander Riese voluit: ex conexu sententiae accurate id demonstrari non potest, quamquam concedo carmen paulo abruptius incipere quam exspectaveris. Magis verisimile est tantum praefationem deesse.

De eius auctore nihil constat: id Claudiani non esse non minus ex ratione qua traditum est — supra de ea p. III seqq. egimus — quam ex dicendi genere unusquisque statim cognoscet, qui Claudiani carmina legit et cum nostro epithalamio comparat.

Attamen nimis severe de eo iudicavit Heinsius, qui frigidos eius versus nominavit et ieiunos, etiam Wernsdorfius id nimis reprehendit. Rectissime dicit Lucianus Muellerus mus. Rhen. XXII, p. 89 seq. carmen elegantia non carere, versus bene currere, ut saeculo quinto, etiam quarto p. Chr. iure optimo possit vindicari. Ea sententia iis exceptis quae modo diximus maxime confirmatur Aldhelmi testimoniis, qui ter nostrum epithalamium in suis scriptis attulit. Cf. Lucian. Muellerus l. c. p. 84 et Hauptius, Hermes II, p. 13 seq. Qua triplici commemoratione non tam certissime probatur epithalamium re vera antiquum esse, quam, ut Muellerus bene annotavit, illa aetate satis iam fuisse celebratum.

Edidi infra epithalamium ex codice Vaticano et Ambrosiano virorum doctorum coniecturis diligenter observatis.

II.

In eodem Vaticano libro et ex parte in Ambrosiano leguntur etiam duo carmina, quae sub titulis circumferuntur Laus Martis

et De Liberalibus, praeterea De Dulcio, De zona missa a Serena Arcadio Augusto, De hippopotamo, De aquila, Carmen Paschale, quod et in aliis exstat, De Iunonalibus in solo Vaticano.

Ex tribus carminibus, quorum duo primo loco nominavi et tertium postremo loco, quamquam duo De Liberalibus et De Iunonalibus haud dubie truncata sunt, elucet ea inter se cohaesisse et ab uno auctore procreata esse: tres enim omnes poscunt, ut reditus detur idque a Baccho, Marte, Iunone, qui dei in Martis mense ante ceteros deos a Romanis celebrabantur. Nam initio versuum de Iunonalibus supplendum esse 'Iuno' neque cum Riesio 'Sancta' docet ipse qui in Vaticano libro ascriptus est titulus 'De Iunonalibus'. Quod vocabulum haud dubie corruptum est ex 'De Matronalibus', cum librarius, qui initium tituli evanescentis in suo libro legere non potuit, ab initio carminis 'De Iunonalibus' interpolaret, quae Iunonis festi significatio alibi non est in usu.

Sunt vero quae in tribus illis carminibus laudantur festa Martis, cuius feriae a Kalendis Martiis incipiunt, Iunonis Matronalia, quae eodem die a matronis Romanis, Bacchi Liberalia, quae a. d. XVI Kal. April. Romae celebrabantur. Ut vero ex eo, quod dei unius mensis advocantur, intellegere possumus ab initio carmina illa inter se coniuncta fuisse, sic ex ratione advocandi sequitur, ut ea non composita sint nisi a pagano, atque — quod maximi momenti est — quarto vel quinto saeculo p. Chr., nam illa aetate Theodosio imprimis auctore antiqui paganorum ritus paulatim indormiverunt. Cf. Zosim. V, 59.

Quae cum ita sint, fieri non potest, ut cum Riesio licentiam prosodiae nimis extendamus et legamus 'Lenăee, Bromiē, galeāque'. Ex talibus rebus plane elucet metra corrupta atque ex nostra vel simili ratione esse emendanda.

Integrum quin sit carmen ad Martem, non dubito, quia in ultimo versu Kalendae Martis mensis praedicantur tamquam felicissimus finis, ad quem qui patriam repetant, praecipue contendunt. Similiter igitur puto carmen ad Iunonem exiisse neque minus carmen ad Liberum Liberalium die pro Kalendis posita. Quot versus exciderint in fine utriusque carminis truncati, difficile est ad dicendum. Si vero licet coniecturam facere, ieiunam illius aetatis poetarum disciplinam et uniformem ipsius carminis rationem respiciens coniecerim tum carmen ad Liberum tum ad Iunonem eosdem aliquando habuisse duodecim versus.

Ordo trium carminum iam per se intellegitur ex iis quae de deorum diebus festis constat. Primum locum tenet Kalendis sui mensis Mavortius pater, iuxta eum secundum Iuno caeli regina, tertius denique tribuendus est locus Libero in fine mensis sua festa celebraturo.

III.

Ex iisdem libris Vaticano et Ambrosiano edidimus quae Claudiano abiudicanda sunt, carmina De Dulcio et De Zona missa Arcadio, de quorum priore vide Burm. anth. lat. V, 192 (p. 1003) et Riese anth. lat. n. 753; alterum carmen adhuc semper inter Claudianea in editionibus legebatur, idque quidem in vetustioribus saepe coniunctum cum carmine minore n. XLVI (LXX). De Hippopotamo et De aquila quae in mensa de sardonyche lapide erat carmina, postquam ea Heinsius in primae Claudiani recensionis annotationibus protulit, inde ab altera eiusdem viri Claudiani recensione inter poetae carmina semper expressa sunt. Edidi ea etiam ex Vaticano et Ambrosiano libris solis; sunt vero in C(*uiaciano*) praeterea et in v(*aticano*) 9135, de quibus vide Riese anth. lat. II, p. 211.

Carmen De Salvatore, quod in editionibus plerumque Paschale nominatur, legitur etiam in φ (Veronensi) et G (Lucensi seu Gyraldino) codicibus, porro in recentioribus, ex quorum numero ut ad omnia Claudiani carmina L(aurentianum) et V(ossianum) contulimus. Sic carmen recensuimus ex sex libris mss.

IV.

Secuntur carmina christiana duo, quae Camers primus ex suo codice protulit in Claudiani editione quam paravit. Alibi in mss. nemo adhuc vidit. Edidi ea ex editione Camertis. Quomodo de eorum auctore olim cogitaverim, legere licet in Museo Rhenano.

V.

Postremo impressa sunt carmina In Sirenas et Laus Herculis, quae in solo Veronensi libro nunc exstant.

Camers primus Laudem Herculis et carmen In Sirenas inter Claudiani carmina edidit, post eum idem fecit Aldus, qui prioris editionis inscius ipse primus editor illorum carminum fuisse sibi visus est: nam Aldus et fol. 1^b in librorum conspectu fatetur primum a se e vetustissimo codice in medium ea prolata esse et fol. 2^b in praefatione, ubi addit codicem suum vetustissimum fragmentum fuisse. Inter editiones veteres, in quibus carmen de Hercule legitur, commemoratione dignae sunt etiam editio Basilicana a. 1534 et Claveriana a. 1602, quam Claverius protulit nonnullis Cuiacii codicibus nisus. Ipse hoc decennio carmen denuo inveni in codice Veronensi (cf. praef. vol. I, p. XXXII) et diu putavi id Claudiani esse (cf. locos l. modo comm. notatos), donec rem iterum iterumque animo volvens hanc sententiam relinquendam esse cognovi (cf. praef. vol. II). Quo saeculo et a quo poeta

illae Herculis laudes compositae sint, nimis certo non dixerim. Nemesiani esse olim perversissime Wernsdorfius poett. latt. min. I, p. 275 seqq. coniecit, id quod cum dudum constet, hic denuo non demonstrabo. Celerius ipse olim Claudiano vindicavi Rivista di Filologia 1873, p. 405. Quia tamen metra et dicendi genus bene currunt, non dubito, quin carmen saeculo Claudiani vel paulo post compositum sit.

Notandum est 'canīs' in caesura semiseptenaria v. 18; minus elegans interpunctio in v. 98 et spondei initio v. 52, 56, 124, 126. Quae vero causa magnum Scaligerum commoverit, ut in editione Plantiniana, in qua suas coniecturas annotavit, scriberet: 'Non sunt Claudiani, sed antiquioris', non intellexi. Frustra porro aliquis coniecerit Sidonium nostrum carmen respexisse carm. XV, 136 seq.:

Parvulus hic gemino cinctus serpente novercae
Inscius arridet monstris ludumque putando
Insidias dum nescit amat vultuque dolentis
Exstingui deflet, quos ipse interficit angues.

Ipse aliquando putavi Sidonio locum adhibendum esse ad laudis Herculis aetatem describendam. Est vero is locus imitatio Claudiani carminis XXXIV, 29 seq.:

Ille novercales stimulos actusque canebat
  Herculis et forti monstra subacta manu,
Qui timidae matri pressos ostenderit angues
  Intrepidusque fero riserit ore puer.

Neque ut dudum in dissertatione critica de codice Veronensi p. 47 demonstravi, qui laudem Herculis composuit, dispositionem rerum sibi sumpsit ex carmine Claudiani n. XXXIV supra commemorato. Cum vero trium laborum laudatio servata sit, fieri non potest, ut disceptemus, utrum poeta antiquam Herculis laborum duodecim seriem secutus sit, quam in anthologia Graeca Latinaque invenimus, etiam apud Ausonium, an ex Claudiani exemplo (c. XXXIV et In Ruf. I, 285) ἔργα et παρέργα Herculis liberius commiscuerit. Quam eandem viam ivit Sidonius l. c. Herculis actus enumerans. Aper vero sequitur etiam apud Claudianum l. c. leonem Nemaeum. Genus scribendi tenue est neque elocutionibus simili modo repetitis caret, unde poetae ingenii paupertas satis elucet. Sic confer v. 57 seq. et 136, v. 118 et 133, v. 103 et 108 atque v. 123 et 129 in fine; neque vero huc referendi v. 57 et 95, quandoquidem quin v. 95 interpolatus sit, non potest esse dubium.

Ut fundamentum artis criticae iaciamus, quo ad laudis Herculis contextum restituendum uti possimus, nequaquam satis est antiquissimum codicem Veronensem excerpsisse. Assumendae sunt

Aldi et Camertis editiones, in quibus primum carmen nostrum prodiit, neque volui praeterire editionem Basilicanam anno 1534 impressam, quoniam ubique ab initio Claudianeorum studiorum laudata est. Postremo Claverii editio conferenda, ad quam codices se Cuiacii adhibuisse ipse tradit. Quamquam quod ad Claudianum pertinet, hodie fieri non potest, ut ii a nobis investigentur, cum nusquam eorum lectio accurate notata sit, tamen de laude Herculis res aliter se habet. Nam scimus, etiam Claverium[1]) id carmen tantum in uno suorum codicum reperisse, ergo in editione sua tamquam illius ectypon protulisse.

Qua ratione vero codex Veronensis Aldina Camertis Basilicana Claverii editiones inter se utantur, facile docebit is quem infra composui scripturarum conspectus.

Codex Veronensis	= φ
Editio Aldina	= A
Editio Camertis	= C
Editio Bas. 1534	= B
Editio Claverii 1602	= Cl

v. 2 Phoebe precor huc age laeto φA
laeto precor huc age Phoebe CBCl

3	penetralibus φA	penetralia CBCl
5	Hippocreneon φA	Hippocrenaeum CBCl
6	fameque φA	famaque CB fac namque Cl
12	Cui semper φA	Semper in CB Semper ob Cl
13	primitiis φA	principiis CBCl
18	molle canis φA	mollis amas CBCl
32	Tardatam φA	Tardantur CBCl
43	miserorumque φA	miseroque CBCl
51	pavorem φ favorem A	timorem CBCl
59	impressos livens φ impressos licuens A	illidens prensos CBCl
61	Laetoidas φA	Latoidas CBCl
65	Dive φA	Diva CBCl
71	tremendas φA	tremendis CBCl
79	quantaque virorum φA	heu quanta virorum CBCl
87	tum φA	at CBCl
97	Quin et φA	Tunc et CBCl
104	raro sterelis φ raro steriles A	steriles raro CBCl
108	suis — colonis φA	suos — colonos CBCl
125	victor φA	victus CBCl
127	tepescet φA	tepescat CBCl

1) Ipse dicit: Hoc poemation e vetere manuscripto multis locis emendamus.

Hinc statim duae res apparent, quae ad carminis emendationem maximi momenti sunt. Primum enim videmus editiones et codicem ms. in duas classes dividi debere easque quidem maxime inter se diversas, deinde ex editionum numero tantum unam Aldinam classi tribuendam esse, quam codex vetustissimus ms. repraesentat. Ut inde incipiam, similitudo Veronensis codicis et Aldinae editionis tanta est, ut qui Aldinam paravit, quin a Veronensi libro pendeat, non potest esse dubium. Neque tamen ipse Veronensem codicem excussit, sed id quod nonnullae discrepantiae facile docent (cf. app. crit.), praecipue quoniam Veronensis codex v. 75 et 76 in unum versum contrahit 'Immanem interea cretum de gente noverca', Aldina cum aliis duos hos accurate tradit 'Immanem interea Nemea (*sic*) per lustra leonem Ipsa Chymirea (*sic*) cretum de gente noverca', tantum Veronensis apographon adhibuit iam iam ex fonte, unde etiam Camers et Claverius hauserunt, — neque enim Isingrinius laudis Herculis ms. librum habuisse videtur — hoc loco (v. 75—76) emendatum (cf. v. 72, 73, 75, 90, 119). Ad talem emendationem librarium quendam incitatum esse eo libentius putamus, cum versum 75 qui in Veronensi libro legitur omni sententia carere nemo non videat. Quod si res sic se habet, Aldina ad apparatum criticum carminis non indigemus; quamquam ne denuo quis temere proferat, me non editiones adhibuisse, quas cotidie fere trivi, in usum infidelium varias scripturas ex ea excerpsi et carmini subiunxi. Suspicio, quae facile possit moveri, Aldum verum non dixisse in praefatione, ubi Camertis laudis Herculis editionem non commemorat se ipsum primum editorem laudans ex antiquissimo fragmento, eo refellitur, quod multis locis Aldinae lectio valde discrepat a lectione Camertis.

Iam vero tertio loco diiudicandum, utra classis codicum melior sit. Non timeo, ne non disceptet primo unusquisque obtutu, eam classem quae Camertis et Claverii editionibus repraesentatur, dignam esse, quam fere solam sequamur. Longum neque utile est singulas scripturas tractare. Latinitatis et latinorum poetarum studiosi meam sententiam ex iis, quae supra et in apparatu critico ad hoc carmen contuli, si velint, facile ipsi poterunt probare. Multis locis emendatissima omnium est Claverii editio, quare eam primo loco adhibendam esse per se patet. Postremo ne obscurus sim, accedunt Camertis editio, Aldina et codex Veronensis.

VI.

Carmen de ave Phoenice Riese amicus edendum curavit. Nihil addendum habeo, nisi quod pauca, quibus nova Veronensis collatione facta Goetzii variarum scripturarum conspectus in Ritschelii Actis olim prolatus in usum apparatus critici suppletus et emendatus est, gravissima ex parte — sunt vero tantum tres

vel quattuor loci — non meam quam olim feci collationem corrigunt, sed nonnullos errores, qui typis debentur quique semper fere alterius collatione adhibita evadere solent.

Iam vero suam rem Riesius ipse exponat.

RIESII PRAEFATIO IN CARMEN DE AVE PHOENICE.

Phoenicem carmen Lactantianum hice libri antiquissimi
P continent. Primum Parisinus 13048 (perperam numerum exhibet 13948 Aemilius Baehrens, qui primus inter Germanos mus. Rhen. XXX, 308 hunc codicem commemoravit), qui erat Sangermanensis ex Corbeia advectus 844, olim 665; cf. de eo disputantem Guerardum in 'Notices et extraits des mss. de la bibl. du roi' vol. XII p. 75 sqq. Is codex, variis aetatibus exarata complectens, fol. 39—58 Venantii Fortunati carmina multa saeculo octavo vel nono litteris longobardicis conscripta continet, quibus Phoenix insertus est. Cum enim folio 46 v. extremo carminis IV, 24 initium sit a verbis *Epitaphium Orienti* ad v. 2 *redit*, proximum quidem folium excidit, deinde folio 47 r. primo versu Phoenix incipit trigenis ternis ille versibus in singulis paginis scriptus, ita ut, cum inscriptio in folio nunc amisso fuisse videatur, folio 47 r. versus 1—33, fol. 47 v. versus 34—66, 48 r. versus 67—99 legantur. Folio 48 v. v. 100—110 et statim post carmen imperfectum in eadem pagina eademque manu scripti Venantii versus X 9 '*De Childeberto rege. Rex regionis apex*' sqq. continentur. Contulit Phoenicem in usum meum Maximilianus Bonnet. Artissimo vinculo cum hoc libro coniunctum fuisse codicem Trevirensem ex quo solo Chr. Browerus anno 1603 Venantii carmen *De excidio Thuringiae* edidit in P quoquė servatum, Rudolfus Peiper in litteris ad me datis coniecit.

V Alter codex est Veronensis bibliothecae capitularis 163 saeculi IX initio scriptus, de quo a se primum reperto Claudiani codice Ieepius ipse disputavit vol. I p. XXXII sq. Phoenix 'Lactatii' a folio 14 r. ad 19 r. ita pertinet ut inde a v. 5, a quo folium 14 v. incipit, usque ad 166, qui ultimus est folii 18 v., duodevicenis versibus singulae paginae constent. Praecedit eum Claudiani Phoenix (fol. 11 r. 'Eiusdem de foenice aue'), cui ob argumenti
v similitudinem additus esse videtur. Altera manus nonnulla ad arbitrium suum correxit. Ipse anno 1875 contuli; Ieepii collatio ab Georgio Goetz (vide Acta soc. philol. Lips. V p. 319—331) p. 330 sq. edita est. De erroribus nonnullis eius collationis A. Luchs me dubitantem edocuit; postremo accuratam collationem a Gustavo Loewe confectum Goetzius ultro mihi obtulit atque trans-

misit. Itaque iam fere spoponderim errori nullum locum relictum esse.

Paulo recentior est codex saeculi X Vossianus Q. 33 ab L
Nicolao Heinsio iam adhibitus, quo antiquiorem nosse, cum Phoenicem anno 1870 in Anthologia latina n. 731 ederem, mihi nondum contigit. Cf. de codice miscello H. Keilius grammat. lat. III 389 sqq. Anth. Lat. meae II p. XXVI. Phoenix a folio 73 r. ad 75 r. pertinet; singulae paginae 34 vel 35 versus exhibent. Ipse contuli; postea Rudolfus Peiper suam collationem benigne mecum communicavit, quam vix in pauculis minutiis a mea differre vidi.

Alios codices (quos vel omnes vel plures vel singulos ς lit- ς
tera notavi) perraro adhibui. Goetzius qui 'fere omnes collatos habuit', p. 326 l. c. nullum dignum dicit qui respiciatur[1]); corruptos esse omnes vel interpolatos, etiam Bodleianum F 2, 14 saec. XII, quo ut post Vossianum antiquissimo iam Heinsius usus erat. Heinsius praeterea 'unum Wilhelmi Maerani, aliud episcopi Lincolniensis, bina bibliothecae Vaticanae, Mediceae unicum, alterum Hafniensis in Dania, tum et Thomae Bartholini, duo denique ex meis scriniis deprompta' exemplaria adhibuit, sed ea 'recentioris notae omnia' appellat. Duos reginae Sueciae ab eodem conlatos Burmannus passim adfert. Sic et alii quos bibliothecarum catalogi exhibent recentis aetatis sunt, ut Bernensis 527 saec. XV, Vindobonenses 717 saec. XIV, 3110 anni 1471, 3130 saec. XV—XVI, 3198 saec. XV, Parisini 1671 et 1674 saec. XV, Sangermanensis saec. XIV a Lengletio Dufresnoy in Lactantio a. 1748 Parisiis edito in usum vocatus, Vaticanus 315 et 5134 papyracei, Vatic. 5346, Urbinas 58, alii multi, quos ne falsam diligentiae in re fere inutili positae speciem assumere videar, ne temptabo quidem enumerare. Eis qui reliquis Lactantii scriptis Phoenicem addunt, vel ea re suspicionem moventibus, etiam Francofurtanus anni 1434 addendus est, quem sine fructu contuli, nam interpolatus est; etiam multo antiquiores libros Parisinum 8091 Fortunati, olim Thuaneum deinde Colbertinum, saeculi XII vel XIII (v. 1—156 continentem) et Cantabrigiensem Gg. 5, 35 saec. XI Goetzius p. 325 interpolatos dicit.

Ex PVL igitur Phoenicis verba constitui. Horum optimus est P[2]), qui ex his solus, ut exempla proferam, v. 51 *effudit* 66 *uetus* 71 *prorepere* 83 *cinnamon* 85 *acanthi* 88 *sociat* et

---

1) De codice nunc deperdito satis ut videtur antiquo, qui versus 1—16 continuit, cf. Duemmlerus 'Die handschr. Ueberlief. d. lat. Dicht. d. Karolinger' II 292.

2) Orthographiam aevi sui P *o* littera hic illic pro *u* posita (*modolamina* 45, *adsimolare* 48, cf. *eulos* 73 all.) et *e* pro *i* adhibita (*cerreis* 48, *concepit* 97 all. et rursus *dispicit* 40, *uocis* 47) ostendit.

tuae, 76 id quod vero proximum est *bosit* et 89 *instructos* servavit. L deterior est quam P sed ei similis, cf. 88 *socia* et *ture* 89 *instructis*, raro melior velut 71 *In quam* (*It quam* P). Passim suam ipse viam ingreditur, velut 8 *eminet*, qua plerumque in errores incidit, ut v. 2 *caeli* (ubi glossema in contextum receptum) 15 *morbus* 61 *fatis* 71 *prorumpere* 152 *resultat*. Raro non cum P sed cum V congruit (quam similitudinem nimis premit Goetz p. 324), velut v. 74 *nothus*. Ipse V[1]) nonnulla quidem bona solus habet, ut 94 *depositi*, 108 *mutari*, sed plerumque ipse deterior est quam P (cf. 71 *proripere*) et suam viam ingressus longius quam L a P distat: cf. 73 *pandentibus* 83 *amoti* 88 *sociam* 88 *turis* 89 *His protinus structis* alia. Glossae in textum invaserunt v. 2 in L, 128 in VL, 133 in VL, fortasse 163 in omnibus. Itaque, praesertim cum et loci sint quibus solus P labem traxerit (4 *uerbo* 69 *cum* 70 *habuit* 93 *in* 95 *interimit* all.), ex his tribus libris coniuncta opera verba Lactantii recuperanda sunt; qui ubi non sufficiunt — id quod etiam in clausulis versuum 119, 121, 123 amissis et in parte versus 133 accidit — a coniecturis vel codicum recentium vel virorum doctorum remedia sunt quaerenda.

Coniecturas quibus Phoenicem emendarent inde ab anno 1870 protulerunt hi potissimum viri docti: Fr. Ritschl musei Rhenani vol. XXVIII (1873) p. 189—192; Aem. Baehrens, cuius nomini additi numeri haec significant: 1) ann. philol. CV 1872 p. 51, 2) ibidem p. 361 sq., 3) ibid. 1873 p. 63—64, 4) mus. Rhen. XXIX (1874) p. 200—201, 5) ibidem XXX (1875) p. 308—309; Hermannus Klapp in programmate scholae Wandsbeckianae ita inscripto 'Quaestiones de Anthologiae latinae carminibus nonnullis' a. 1875 emisso p. 15—17; Georgius Goetz in Actis Lipsiensibus loco supra laudato. Nonnullae etiam coniecturae ex Leyseri editione Quedlinburgi a. 1839 impressa nunc demum mihi innotuerunt. Quarum coniecturarum quae bonae aut certe non omnino improbabiles visae sunt, eas omnes recepi, paucis de meo additis. Quosdam locos insanatos reliqui.

Phoenix primum commemoratur in libri De cursu stellarum sive De cursibus ecclesiasticis ante annum 582 conscripti capite 'de septem miraculis mundi', quem librum Gregorii Turonensis esse post Haasium et Goetzius l. c. p. 322 et Adolfus Ebert Gesch. d. christl. Litt. I p. 94 monuerunt. Et in hoc libro (cuius eam partem qua Phoenix describitur Anth. Lat. II p. 195 exhibui) et

1) V orthographia satis corrupta utitur, velut quod *g* pro *c* (*sagra congreta migat grura* all.), *o* pro *u* (*modolamina proina opolentus*), *e* pro *i* (*collegit porregitur hiemes pauones*) aliaque eiusmodi vitia ei multo magis quam PL propria sunt.

in libello 'De dubiis nominibus' saeculo VII conscripto (ed. Keilius grammaticorum latinorum vol. V p. 571 sqq.), in quo octies, sed verbis satis corrupte traditis, laudatur, auctor carminis sicut in VL 'Lactantius' nominatur. Quem esse praeclarum illum scriptorem ecclesiasticum aetatis Constantinianae cum alii tum Nicolaus Heinsius, qui 'nefas esse dubitari' dicit, et Adolfus Ebert l. c. p. 97, qui versibus 64, 93 sq., 164 utpote Christianae religionis testibus utitur, censuerunt; negaverunt et alii ante et nostra aetate Ritschl, qui dubitavit l. c. p. 189, Goetz p. 323, Baehrens 2, p. 64, qui de Lactantio aliquo iuniore cogitat. Scilicet hi Claudiani Phoenice nostrum iam usum esse putaverunt. Ego quid sentiam, musei Rhenani vol. XXXI p. 446 sqq. declaravi: in rebus ipsis esse quae Claudianus ex Lactantio, non hic ex illo, sumpserit necesse sit, utpote quae Christianae originis sint, annos vitae phoenicis dico ad chiliastarum rationem numeratos mille, non cum plerisque veterum quingentos (quibus nescio an Plinius XXIX 29 non obloquatur qui incertis verbis 'post millesimum annum' dicit) et quod gravius est lucum (*παράδεισον*) phoenicis non in Arabia aut India aliave certa regione, sed in 'primo oriente' positum. Etiam ipse ille lucus, a solis Lactantio Claudianoque commemoratus, ostendit Claudianum pauca quaedam (licet in ipsa re universa omnino libere pergat) ex Christiano carmine deprompsisse. Accedit quod hi duo soli sunt qui tria, non duo, itinera Phoenici attribuunt: ex oriente in Phoenicen, tum Heliopolim, rursus deinde in orientem Lactantius; orientem, Sabaeam, Aegyptum, rursus orientem Claudianus nominat. Sunt tamen etiam quae inter utrumque differant; quibus in rebus, si Claudianum novisset noster, qua est in rebus minutis accuratione, ab illius vestigiis certe non recessisset. Verba quaedam atque sententias alterum ab altero petiisse mus. Rhen. l. c. p. 446 ostendi. Ex allocutione in fine carminis posita nil effici potest; illud tamen puto afferendum, Isidorum Orig. XIV 3, 2 versibus 25—28 ita usum esse, ut carmen christianum esse et paradisum describi existimaret. Non leve autem adiumentum sententiae meae inde accedit, quod Hermannus Dechent commentatione in museo Rhenano mox edenda locos ex Lactantii libris congessit qui et ipsi verborum sententiarumque similitudine huic scriptori Phoenicem assignant; quorum aliquos commentario meo inserere licuit. Assentitur sententiae meae in universum Theodorus Birt mus. Rhen. XXXIV 8; Claudianum imitatorem dicit, sed qui eum quem imitatur, vi et ingenio longe superet. Hieronymus cur Phoenicem inter Lactantii opera non commemoraverit, vide me mus. Rhen. XXXI 450 et N. Heisium disserentem in praefatione.

Lactantius Vergilium et Ovidium saepe attulit. Eosdem in poemate nostro expressos esse pauca exempla doceant. Ad v. 10

cf. Ovidius Met. I 564. — 15 sqq. cf. Vergilius Aen. VI 273 sqq. — v. 31 cf. Ovidius Amor. II 6, 54. — 69: palmam praeter Plinium XIII 42 et christianos solus Ovidius Met. XV 396 hic nominat. — 73 cf. ib. XIII 809 sq. — 77 cf. ib. XV 397. — 85 cf. Vergilius Georg. IV 123. — 86 cf. Ovidius Met. XV 394. — 87 cf. Ovidius Met. XV 398. — 103 cf. Ovidius Fast. V 537. — 107—8 cf. idem Met. XV 372—374. — 125 cf. Vergilius Ecl. 10, 68. Ovidius Met. X 736. Fast. IV 607. — v. 134 cf. Verg. Aen. 38(?)

EPITHALAMIVM LAVRENTII.

Inprimis te Sponse precor, patiare cauentem
Teque puella magis, tacito mihi crimine parcas.
Scimus enim, scimus vobis nunc carmina nostra
Doctiloquique etiam linguam sordere Maronis.
Sed breviter strictimque duos dicemus amantes,
Materiesque licet plus quaerat, pauca loquemur.
Principio generis simili vos stirpe creatos
Florenti Florique patris sat nomina produnt,
Matribus et pariter respondet foetus uterque;
Nam decuit Mariam sapientem fundere natam
Calliopenque simul iuvenem proferre togatum.
O similes multumque pares! Te prima iuventus
Insignem vegetumque tenet; nam nuper opacus

INCIPIT EPYTHALAM̃ LAVRENTII V *cf. finem libri II in Eutropium* ‖ *Titulus deest in* A ‖ *Initium nonnullis viris doctis videtur desiderari cf. quae dixi in praef. a. h. carmen p. 184* 1 I *omissum, sed spatium relictum* A 2 michi V ‖ crimine *Wernsdorfius* carmine VA 4 sordere *Wernsdorfius coniecit* superare (= *superesse*) *temptavit* *L. Mueller, Mus. Rhen. XXII, p. 89* solidare (li *superscr.*) VA 6 Mariaqu ... et (li *m. II*) V Maria .... (que licet *desunt, sed lacuna relicta*) A ‖ Maia quid et sponsus plus quaerat? *temptavit L. Muellerus, Mus. Rhen. XXIV, p. 336, idem ibidem cogitavit se posse scribere pro* sponsus *etiam* Laurens, *ut sponsi nomen non fuerit* Laurentius; *id tamen ut credamus fieri non potest* 7 nos A 8 Florenti VA Florentis *Heinsius ap. Burm.* ‖ patrum *Hauptius, Hermes II, p. 14* ‖ produnt *Riese* prodet VA prodent *Heinsius ap. Burm.* 9 fętus V fetus A 10 Maiam *L. Muellerus, Mus. Rhen. XXII, p. 100* ‖ natam *deest in* VA *restituit L. Muellerus, l. c. p. 99, ibidem* prolem *temptavit* 11 Calliopē A ‖ proferre to (*sic lac. sine ras.*) V proferre (*sic etiam* to *omisso et lac. sine ras.*) A togatum *restituit L. Muellerus Mus. Rhen. XXIV, p. 128* 13 nam nuper *deinde lac. sine ras.* V *praeterea* nam nuper *omisit* A ad aras *Buechelerus explevit* (*cf. de eius coniecturis Riesii praef. ad anth. lat. II, p. V*) opacus *ego* adultus *seu* ephebus *L. Muellerus, Mus. Rhen. XXIV, p. 128*

Flore genas plenaque decens lanugine malas
Mollia votifero dempsisti vellera ferro.
Egregio fulges cultu lucesque decorus
Et facie, mores patriamque ex nomine pandens.
Nam quae primates quondam genuere Latinos
Antiquaeque urbi proprium tribuere vocamen,
Dant tibi Laurenti Laurentes nomina nymphae.
Quid memorem mores iuvenili corde seniles
Atque Italum ingenium Romana fervere lingua?
Tu fora, tu leges celebras sanctumque tribunal,
Promptaque impavidus tu suetus dicere dextra.
Te palmam insontes semper tenuere patrono
Te contra stantem semper timuere nocentes.
Prorsus habes iuvenis totum quod Tullius auctor
Causidicos retinere iubet; nam fultus utroque
Vir bonus es nimium fandi pariterque peritus.
Ad te nunc breviter — nam sic te velle putamus —
Verba puella feram pulchro formosa colore
Lilia ceu niteant rutilis commixta rosetis,
Sic rubor et candor pingunt tibi florida vultus.
Denique miramur, quod colla monilia gestant:
Ecce umeris frustra phaleras imponis eburnis.
Nam tibi non gemmae, sed tu das lumina gemmis
Quodque alias comit, per te iam comitur, aurum.

14 Flore genas *scripsi* Florigenas VA [*Cf. Verg. VIII, 160 prima genas vestibat flore iuventas et Claud. XVIII, 343 lanuginis umbram, ibid. I, 69 Ante genas dulces quam flos iuvenilis inumbret*] ‖ plena incedens *Riese* ‖ malis *Riese* 15 demsisti V 16 fulgens *L. Mueller, Mus. Rhen. XXII, p. 93, servans v.* 16 Et facie ‖ lucesque *scripsi* totusque VA 17 Et (= *etiam*) facie A Et faciem V (*hic sup. lin. m. rec. add.* et) E facie *Riese* ‖ pandens VA pandis *Riese* 20 Dant V Dat A ‖ nomina V nomine A ‖ nymfę V nymphe A 21 in *delevi cum L. Muellero, Mus. Rhen. XXII, p. 90* 22 italum V ithalum A *fortasse* altum 24 Promptaque et *L. Muellerus, Mus. Rhen. XXII, p. 93* 25 Te palmam insontes *recte L. Muellerus, Mus. Rhen. XXII, 90* Te insontes palmam VA (*cf. de re Panegyricus in Pisonem v.* 31 *et a. h. l. Wernsdorf. poet. lat. min. IV, a, p. 243*) ‖ *Quae Hauptius* (*Hermes II, p. 14*) *exposuit, falso fundamento nituntur codicibus illo tempore nondum accurate excussis*

26 stantem *L. Muellerus l. c.* adstantem VA 29 fandi patq; (*sic*) peritus V *haec verba prorsus desunt in* A pariterque *restituit L. Muellerus, Mus. Rhen. XXIV p. 129* 30 At VA ‖ nunc V n̄ (= *non*) A 31 puleno A 32 niteant VA rident *L. Muellerus Mus. Rhen. XXII, p. 93*

33 Florida *ut sit nomen puellae Riese anth. lat. et Fleckeisen, Jahrb. 1868, p. 707* 34 quid — gestent A *quod laudat L. Muellerus, Mus. Rhen. XXIV, p. 129* 35 Ecce *scripsi* Ex VA ‖ humeris VA ‖ faleras VA ‖ suspendis *pro* imponis *ex Vergilio Burm. in Cl. ed. p. 1007, b* ‖ eburnis V eburnas A 36 Nam tibi non A Non tibi nam V
37 Quodque — iam comitur *ego* Atque — quod comitur *seu* Utque — iam comitur *L. Muell. ibid. XXII, p. 94* Atque — componitur VA

Docta loqui scriptique tenax veloxque legendi,
Et tamquam talis fueris praesaga mariti:

* * *

Sic Musea tuis insedit cura medullis.
Nec minus in propriis studium; nam vellera lanae
Textilibus calathis semper tractare perita
Inque globos teretes coeuntia volvere pensa
Compositas tenui suspendis stamine telas;
Quas cum multiplici frenarint licia gressu
Traxeris et digitis cum mollia fila gemellis,
Serica Arachneo densentur pectine texta
Subtilisque seges radio stridente resultat.
Sed iam sufficiat de magnis pauca locutum.
Non sinit hoc tempus totas nunc pandere laudes.
Quin magis o pueri vosque exaudite puellae,
Quos optare pares thalamos taedasque iugales
Sensibus ex imis suspiria ducta fatentur,
Consertas prensate manus magnumque per orbem
Dextra liget laevam, festos celebrate hymenaeos
Ac modulate melos, pariter caeso pavimento

38 Docta loqui *Buechelerus* Eloquii *Heinsius* . . . aloqui (*duabus vel tribus litteris initio omissis*) V *etiam* aloqui *omisit* A Eloquii es *voluit Riese* Addo quod es *temptavit in transcursu L. Muellerus*, *Mus. Rhen. XXIV, p. 129* 39 Et *Heinsius supplevit, lacuna duarum vel trium litterarum relicta in* V ‖ tāquam V ‖ *totum versus initium omisit* A, *qui lacuna relicta a* talis *incipit* ‖ *Post v.* 39 *versum deesse huius forte sententiae* ‘Astas ipsa viro pertentans omnia facta’, *in quo enuntiatio principalis inerat, docet conexus* 40 Sic *suppleri, lacuna duarum vel trium litterarum relicta in* VA Haec *supplevit L. Muellerus, Mus. Rhen. XXII, p. 94* Iam *Buechelerus coniecit* 42 galathis V ‖ tractare V traxere A 43 teretes V *quod iam Burmannus coniecit* veteres A ‖ volvere *Buechelerus* vellera V A (*quae est aberratio in v.* 41) vellere *Wernsdorfius* pectere *L. Muellerus, Mus. Rhen. XXII, p. 94* 45 frenarint *L. Muellerus l. c. p. 94* frenarunt VA 46 cum V tum A 47 Arachneo *Heinsius coniecit* araneo VA 48 st^{i}ndēte (*sic*) A 49 sufficiat V sufficiant A loquutum VA 50 Non A Nec V ‖ totos A ‖ nunc pandere laudes V effundere vires A *quod laudat L. Muellerus, Mus. Rhen. XXIV, p. 129*

52 Quos A Quas V ‖ tędasque V tedasque A 53 ex imis *iam in Heinsii apographo ap. Burm.* eximiis VA (*m. rec. del. in* V *alterum* i) 54 prensate V pēsate (*sic*) A pressate *coniecit Buechelerus* 55 festos V fastos A ‖ ymineos V himeneos A 56 modulate *L. Muellerus, Mus. Rhen. XXII, p. 95* modulante VA ‖ caeso pavimento *Heinsius coniecit* cesoque pavinto VA caeso paumento *Hauptius, Hermes II, p. 13 temptavit* quasso pavimento *Riese* caesoque pavito *L. Mueller, Mus. Rhen. XXII, p. 95* ‖ *Post v.* 56 *L. Muellero, Mus. Rhen. XXII, p. 92 et p. 95 versum excidisse videtur, sicut* ‘In numerum castas alacres agitate choreas’ *Contra eum Riese, Fleckeis. Ann. 1868 p. 708*

Cum pede vox resonet; persultent atria larga,
Quae virides cingunt hederae laurique coronant
Votiferique ignes stellanti lumine complent.
Tympana, chorda simul, symphonia, tibia, buxus,
Cymbala, bombalium, cornus et fistula, sistrum,

* * *

Quaeque per aeratas inspirant carmina fauces,
Umida folligenis exclament organa votis.
  Surge age iam iuvenis, dextram complectere sponsae
Tuque puella caput niveo velamine tecta
Non cunctante gradu gressum comitare mariti.
Teque etiam paucis moneamus pronuba verbis.
Cum fuerit ventum ad thalamos primumque cubile,
Sit tibi cura vigens innoxia reddere membra
Virginis, ut totum quod possit laedere demas.
Nullum sit capiti, quo crinis comitur, aurum
Nec collo maneant, nisi quae sunt levia fila,
Anulus et digitis tollatur mollibus asper
Ac niveos auro propera spoliare lacertos,
Ne, dum proludunt atque oscula dulcia iactant
Exercentque toris Veneris luctamen anhelum,
Cuncta per amplexus foedentur membra mariti
Atque invita viri maculet, quae diligit, ora.

57 Cōpede A ‖ larga VA longa *in Heinsii apographo ap. Burm., idem coniecit L. Muellerus l. c. p. 95* 59 Votiferique ignis *L. Muellerus l. c. ex v.* 15 *supra* Votigerique ignes VA ‖ stellanti lumine *conieci* stellantia lumina VA limina *coniecit Heinsius* 60 Timpana A ‖ chorda *iam Heinsius* corda VA ‖ simphonia A 61 Cimbala A ‖ bombalium *Burmannus* (*cf. L. Mueller l. c*) bambalium A bambilium V sistrum *Heinsius* si *deinde lacuna* V *prorsus id verbum omissum in* A *Post v.* 61 *haud dubie deest versus, qui enuntiatum continebat ad instrumenta v.* 60—61 *nominata, sicut v.* 63 *ad v.* 62. [*Cf. Cl. cons. Theod. 315*] 62 ęratas V erratas A ‖ fauces *Hauptius, Hermes II, p. 15* voces VA ‖ *Alia quae Hauptius et Wernsdorfius h. l. coniecerunt iam supervacanea sunt Vaticano collato, cf. L. Mueller l. c. p. 96* 63 folligenis *Burmannus* folligeris VA ‖ hu⁊ia (= *humida*) A ‖ exclament *L. Muellerus, Mus. Rhen. XXII, p. 96* exclamant VA ‖ votis V vocis A ventis *temptavit L. Mueller l. c. p. 96* 67 Tuque A ‖ monearis A 69 vigens V ingens A ‖ menbra VA 71 crinis V c(i)nis A ‖ aurum *vix sanum, vide v.* 74 72 maneant V iaceant A ‖ leuia fila VA mollia filo *Heinsius apud Burm.* 73 *Aldhelmus affert, sed pro* 'et' *ponit* 'e' (*cf. L. Mueller l. c. p. 85* et *Hauptius, Hermes II, p. 14*) 74 auro] acu *temptat L. Muellerus l. c. p. 96* 75 Ne V Nec A ‖ proludunt *Riese* faro ludum V *lacunam reliquit* A ludunt *iam legit L. Muellerus, Mus. Rhen. XXIV, p. 129, idem de* 'faro' *dubitavit, in transcursu commemoravit* 'ambo *seu* mox *seu* iam' 76 thoris A ‖ (h)anelū (*sic m. 1*) A 77 Iuncta *voluit L. Muellerus, Mus. Rhen. XXII, p. 97* ‖ fędentur V fedentur A ‖ menbra V

Ite pares tandemque toro recubate petito:
Mellea tunc roseis haerescant basia labris
Per niveosque umeros collumque per oscula manent
Et compressa suis insudent corpora membris,
Dextera cervicem roseam subiecta retentet
Turgentesque simul constringat laeva papillas.
Vivite felices quam longaque carpite saecla,
Vivite concordes, donec premat una senectus,
Donec vestra habeant natorum vota nepotes.

AD MARTEM.

Mars pater armorum fortissime belligerator,
Esto volens mitis facilis deus, esto benignus.
Sic tibi post pugnas et pastos sanguine campos
Amplexus tribuat vincli secura Cythere.
Tu crista galeaque rubes, tu pulcher in aere
Incutis a vultu radiantia lumina ferro.
Te thorax gladiusque tegunt, non quo tibi terror
Hostilis subeat, sed quod decor exit ab armis.
Tu cum pulsatum clipei concusseris orbem,
Immugit mundus, tellus tremit, aequora cedunt.

79 thoro A ‖ petito *L. Muellerus l. c. p. 97* potito VA 80 hęrescant V herescant A ‖ labra labris *perverse affert Aldhelmus* (*cf. praef. ad. h. carmen p. 184*), *alibi idem* 'labra labellis' 81 *post v.* 82 *posuit* V *ego ordinem mutavi cum L. Muellero Mus. Rhen. XXIV, p. 128, duos totos omisit, sed lacunam unius versus reliquit* A ‖ Per *add. man. rec. in lac.* V ‖ os *deinde lacunam sine ras.* V oscula manent *scripsi cum L. Muellero, Mus. Rhen. XXIV, p. 128* os (q; *supra*) caputque *correxit man. rec. in* V 82 menbris V 83 roseam V niveam A 84 Turgentesque V Stringentesque A ‖ leva VA 85 *Ad* 'quam longaque' *cf. Laus Herculis v.* 89 86 una VA *fortasse* ima (*i. e. extrema, ultima*) 87 Donec *add. in lac. m. rec. in* V (*cf. Riese l. c. p. 709*) Et iam *voluit L. Muellerus, Mus. Rhen XXIV, p. 130* Donec vestra *omisit* A (*in lacuna quae relicta manus eiusdem aetatis add.* Multorumque) ‖ vota V iura A

De ordine carminum trium quae secuntur, vide praefationem p. 185 sequitur nullo spatio relicto carmen ad Bacchum ‖ Ad Martem *scripsi* LAVS MARTIS *in margine m. pr.* V *Titulus deest in* A 1 M *omissum, sed spatium litterae relictum* A 2 mittis V 4 tribuit A ‖ vincli *Heinsius* vinclis VA ‖ cithere VA 5 ęre V ere A 6 a vultu V e vultu A 7 gladiusque *scripsi* (*cf. Cl. X, 192* horror Thoracum gladiosque tegat vagina minaces, *quamquam sententia diversa, tamen memoria eius loci patet*) cassisque *Meyerus* ocreaeque *Riese, Fleckeis. Ann., 1868, p. 709* 8 erit *corr. m. rec. in* exit V exit ab armis *omisit* A 9 pulsati A ‖ clipei V (i *corr. m. rec. in* y) A ‖ concosseris A 10 ęquora V equora A ‖ 11 *et* 12 *omisit* A, *deinde sequitur in* A *quattuor versuum lacuna sine ras. quae excipitur a carmine min. XXXI* (*LVI*)

Da reditum nobis, patriam repetamus ovantes.
Sic tibi lascivae celebrentur in Urbe Kalendae.

AD IUNONEM.

Iuno poli dominans, cui vincla iugalia curae,
Aeterni caeli regis coniunxque sororque
Da reditum nobis. Sic regnum transeat orbis

Finis deest.

AD BACCHUM.

Bacche Lyaee sator vitis Semeleie Bromie
Thyrsitenens biparens trieterice Nysie Liber
Flos Ariadnaee et chorearum laete Thyoneu
Da reditum nobis. Sic totis dulcia nivis
Musta fluant spumetque cavis vindemia labris

Finis deest.

DE DULCIO.

Nectareo muro dulces cinguntur haerenae.

12 Da *add. in lac. m. rec.* V ‖ reditum nobis *cum Riesio* nobis reditum V 12 Sic ti *add. m. rec. in lac.* V ‖ lascive V ‖ Kalendę V

Carmen in solo V *legitur, nullo spatio relicto carmini ad Martem subiungitur* ‖ Ad Iunonem *scripsi* IVNONALIBVS (*sic*) V *in marg., m. I* (*cf. de eo titulo quae in praef. dixi p. 185*) 1 Iuno *scripsi* (*de ō cf. Cl. Rapt. Pros. 106*) Atque *manus rec. in lac.* V Sancta *Riese supplevit* ‖ dominans *scripsi* domina V 2 Aeterni *scripsi* Supremi (Supr *restituit m. rec.*) V ‖ coniuxque V 3 Da re *supplevit dudum Riese,* Det re *m. rec. add.* V ‖ *Finis desideratur*

Post epith. Laurentii legitur nullo spatio relicto in VA ‖ *in marg.* DE LIBERALIBVS *m. I add.* V Ad Bacchum *ego* 1 Bacche *initio posui ut* Mars *et* Iuno *in antecedentibus carminibus, deinde ut metrum restitueretur scripsi* Lyaee sator vitis Semeleie Bromie ‖ De Bromie *cf. Verg. Georg. I, 397 et ibid. Forbiger* ‖ Lęneę (enee *omisso* L, *sed lacuna relicta* A) vitis (vittis V) sator Bromie Semeleie (Semeleia A) Bache VA

2 Tirsitenens A ‖ *finis versus 2 et v. 3 desunt in* A, *sed lacuna relicta* ‖ biparens *ego ex analogia quamquam alibi non inveni* bimater V *contra metrum* ‖ Nysię V 3 ariadene V et *interposui* (*cf. epith. Laur. v. 68, Anth. Riese n. 744, v. 9, ibid. 745, 8, ibid. 746, 2, 4, 9*) ‖ chorearum *scripsi* coriatice V 5 Musta *Riese* Musa VA ‖ *post* fluant *lacuna huius vocis spatio sine ras. in* A ‖ —que cavis *omisit* A

DE DVLCIO DE LVCVSTA (*sic*) V, *deinde sequitur versus de Dulcio et carmen de Locusta* (n. XXV [LXXXIII]). *in* VA [cf. praef. vol. II VARIA cet.] ‖ *Titulus deest in* A 1 N *omissum initio, sed lacuna relicta* ‖ harene VA

DE ZONA MISSA AB EADEM[1]) ARCADIO AUGUSTO.

Stamine resplendens et mira texilis arte
Balteus alipedis regia terga ligat,
Quem decus eoo fratri pignusque propinqui
Sanguinis Hesperio misit ab orbe soror.
Hoc latus astringi velox optaret Arion,
Hoc proprium vellet cingere Castor equum.

DE HIPPOPOTAMO.

Utraque fecundo nutritur belua Nilo:
Quaeque vorat morsu quaeque sub ore fremit.

DE AQUILA QUAE IN MENSA DE SARDONYCHE LAPIDE ERAT.

Mensa coloratis aquilae sinuatur in alis,
Quam floris distinguit honos, similisque figura
Texitur: implumem mentitur gemma volatum.

DE SALVATORE (CARMEN PASCHALE. XCV).

Christe potens rerum redeuntis conditor aevi,
Vox summi sensusque dei, quem fudit ab alta
Mente pater tantique dedit consortia regni:
Impia qui nostrae domuisti crimina vitae,
Passus corporea mundum vestire figura
Affarique palam populos hominemque fateri:

---

1) I. e. Serena.

ITE̅ DE ZONA MISSA AB EADE̅ ARCHADIO AṼG. V *Titulus deest in* A 1 S *omissum initio, sed lacuna relicta est* A 2 ligat (e *m. rec.*) V ligat A 3 Q'd A 4 ore A 6 vellet *supr. lin. m. I add. in* V

De titulo in V *vide finem app. crit. ad epith. Palladii* ‖ *Titulus deest in* A 1 U *deest initio, sed lacuna relicta* A ‖ nucct̃ (*sic*) A

QVE IN MENSA DE SARDONVCHE LAPIDE ERAT V *Titulus deest in* A 1 M *deest initio, sed relicta lacuna* A ‖ sinat̃ (*sic*) A 2 destinguit V

C *in hoc et seqq. carminibus* = *Camers* ‖ eiusdem ðE SALVaTORE FELICITER φ DE SALVATORE G *etiam* C(*amers*) Explicit liber XIII'. ꝰ ultimus Claudiani . Epigrāmata varia eiusdem L *Titulus deest in* VAV1 CARMEN PASCHALE *editt.* 1 C *in* A *omissum, sed lacuna relicta* ‖ A p̃e V1 *et* Ipse L *scripsit pro* Xp̃e (= *Christe*) ‖ *fortasse non* redeuntis, *sed* venientis ‖ aevi] anni g ‖ orbis VA 3 Mente] Magne V1 4 qui Gg tu φVALV1C 5 mundum GφVALV1C mundi g 6 Adfarique φ

Quem ventre inclusum Mariae mox numine viso
Virginei timuere sinus, innuptaque mater
Arcano stupuit compleri viscera partu
Auctorem paritura suum. Mortalia corda
Artificem texere poli mundique repertor
Pars fuit humani generis latuitque sub uno
Pectore, qui totum late complectitur orbem,
Et qui non spatiis terrae, non aequoris unda,
Nec capitur caelo, parvos confluxit in artus.
Quin et supplicii nomen nexusque subisti,
Ut nos eriperes leto mortemque fugares
Morte tua: mox aetherias evectus in auras
Purgata repetis laetum tellure parentem.
  Augustum foveas, festis ut saepe diebus
Annua sinceri celebret ieiunia sacri.

LAUS CHRISTI.

Proles vera dei cunctisque antiquior annis,
Nunc genitus, qui semper eras, lucisque repertor
Ante tuam matrisque parens: quem misit ab astris
Aequaevus genitor mundique in semina fusum
Virgineos habitare sinus et corporis arti
Iussit inire vias parvaque in sede morari,
Quem sedes non ulla capit: qui lumine primo
Vidisti quicquid mundo nascente crearas.
Ipse opifex, opus ipse tui, dignatus iniquas
Aetatis sentire vices et corporis huius
Dissimiles perferre modos hominemque subire,
Ut possis monstrare deum, ne lubricus error

7 *deest in* V ‖ Qd'que A Quemque V1 φ ‖ ventre *scripsi* verbo φ G V1 utero AL (*sic*: u'to) C ‖ nomine (u *m. II*) φ numine V1C angelo A angele (*sic*) G ‖ numine uiso *desunt in* L 8 timuere A (u *m. II*) tumore φ tumuere G V L V1 C tremuere *iam Heinsius non male coniecit* tenuere *deterior quidam* 9 Archano G V A L V1 11 texere] fudere L 12 imo C 15 Nec φ G V A C Non L V1 16 supplicii nomen φ G V (suplicii) A V1 C supplicium numen L mancipii nomen *vetus codex Claverii* ‖ subistis L 17 eriperes G L V1 subriperes φ V A C ‖ laeto φ lęto V 18 ethereas V A L C 19 Purgatam L ‖ repetis — tellure *antiquus liber Claverii* (*cf. Laus Christi v. 25 seq.*) repetens — te luce φ G V A L V1 C ‖ laetum C letum V A V1 laeta φ lęta G leta L 20 Angustum L 21 celebre (t *m. II*) ieiunia sagri (c *m. II*) φ

Claudiani laus Christi C 3 Nate tuae *Barthius* ‖ tuam *Heinsius* tuae C 4 mundique *scripsi* verbique C ‖ Aequaevus genitor verbi qui cet. *male Barthius* 9 tui *Scaliger* sui C

Et decepta diu vani sollertia mundi
Pectora tam multis sineret mortalia saeclis
Auctorem nescire suum. Te conscia partus
Mater et attoniti pecudum sensere timores.
Te nova sollicito lustrantes sidera visu
In caelo videre prius lumenque secuti
Invenere magi. Tu noxia pectora solvis,
Elapsasque animas in corpora functa reducis,
Et vitam remeare iubes. Tu lege recepti
Muneris, ad Manes penetras mortisque latebras
Immortalis adis. Nasci tibi non fuit uni
Principium finisque mori: sed nocte refusa,
In caelum patremque redis rursusque perenni
Ordine purgatis adimis contagia terris.
Tu solus, patrisque comes, tu spiritus insons,
Et totiens unus triplicique in nomine simplex.
Quid nisi pro cunctis aliud quis credere possit
Te potuisse mori, poteras qui reddere vitam?

MIRACULA CHRISTI.

Angelus alloquitur Mariam, quo praescia verbo
  Concipiat salva virginitate deum.
Dant tibi Chaldaei praenuntia munera reges,
  Myrrham homo, rex aurum, suscipe tura deus.
Permutat lymphas in vina liquentia Christus,
  Quo primum facto se probat esse deum.
Quinque explent panes, pisces duo, milia quinque:
  Et deus ex parvo plus superesse iubet.
Editus ex utero caecus nova lumina sensit
  Et stupet ignotum se meruisse diem.
Lazarus e tumulo Christo inclamante resurgit,
  Et durae mortis lex resoluta perit.
Nutantem quatit unda Petrum, cui Christus in alto
  Et dextra gressus firmat et ore fidem.

13 decoepta C ‖ vani *Heinsius* varii C ‖ solertia C 15 patris *Barthius* 17 cursu *coniecit Riese* 21 recoepti C 23 non *Gesnerus* nam C nam haud *non bene Heinsius* 24 reclusa *seu* retusa *Heinsius* repulsa *Buechelerus* 27 spirituum fons *Barthius voluit* 28 toeies C 29 Quid, nisi pro cunctis aliud? quis credere possit, cet. *sine sensu editt. Fortasse* Nil nisi cet. *ut coniungendum sit* Nil aliud quis (= *aliquis*) credere possit nisi Te pro cunctis potuisse mori, *sed verborum ordo id vix concedit. Scaliger multa deesse putavit.*

Claudiani miracula Christi C 4 Mirrham C ‖ thura C

Exsanguis Christi contingit femina vestem:
   Stat cruor in venis; fit medicina fides.
Iussus post multos graditur paralyticus annos,
   Mirandum, lecti portitor ipse sui.

IN SIRENAS.

[Dulce malum pelago Siren volucresque puellae]
Scyllaeos inter fremitus avidamque Charybdin
Musica saxa fretis habitabant dulcia monstra,
Blanda pericla maris, terror quoque gratus in undis.
Delatis licet hinc incumberet aura carinis
Implessentque sinus venti de puppe faventes,
Figebat vox una ratem, nec tendere certum
Delectabat iter reditus, odiumque iuvabat:
Nec dolor ullus erat; mortem dabat ipsa voluptas.

LAUS HERCULIS.

Pieridum columen, cuius Parnasia magno
Numine templa sonant, laetos precor huc age Phoebe
Tecum iunge choros: penetralia sancta sororum
Et nova Castalios latices per rura petentem
Hippocrenaeum victorem visere fontem
Me fac. Namque tuam non nunc novus advena turbam
Ingredior laurosque gerens et florea sertis

15 Exanguis C ‖ foemina C   16 fide *Buechelerus*   18 lecti *corr. editores* lectus C (*attamen* lectus *genet. in latinitate vetustiore adhibetur*)

EIVSꝺEM (*i. e Claudiani*) IN SIRENAS φ Claudianus in Syrenas C(*amers*)   1 Siren *vetus Claverii liber* sirenae φ syrenae C ‖ *Primum versum ab indocto quodam interpolatum puto* Dulce (*v. 3*) *respiciens et pessimam constructionem verborum; voluit aliquis Sirenum nomen carmini addere, quod inscito potuit videri desiderari*   2 Carybdim C   5 hinc *ego* huc φC   6 faventes *scripsi* ferentes φC furentes *Claverii vetus codex* ‖ *Sententia loci haec est: Quamquam venti maxime fortes et faventes naves propellunt, tamen una Sirenum vox efficit, ut qui in ea insunt desiderium redeundi in patriam perdant et in dulcem mortem irruant*   7 Fugebat C ‖ coeptum *coniecit Heinsius*   8 ociumque C   9 color, *in marg. sic*: a. l. dolor C

A = *Aldina*, Cl = *Clareriana a. 1602*, C = *Camers*, H = *Heinsius* [*Orthographiam editionum plerumque omisi*] ‖ eiusdem (*i. e. Claudiani*) laus herculis φ laudes Herculis *editt.*   2 Nomine φ ‖ Phoebe precor huc age laeto φA   2—3 laetos — choros *scripsi* laeto — choro φACCl   3 Tecum iunge Cl Tecum cuncta φAC ‖ penetralibus φA   4 noua (*sic*) C   5 Hippocreneon φA ‖ visere *scripsi* sistere φACCl Hippocrenaeo — insistere fonte *seu* fonti H Hippocrenaeo sistere fonti *Delrius*   6 Me fac. namque Cl Me fameque φA Me famaque C Me dignare tuam *Delrius* ‖ rupem Ingredior *temptat* H   7 laurusque φ

Tempora vincta tuis doctorum munera vatum.
Testor adhuc veteres quamvis desuetus honores.
Alcides mihi carmen erit, germana Tonantis
Progenies, dignus credi post viscera numen
Semper ob immensos invicti roboris aestus.
Nec nasci potuisse vacat; nam lucis in ipsis
Inclite principiis tardo vix editus ortu
Fecisti de patre fidem. Sed cur mihi lentis
Ludis adhuc Cyrrhaee modis tenerumque resultans
Luxuriante leves impellis pollice chordas?
Pone habitum, quo molle canis, et frondis amatae
Linque nemus mollique exutus tempora lauro
Populea mecum carmen luctare sub umbra.
Iam grave plus etiam, quam ventris tempora vellent,
Alcmenam tendebat onus. Sed regia Iuno
Impedit et partus prohibet nascique vetabat,
Ut metus ipse deum monstret. Nec vivida caeli
Semina mortales norunt sentire latebras,
Nec possunt sufferre moras. Datur inde novercae
Materies gravibusque odiis augmenta ministrat,
Quod vinci coepisse pudet. Mox improba binos
In tua membra iubet, dum nasceris, ire dracones.
Incumbunt celeres illi squamosaque iussus
Armat colla furor, nec quamvis maxima tractu
Tardantur spiris; sequitur pars cetera pectus.
Tristis Tartarea vibratur sibilus aura.
Morte rubent oculi trifidisque horrentia linguis
Ora sonant nigrumque fremens levat ira venenum.
Quid nunc invictis fraudes innectere fatis
Caelicolum regina iuvat? Cur obicis angues?
Cur parvo geminos? Anne unum posse necari
Iam strato Pythone times? Licet omnia mundi
Monstra voces ipsamque armes serpentibus Hydram,

8 suis H *putat* ‖ lauroque gerens *marult* H ‖ munere *idem* 10 germana] romana φAC non vana *Scaliger* 11 post funera *male Burmannus* ‖ nomen φ ‖ *Ad* dignus credi *cf. infra v. 88 et Cl. XVIII, 63, XXXVI, 283* dignusque coli *Baehrens, Fleckeis. Ann. 1872, p. 53* 12 Semper ob Cl Semper in C Cui semper φA ‖ inmensos φ ‖ actus *pro* aestus *malim cum* H 13 Vix nasci *Burmannus* 14 Inclyte φAC principiis CCl primitiis φA 16 chirrhaee φ cyrrhate (*sic*) A Cyrrhaea Cl Cyrraea C 18 molle canis φA mollis amas CCl 19 solitaque — lauro H ‖ *v.* 18 *et v.* 19 molle *bis non offendit* 21 ferrent *non male* H 22 Alcmena C 23 partu prohibet H *malit* 27 alimenta *malit* H 28 Quod vinci se posse (*seu* potuisse) pudet H *temptat* 30 squammosaque C 32 tardantur CCl Tardatam φA 34 horrenča (*sic*) C 35 pluit *temptat* H 36 invitis *scribit* H 37 obicis φA obiicis CCl

Defendet natura deum patremque probabit,
Quod non vis constare, Iovem. Iamque irrita taetri
Iussa parant implere angues, miseroque furore
In tua fata tument. Cernit tua membra petentes
Horrescitque parens numenque ignara creasse
Mortali pietate timet. Nil sancta superbae
Paelicis insidias caelo modo freta tremiscas,
Neve haec monstra tibi faciant Alcmena pavorem.
Sic mater potes esse dei. Iam tolle serenum
Laeta animum tantoque libens haec aspice vultu,
Ut deceat genuisse Iovem. Depone timorem
Indignum partu natumque exemplar habeto.
Cui metuis, nil ipse timet. Nam numine recto
Ridebas tu dive, truces animosque superbos
De genitore tenens, votisque aptissimus orbis
Gaudebas tantam iam tum meruisse novercam,
Et quamvis tener es, cogens in bracchia pondus,
Corripis exiguis mox grandia guttura palmis.
[Corripis illidens prensos tellure dracones.]
Efferat aetherium quantum volet orbis in axem
Latoidas verosque probet sua fabula divos,
Quod Delo iam stare licet: non aequa laborum
Gloria, nec parili serpentes sorte necarunt.
Illi unum ferro, geminos hic inermis et unus.
His coeptis non ulla parat cunabula partus

41 Defendit φ 42 non vis] novit (*sic*) C nolis H ‖ inrita φ ‖ taedri φ taetri A tetri CCl 43 miseroque CCl miserorumque φA ‖ forore φ 44 In sua fata φ 43—44 versoque furore In sua fata H *temptat* 45 numenquę φ ‖ creasse Cl creasset φAC 46 ninil (l *add. m. I*) φ ‖ superbat A 47 Paelicis φ Pellicis ACCl ‖ tremescas φAC 48 monstrat (*sic m. I corr.*) φ 49 Si mater H 50 tutoque *Riese* blandoque *seu* lentoque *Baehrens l. c.* 51 Iovi H | tenuisse Iovem *Baehrensius l. c.* ‖ timorem CCl pavorem φ favorem A 52 natum quae C ‖ habeto Cl habebat φA habebas C *in quo forte* habebis *inest cum vi imperativi* 53 nil CCl nihil φA ‖ numine CACl nomine φ ‖ lumine recto H 54 divae C ‖ trucesque C 55 tenens *coniecit* H tenes φACCl 56 tantum φ 57 *legitur post v.* 58 *in* φACCl, *ego versus transposui* ‖ 57 Et] Ex φ ‖ tener es *conieci* teneri φ teneris CCl teneri A ‖ brachia φACCl 58 gutura φ 59 *expunxi ut a librario interpolatum post versus superiores confusos, legitur in* φ A Cl C ‖ *Ceterum v.* 57 *seqq. alii aliter sibi videbantur sanasse, de quibus vide Riese anth. lat. ad h. l. et Baehrens l. s. c.* ‖ 59 illidens prensos C illidens praensos (*sic*) Cl impressos liuens φ impressos licuens A ‖ tellere (u *add. m. I*) φ ‖ dacones (*sic*) Cl 60 aethereum CCl ‖ volit φ 61 Latoidas CCl Laetoidas φA ‖ fauola φ 62 Quod CCl Quo φA 63 parilis φ ‖ sortete necarunt φ 64 hic inermis CCl inhermis (hic *deest*) φ et inermis A

Diva tibi; sed cum totis iam bruma rigeret
Imbribus et solidis haererent flumina lymphis,
Nudum praegelidis durando firmat in undis.
Utque rudis primo temptasti robore gressus,
Frondosae deserta vagus penetralia silvae
Secura iam matre petis telisque tremendis
Ludis et aetherias adducto deicis arcu
Aut funda violenter aves noctemque sub astris
Exigis et puram fractis bibis amnibus undam.
  Immanem interea Nemeae per lustra leonem
Ipsa Chimaeraea cretum de gente noverca
In tua depastis armabat vota iuvencis
Augebatque fero vires rabiemque iuvabat
Naturam minus esse putans. Heu quanta virorum
Funera! Quam multos stravit cum gentibus agros!
Non illum magnae viduatis moenibus urbes
Armorum fregere minis Martique domando
Assuetas morsu fudit graviore catervas.
Hunc gravis Eurystheus — nam te quocumque levares,
Imperium duri voluit sufferre tyranni
Sic mundo fortuna favens — hunc sternere leto
Imperat. At nullum virtus reticenda per aevum
Dignaque sidereos post membra intrare recessus
Posse mori quam vile putat; namque impiger ultro
Vadis et immensae scrutatus devia silvae
In nova sanguineos animasti vulnera rictus.

66 Diva CCl Dive φA ‖ motis H *coniecit* ‖ bruna φ 67 lyphis φ 69 rudes φ ‖ temptasti φA tentasti CCl 70 deserta vagus CACl vagus deserta φ ‖ sylvae C 71 tremendis CCl tremendas φA ‖ 71—72 telisque tremendum Ludis H telisque tremendus *Baehrens l. c.* 72 Ludis et aerias Cl Laus et aerias φ Ludis in aethereas C Ludis aetherias* (*sic*) A ‖ deicis φA deiicis CCl 73 violenter CACl violentus φ ‖ *Ad v. 69 seqq. cf. Vergilius Aen. XI, 573 seqq. de Camillae educatione, ad v. 73 seq. vero Claud. VII, 48 seq.* 74 crudam H 75 *et* 76 *ita contraxit* φ Immanem interea cretum de gente noverca 75 Nemea A ‖ Chymirea A Chimerea Cl 79 Natura φ ‖ heu quanta virorum CCl quantaque virorum φA (heu *omisso*) 80 cum gentibus agros *Riese* cum dentibus apros φACCl ‖ quam multos stravit sementibus agros H2 quam multos cumulavit gentis acervos *vel* constravit messibus agros H3 quam multos stravit tum dentibus agros *non apte Baehrens l. c.* 83 Adsuetas φ ‖ morsus CA 84 Euristheus Cl ‖ quocunque Cl quocumque C quo cuncta φA 85 tyrranni φ 86 loeto C loetho Cl 87 At CCl Tum φA 89 quam vile, *pro quo ego olim* iam vile, *defendit epith. Laur. v.* 85 quam longaque saecula ‖ putat Cl putas φAC ‖ nanque A 90 Vadis et immensae CACl Vadis inmensae φ ‖ devia sylvae CCl devia silvae A invia silvae φ 91 animasti Cl armantem CA armante φ *Post v. 91 versum excidisse putat Riese*

Admonita feritate, iuba visuque cruentus
Excussis movet arma toris dubiumque residens
Infremit. Invadis trepidum solisque lacertis
[Grandia corripiens eluso guttura morsu]
Imbellem fractis prosternis faucibus hostem.
Tunc et flavicomis radiantia tergora villis,
Ceu spolium fuso victor rapis. Emicat omnis
In laudes mox turba tuas longoque relicta
Currit in arva metu. Iuvat ire et libera rura
Defensosque videre locos, silvamque iuvencis
Iam facilem et nullis resonantes fletibus agros.
Maenalium petis inde nemus fletamque colonis
Arcadiam et steriles raro iam robore silvas.
Namque hic immensa membrorum mole cruentus
Indomitus regnabat aper soloque tremendus
Corpore lunatis fundebat dentibus ornos
Sternebatque suos lugentia rura colonos.
Horrebat rigidis nigrantia corpora saetis,
Duratosque armos scopulis totosque per artus
Difficilis potuisse mori. Non spicula in illum
Nodosumve rapis clavato pondere robur.
Armati viduatur honos. Nec vulnera virtus
Extemplo tibi facta timet, iamque arripis ultro
Spumantem cogisque diem sufferre tuendo
Atque supinato mirantem lumine vinci
Argolici victor portas sub tecta tyranni.
Fama celer toto victorem sparserat orbe,

92 iuba CCl iubas φA 94 Infremit CCl Infremuit φA ‖ in vadis A inadis (*sic*) C ‖ solidisque H *coniecit* totisque *temptat Riese* 95 *qui in omnibus libris expunxi, quoniam librarii cuiusdam interpolatio v. 58 imituti* ‖ eluso φCACl eliso *editt. nonnullae recentt. nescio unde* eluso *coniecit iam* H 96 Inbellem φ 97 Tunc et CCl Quin et φA 100 ire] ore A (*Cf. Verg. Aen. II, 27, Claud. V, 431 seq.*) 101 focos *temptat* H ‖ desertosque locos *ex Verg. Aen. II, 28 voluit Baehrens l. c.* ‖ sylvamque CCl silvamque A silvasque φ ‖ iovencis φ 102 nulli φ 103 Moenalium C 104 raro sterelis φ raro steriles A ‖ sylvas CCl 105 Nanque ACl ‖ inmensa φ ‖ membrorum mole rigentum H *coniecit* 106 tremendis φ ‖ solidoque tremendus *coniecit* H 108 suos — colonos CCl suis — colonis φA suis ingentia rura colonis *Riese malit* 109 Horrebat H Horrebant φCACl ‖ rigidis φA trifidis CCl ‖ nigrantia tergora *malit* H 110 Duratosque φCACl Duratusque *Wernsdorfius* ‖ scapulis *Wernsdorfius malit* ‖ tutosque per artus H *coniecit* 112 clavato *cum Pulmanno* gravidato Cl gravato φAC 113 vitatur *voluit Baehrens l. c.* 114 Exemplo φA 115 deum *temptat Riese* 116 supinando φCA inopinato *Baehrens l. c.* ‖ limina φ lumina CA 117 tyrranni φ 118 celer *pro* celeris (*cf. v.* 133) *tantum ex antiquissimis temporibus notum habeo* ‖ urbe φ

Auxiliumque dei poscebat Creta cruento
Victa malo. Taurus medio nam sidere Lunae
Progenitus Dictaea Iovis possederat arva.
Fulmen ab ore venit flammisque furentibus ardet
Spiritus et terram non caeli flamma perurit,
Sed flatus monstri. Tecto iam Siria cessent
Sidere solque licet glaciali frigore victus
Abstrusum mundo claudat iubar aurea condens
Lumina et ignifluo stupefactus in orbe tepescat.
Aestus habet Cretam, pereunt silvaeque lacusque
Graminaque et fontes sacri montesque perurit
Flamma ferox. Idam superis spectantibus ignis
Dissipat et magno cunabula grata Tonanti
Igne suo monstrum, si fas est dicere, vincit.
Tandem fama celer Dictaea ad litora magnum
Duxerat Alciden, cum taurum dira minantem
Excipit, et saevum cornu flammasque vomentem
Corripit atque artus constringens fortibus ulnis
Ignifluos animamque in pectore clausit.

Reliqua desiderantur.

119 creta cruento C Cl creata crudeli φ creta crudeli A 124 tecto *scripsi cum* sidere *id coniungens* dextro φ C A Cl *quod frustra magna doctrina Gesnerus explicare studuit* tetri *Scaliger* retro *Riese* ‖ Siria *pro* Sirius *alibi quod sciam non invenitur, tamen id non refutaverim cum Scaligero* Sidera *contra libros scribente, cum in* dextro *quin insit* tecto *non dubito. Sic locus bene convenit cum seqq. ubi simili modo de sole agitur.* Syria C ‖ cesset Cl. *Hinc conieci etiam* Tecto iam Sirius erret Sidere 125 Sidere φ C A Cl Sidera *Scaliger voluit* ‖ victus C Cl victor φ A 126 iuba φ A 127 Limina φ ‖ ignifluus φ A ‖ tepescet φ A 128 silvaque φ sylvaeque A Cl 129 sagri φ sicci *coniecit Buechelerus* 133 Vixdum *fortasse* ‖ littora C A Cl ‖ magnum (*sic*) Cl 134 qui taurum *Baehrens l. c.* 135 Accipit C A ‖ *Finem deesse nemo non vidit*

LACTANTII

DE AVE PHOENICE

RECENSUIT

ALEXANDER RIESE

LACTANTII

DE AVE PHOENICE

Est locus in primo felix oriente remotus,
Qua patet aeterni maxima porta poli,
Nec tamen aestiuos hiemisue propinquus ad ortus,
Sed qua sol uerno fundit ab axe diem.
Illic planities tractus diffundit apertos,
Nec tumulus crescit nec caua uallis hiat;
Sed nostros montes, quorum iuga celsa putantur,
Per bis sex ulnas imminet ille locus.
Hic solis nemus est et consitus arbore multa
Lucus, perpetuae frondis honore uirens.
Cum Phaëthonteis flagrasset ab ignibus axis,
Ille locus flammis inuiolatus erat;
Et cum diluuium mersisset fluctibus orbem,
Deucalioneas exsuperauit aquas.
Non huc exsangues Morbi, non aegra Senectus,
Nec Mors crudelis nec Metus asper adest,

Sine titulo P IT̃· LACTATII DE EADEM AVE V VERSUS LACTANTII DE AVE FOENICE L 2 patit P ‖ poli PV] caeli L 3 hiemesue V hiemisu///e (a *erasum*) L ‖ ad hortus P ad oras *Leyserus in ed. Phoenicis Quedlinburgi a. 1839 edita* ‖ *cf. Lactantius Instit. II 9, 8* 'deus . . . attribuit ver orienti, aestatem meridianae plagae; occidentis autumnus est, septentrionis hiems'. *ib.* 5 'oriens deo accensetur'. *ib.* 11 'primus oriens' (*cf. v.* 1) 4 uerbo P ‖ axo, *sed corr.*, L 5 defundit V 7 *adfert Dub. i. e. grammaticus De dubiis nominibus in Gramm. lat. ed. Keil V p. 581, 12* ‖ sed tri montes *Dub.* 8 imminet PV eminet L ‖ illę P 9 solus P ‖ nemos P ‖ *cf. Lactantius Instit. II 12, 15* 'in paradiso, id est in horto fecundissimo et amoenissimo, quem in partibus orientis omni genere ligni arborumque consevit'.
11 faetontaeis P phaetonteis V foetonteis L *Phaethontem cum Deucalione coniungit Lactantius Inst. II 10 ex.* 14 Deocalioneas P diocallioneas V deucaloneas L ‖ exuperauit Pv exsuperauit VL 15 huc PVL hunc ς (Huc ades *Verg. ecl. 2, 45. 7, 9 all.*); *an* hic? ‖ exsangues V (*sed priore* s *erasa*), exsanguis PL ‖ morbi PV morbus L ‖ egra L
16 Metus: *olim* Labor *conieci ex Verg. Aen. VI 277* ‖ adest PV adit L *Verba* 'nec metus asper adhesit' (*id est* adest *et* adit) *adfert Dub. p. 583, 32*

Nec Scelus infandum nec opum uesana Cupido
  Aut †Metus aut ardens caedis amore Furor;
Luctus acerbus abest et Egestas obsita pannis
  Et Curae insomnes et uiolenta Fames.
Non ibi tempestas nec uis furit horrida uenti,
  Nec gelido terram rore pruina tegit;
Nulla super campos tendit sua uellera nubes,
  Nec cadit ex alto turbidus umor aquae.
Sed fons in medio *est*, quem 'uiuum' nomine dicunt,
  Perspicuus, lenis, dulcibus uber aquis,
Qui semel erumpens per singula tempora mensum
  Duodecies undis inrigat omne nemus.
Hic genus arboreum procero stipite surgens
  Non lapsura solo mitia poma gerit.
Hoc nemus, hos lucos auis incolit unica phoenix,
  Vnica sed uiuit morte refecta sua.
Paret et obsequitur Phoebo memoranda satelles:
  Hoc Natura parens munus habere dedit.
Lutea cum primum surgens Aurora rubescit,
  Cum primum rosea sidera luce fugat,
Ter quater illa pias inmergit corpus in undas,
  Ter quater e uiuo gurgite libat aquam.
Tollitur ac summo considit in arboris altae
  Vertice, quae totum despicit una nemus,
Et conuersa nouos Phoebi nascentis ad ortus

17 uaesana PV uesana L 18 mętus P: *possis* Letum (*cf. Verg. l. c.*) *conicere*; Mars *ed. Iuntina*; Venus *Oudendorp*; Pavor *Goetz Acta soc. philol. Lips. V p. 327* Huc meat aut ardens *Birt Ad historiam hexam. Lat. 1876 p. 13* ‖ cedis P cedit V adit L ‖ amorę P (*ex quo* e *et* ę *inter se commutata postea non notabo*) 19 aceruus PV ‖ ·gestas L aegestas, *sed corr.*, V 20 insomnis nec P 21 tempes (*om.* tas) P ‖ furet L 22 gelida P ‖ proina V 23 uellerė P (*punctum corruptelae signum est*) *v.* 23 *adfert Dub. p. 593, 26, ubi* tendet 24 umur V (umor v) humor PL aq̃; L *v.* 24 *adfert Dub. p. 580, 23*: 'nec auit . . humor aquae' 25 est *om.* PVLς ‖ uiuũ L *m. pr.* 27 per singulis nubes P, *qui* tempora mensum *omittit* (*punctum ut v.* 23) 28 inrigat PV irrigat Lv 29 arborem P arbor eum L *me teste* arbore um L *m. pr. teste Peipero* ‖ de *post* procero *supra lin. add.* v 31 locus V (lucus v) ‖ fenix PL foenix V 32 sed] si *Baehrens 1, p. 51; sed cf. v.* 49 *et* 102 33 Parit PL pariet V (?) ‖ foebo PL ‖ veneranda *Baehrens ib. fortasse* miranda ‖ satellis V, *corr.* v 34 mu//nus L ‖ *cf. Lact. Inst. II 8, 24* 'Natura deus sit necesse est . . Seneca vidit, nihil aliud esse naturam quam deum . . . Deus ipse natura est'. *ib.* 57 'cum ego ipsam naturam deum esse contendam' 36 s//dera V sid. v 37 pia in mergit P ‖ undaụs L 38 surgite V, *corr.* v 39 consedit PVς considit *sic* L ‖ arborę altae P 40 dispicit P 41 foebi L *cf. Lactantius*

Expectat radios et iubar exoriens.
Atque ubi Sol pepulit fulgentis limina portae
Et primi emicuit luminis aura lenis,
Incipit illa sacri modulamina fundere cantus
Et mira lucem uoce ciere nouam,
Quam nec aēdoniae uoces nec tibia possit
Musica Cirrhaeis adsimulare modis,
Sed neque olor moriens imitari posse putetur
Nec Cylleneae fila canora lyrae.
Postquam Phoebus equos in aperta effudit Olympi
Atque orbem totum protulit usque means,
Illa ter alarum repetito uerbere plaudit
Igniferumque caput ter uenerata silet.
Atque eadem celeres etiam discriminat horas
Innarrabilibus nocte dieque sonis,
Antistes luci nemorumque uerenda sacerdos
Et sola arcanis conscia, Phoebe, tuis.
Quae postquam uitae iam mille peregerit annos
Ac si reddiderint tempora longa grauem,
Vt reparet lapsum spatiis uergentibus aeuum,
Adsuetum nemoris dulce cubile fugit;
Cumque renascendi studio loca sancta reliquit,
Tunc petit hunc orbem, mors ubi regna tenet.

Inst. VI 3, 17 'via melior conversa est ad solis ortum, altera illa deterior ad occasum' 42 Ex pectus P 43 ibi, *sed corr.*, L ‖ pepullit P 45 sagri V ‖ modolamina PV 46 luce L ‖ ciere P uerere V referre L, *cf. AL. 637, 2* ‖ noua L 47 ędoneae P iduoneae V aidoneae L ‖ uocis P 48 cerreis P cirrheis V cirreis L ‖ adsimolarę P assimilare VL 49 sed] et *Baehrens 2, 361* ‖ holor P olor/// (*in rasura* o) L imitare P ‖ posse] se *post lacunam trium litterarum* P ‖ putatur V 50 cillinecę P cilleneae V cyllineae L ‖ luere P lirae L ‖ 'fila canora lyrae' *adfert Dub. p. 578, 26* 51 phoeuus P foebus L ‖ effudit P diffudit V diffundit L 52 orbem *sc. solis, caput dei quasi cingentem. Idem dicit, sed minus poetice, quod Ovidius met. II 124* aurum (*vel* ortum) totum *Baehrens 3, p. 63.* axem totum pr. osque micans *Goetz mus. rhen. XXXI 477* pertulit ς ‖ usque medos V 53 Igneferumque V 55 celeris P 56 Inennarrabilibus V 57 antistis P antestites (*prius* e *correctum in* i) L ‖ que *om.* L ‖ uerenda P, *Goetz p. 329* ueneranda VL 58 archanis L ‖ foebe L *post* 58 *Baehrens 3, p. 64 v. 123—150 interposuit. Sed, ut alia taceam, v. 150 non de secretis aviisque locis primi orientis, sed tantum de frequentia Heliopolitana intellegi potest* 59 mile P millae L ‖ pergerit V *Etiam Gregorius Turonensis ex Lactantio*: 'haec postquam mille transierit annos' 60 si P se VL et sic *Barthius.* ac si *i. e. et quando* ‖ reddiderent P -derint L reddiderunt V 61 Vt repararet V ‖ lassum ς ‖ spatiis PV fatis L ‖ urgentibus ς 62 assuetum L ‖ cubicule L 63 scā (s͡ca V) reliquid PV s͡cā relinquit L. *cf. Lactantius Epit. 27* 'deus . . eiecit peccatorem de sancto loco et in hunc orbem relegavit . . tum secuta est hominem mors'

Dirigit in Syriam celeres longaeua uolatus,
  Phoenices nomen cui dedit ipsa uetus,
Secretosque petit deserta per auia lucos,
  Sicubi per saltus silua remota latet.
Tum legit aerio sublimem uertice palmam,
  Quae Graium 'phoenix' ex aue nomen habet,
In quam nulla nocens animans prorepere possit
  Lubricus aut serpens aut auis ulla rapax.
Tum uentos claudit pendentibus Aeolus antris,
  Ne uiolent flabris aëra purpureum
Neu concreta noto nubes per inania caeli
  Submoueat radios solis et obsit aui.
Construit inde sibi seu nidum siue sepulchrum;
  Nam perit, ut uiuat: se tamen ipsa creat.
Colligit hinc sucos et odores diuite silua,
  Quos legit Assyrius, quos opulentus Araps,
Quos aut Pygmaeae gentes aut India carpit
  Aut molli generat terra Sabaea sinu.
Cinnamon hic auramque procul spirantis amomi
  Congerit et mixto balsama cum folio;
Non casiae mites nec olentis uimen acanthi
  Nec turis lacrimae guttaque pinguis abest;
His addit teneras nardi pubentis aristas

64 Tunc PV Tum L ‖ mors *edd.*] mox PVL ς 65 longeua L 66 phoenicis P foenice V fenicis L Phoenicem ς ‖ uaetus P uetustas VL Venus *N. Heinsius* 67 securosquē *Baehrens 3, p. 63* ‖ lucus V 68 Hic ubi *edd.* ‖ sastus *vel* sartus, *sed corr. m. ut videtur pr.*, V 69 Cum P Tum VL ‖ aerieo V ‖ uerticē V 70 graium P, *Heinsius* gratum VL ‖ foenix V fenix L ‖ habuit P 71 Id quam P It qua V In quam L Et qua *Goetz p. 329* ‖ noces (x *supra*) (*similiter passim*) L ‖ prorepere P, *Goetz* proripere V prorumpere L 73 uentus P ‖ claudent V pandentib; V pendentibus PL ‖ eulos P aeolus V colus L 74 fabris V ‖ pùporeum P (*punctum ut v. 23*) purpereum V 75 congreta V ‖ noto P notus V nothus L notis *Heinsius* 76 redios P radius L ‖ bosit P ussit VL obsit ς 77 sepulchum P sepulchrum VL 78 nam perit; ut uiuat, se t. i. c. *Birt p. 10; sed cf. Claudian. 57 sq.* 'sponte crematur, ut redeat' ‖ sed tamen VL 79 hinc PVL *i. e. deinde. num* huc? huic *Baehrens 3, p. 64* ‖ odoris P 80 opolentus V 81 pigmeę P pygmaee V (pig. *teste Loewio*) pigmae (e *supra*) L Panchaeae ς, *Heinsius* ‖ indica V 82 mollit P ‖ terras abea P sabea L 83 Cinnamon *P, cod. Barthii* Cinnamomū V, Cynnamoum L ‖ hic PVL *an* huc? hinc ς ‖ amoti V (*Loewe nihil adnotat*) ‖ spumantis L 85 caseae mites P mitis V miṭtis *sed corr.* L ‖ uimena canthi P achati (ti *supra lin.*) V chanti (a *supra*) L 86 lagrimae V ‖ abɔ V

Et sociat myrrae uim, panacea, tuam.
Protinus instructo corpus mutabile nido
Vitalique toro membra quieta locat.
Ore dehinc sucos membris circumque supraque
Inicit, exequiis inmoritura suis.
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
Tunc inter uarios animam commendat odores,
Depositi tanti nec timet illa fidem.
Interea corpus genitali morte peremptum
Aestuat; et flammam parturit ipse calor,
Aetherioque procul de lumine concipit ignem:
Flagrat, et ambustum soluitur in cineres.
Quos uelut in massam †cineres umore coactos
Conflat; et effectum seminis instar habet.
Hinc animal primum sine membris fertur oriri,
Sed fertur uermi lacteus esse color.
Creuerit in mensum: sopitur tempore certo,

88 sociat *scripsi cum* P socia L sociam V sociam myrrhae *edd.* ‖ uini L ‖ panacheę P panachea VL Nabathaea *Leyser* ‖ tuę P turis V ture L 89 instructos P instractis L instructo *Baehrens 5, p. 309* instruitur *olim scripsi* His protinus structis V Protinus huic tradit *Klapp p. 16* in stragis *Birt p. 9* ‖ mobile L 90 Nidaliq; L ‖ quieta L quiete PV vieta *Heinsius, recte?* 91 sucus P ‖ circū quaq; supʳa L 93. 94 *ante* 91. 92: *Klapp p. 16. Lacunam post v.* 92 *agnovit Birt mus. rhen. XXXIV p. 9; sententiam suppeditat Gregorius Turonensis de phoenice ita disserens ex Lactantio*: '. . ore odoramenta adtrahit seque ex his tegit (*v.* 91). Tunc diversis modulis incipit cantus suaues effundere ac de nido exsiliens aquarum se undis inmergit. Idem cum ter quaterque repetierit, ascendit iterum adtrahitque denuo super se odoramenta quae detulit. Emicante autem sole primum ei iubar ingeritur igneum, adprehensoque nido tota integre concrematur (*v.* 96)'. *cf. Claudiani phoen. 45 sqq. 55 sq.* 92 exsequiis V 93 inter VL] in P Huic inter *Klapp* ‖ odoris PV 94 *in margine m. pr. additus* L ‖ depositam PL ‖ tibet P 95 Interimit P 95. 96 *interpolata dicit Leyser* 96 flammam — calor *adfert Dub. 577, 14* ‖ protulit ς 97 concepit P 98 soluitus P ‖ cinerem *libri* cineres *Ritschl mus. rhen. XXVIII 190* 99 quos deus in massam *Klapp p. 17* quos lux in m. *Baehrens in Bursiani annal. I 222* ‖ cineris V -res PL; *pro eo* natura *Ritschl l. c.* ‖ in more PVL: umore *Ritschl* (*idem suadet Ambrosius Hexaem. V 23* 'de cuius humore carnis vermis exsurgit') natura *Buecheler*. anima orbe *Birt p. 9* ‖ coactus PL coactos V 100 constat ς ‖ affectu P ‖ habent *Ritschl l. c.* 102 sed: *cf. v.* 32 sic *Leyser* ‖ uerni P uermi V uermis L ‖ lactibus P 103 creuerit in mensum: *i. e. in iustam mensuram. Ne conferas Ovid. fast. V 537. cf. tamen v. 27.* Creuit ubi, mensum sopitur *Klapp p. 16* subitur PV subito L subito cum ς. Crescit, ut in densum coiit, sub t. c. *Baehrens 2, p. 361*

Seque oui teretis colligit in speciem.
Ac uelut agrestes, cum filo ad saxa tenentur,
Mutari tineae papilione solent:
Inde reformatur qualis fuit ante figura
Et phoenix ruptis pullulat exuuiis.
Non illi cibus est nostro concessus in orbe
Nec cuiquam inplumem pascere cura subest:
Ambrosios libat caelesti nectare rores,
Stellifero tenues qui cecidere polo.
Hos legit, his alitur mediis in odoribus ales,
Donec maturam proferat effigiem.
Ast ubi primaeua coepit florere iuuenta,
Euolat, ad patrias iam reditura domus.
Ante tamen, proprio quicquid de corpore restat,
Ossaque uel cineres exuuiasque suas
Vnguine balsameo myrraque et ture Sabaeo
Condit et in formam conglobat ore pio.
Quam pedibus gestans contendit Solis ad urbem
Inque ara residens ponit in aede sacra.
Mirandam sese praestat praebetque †verendam;
Tantus avi decor est, tantus habundat honor.
Principio color est, qualis sub sidere Cancri
Cortice cum croceo Punica grana tegit;

104 o ui P ‖ teritis L ‖ collegit V 107 *sq. cum Leysero et Klappio p. 16 ante 105 posui* (*ante 103 Baehrens posuit*) 107 uelud L cum solo L ad taxa *Thomasius* 108 Mutare P Mutari V Motare L ‖ pinnae PV pennae L tineae *Didacus Covaruvias apud Thomasium* (*non ipse Thomasius*). *cf. Ovid. met. XV 372 sqq.* ‖ papiliones PV -nis L
105 quali *Heinsius* 106 foenix V fenix L ‖ pululat V ‖ exubiis PL exuuis V 109 illic ibus P est *om. L* ‖ consuetus *Baehrens 2, p. 361* 110 cuique V ‖ implumem V ‖ subest: *desinit* P 111 ambrosius V, *corr.* v 112 teneri ϛ 113 in dolorib; V 115 Has ub[i] L *m. pr.* ‖ coeperit L ‖ iuuentus L 116 domus V domos L 117 patrio *vel* prisco *Wernsdorf* ‖ qui[d]quid V 118 Ossaquae L vel *i. e. et* 119 mu[r]raq; L *m. pr.* ‖ soluto L solo V sabeo v; *hinc* Sabaeo *Goetz p. 330* 121 genstans L ‖ ad ortus *libri* ad urbem *Gryphiander ed. a. 1618, Barthius*; *cf. Plinius X 4* ad arces *Leyser, ego olim* ad aras, ad hortos *alii* 122 arma L ‖ promit VL, *corr. ed. Veneta 1509* ‖ aęde L ‖ sagra V, *corr.* v 123—150: *cf. ad v.* 58 123 Mirandum L *teste Peipero* ‖ prestat L ‖ prebetque V ‖ uehentes V uehementes L videnti *ed. a. 1521, vulgo* verendam *Baehrens 2, p. 361. an* videndam? (*cf. 151*) 124 avi *Heinsius* ubi V ibi L 125 Principio *i. e. Et primum quidem* Praecipuus *Baehrens 2, p. 361* ‖ qualis sub sidere (siderę L) caeli VL Cancri (*cf. Verg. ecl. 10, 68*) *Baehrens 2, p. 361; Klapp p. 17* sub corticę *uel* uellere laeui *Heinsius. cf. Ovid. met. X 736. fast. IV 608*
126 Mitia V (Mittia L), *unde* Cortice *emendavi* (CO = ɱ, CЄ = ɑ) quę V qui Lϛ cum *scripsi* quae corio *Goetz p. 327* ‖ cruceo V, *corr.* v pumica L ‖ legunt VL qui — tegit *Leyser* tegunt *Heinsius*

Qualis inest foliis, quae fert agreste papauer,
  Cum pandit uestes Flora rubente solo.
Hoc humeri pectusque decens uelamine fulget;
  Hoc caput, hoc ceruix summaque terga nitent.
Caudaque porrigitur fuluo distincta metallo,
  In cuius maculis purpura mixta rubet.
Alarum pennas [insigne desuper], Iris
  Pingere ceu nubem desuper acta solet.
Albicat insignis mixto uiridante zmaragdo
  Et puro cornu gemmea cuspis hiat.
Ingentes oculi: credas geminos hyacinthos,
  Quorum de medio lucida flamma micat.
†Aequatur toto capiti radiata corona,
  Phoebei referens uerticis alta decus.
Crura tegunt squamae fuluo distincta metallo;
  Ast ungues roseo tinguit honore color.
Effigies inter pauonis mixta figuram
  Cernitur et pictam Phasidis inter auem.
Magnitiem terris Arabum quae gignitur ales
  Vix aequare potest, seu fera seu sit auis.
Non tamen est tarda, ut uolucres, quae corpore magno
  Incessus pigros per graue pondus habent,
Sed leuis ac uelox, regali plena decore:

127 *Verba* 'quo feragreste papaver' *adfert Dub. 586, 23* 128 flore V flora L ‖ caelo VL, polo v, solo *Heins.* rubente peplo *vel* tepente solo *conicio* ruente gelo *Baehrens 4, 201.* (*cl. Verg. G. I 313*) 129 humeros *Oudendorp* ‖ que *m. pr. sub linea add.* L 131 porregitur V, *em.* v distenta VL distincta ς 133 *sic*: Harum pinnas insigne desuper iris alis V Harũ pennas insigne superaris L Aurum *Leyser* Alarum *Ritschl mus. rhen. XXVIII 192, qui* insigne desuper *ex v. 134 135 expleta esse perspexit* (fulgor conluminat *ipse lusit*). *Attamen verborum repetitiones poeta non vitat, cf. v. 8 et 12, 24 et 26, 31 sq., 35 sq., 37 sq. (41 sq.), 46 sq. (98 sq.), 101 sq., 131 et 141 (?), 157 et 160, 161 et 163 sq.* 134 Pinguere V ‖ alta ς aura VL nubes d. acta *Baehrens 4, p. 201; cf. Aen. X 38* 135 insigne V ‖ mixtis L ‖ smaragdo V zmaragdo L *v.* 137 *adfert Dub. 580, 29* ‖ oculi VL oculos *Dub.*, ς oculi reddunt *Baehrens 4, 201* ‖ Iyachintos V hiacincthos L iacinctos *Dub.* 138 lucidã L ‖ migat V 139 Aequat aque noto (notho L) capiti VL Aequatur toto *edd.* Aptatur *Oudendorp* Arquatur croceo *Klapp p. 17* Arquata est rutilo *Baehrens 2, p. 361* Aptata est summo *vel* Aptatur nitido *Ritschl l. c.*

140 Foebei V Foebo. ę (e supra) L *m. pr.* 141 Grura V ‖ squame L ‖ flauo V ‖ distinctã L ‖ fuluo distincta metallo *delet Ritschl l. c., cf. v.* 131, *fort. recte* 142 roseus V 143 pauones V ‖ mixtaque V ‖ figura VL 144 fasidis VL 145 Magnitiem VLς. *sic vanities Ammiano, similiter pinguities Apuleio et tristities* (*et minuties*) *in usu est.* Magna etiam *Heinsius*, itidem *Baehrens mus. rhen. XXXI 104* ‖ que V q; L ‖ alis V 146 potes V ‖ seu auis sit V 147 parua VL tarda *vel* pigra ς ‖ ut uolocres V 149 decora L

INDEX

IN

CLAUDIANUM CUM RERUM ENARRATIONE

Talis in aspectu se tenet usque hominum.
Huc uenit Aegyptus tanti ad miracula uisus
Et raram uolucrem turba salutat ouans.
Protinus exculpunt sacrato in marmore formam
Et titulo signant remque diemque nouo.
Contrahit in coetum sese genus omne uolantum,
Nec praedae memor est ulla nec ulla metus.
Alituum stipata choro uolat illa per altum,
Turbaque prosequitur munere laeta pio,
Sed postquam puri peruenit ad aetheris auras,
Mox redit; illa suis conditur inde locis.
Ah fortunatae sortis felixque uolucrum,
Cui de se nasci praestitit ipse deus!
†Femina seu masculus est seu neutrum: felix,†
Felix quae Veneris foedera nulla colit!
Mors illi Venus est, sola est in morte uoluptas:
Vt possit nasci, appetit ante mori.
Ipsa sibi proles, suus est pater et suus heres,
Nutrix ipsa sui, semper alumna sibi;
Ipsa quidem, sed non *eadem est,* eademque nec ipsa est,
Aeternam uitam mortis adepta bono.

150 in aspectus se L 151 Hic VL ‖ uenit////// aegyptus (*in ras. erat* in) L 152 uolocrem V, *em.* v ‖ resultat L 153 sculpunt sagrato V, *corr.* v ‖ in cori marmore (cori *erasum*) L 155 coetus L omnē L 156 praede V (-dę v) predae L ‖ nec ullus L nec memor ulla ς 157 Alitū L 158 munere (n *ex* r *m. pr.*) V murmure *Heinsius* 160 *ante* illa *interpunxi* ‖ inde L unde V 161 Ad V At L Ah *Leyser, ego* O *vel* Sat *Baehrens 2, p. 362* ‖ fortunate L ‖ filisque VL filique volucrem *Heinsius, recte?* felixque ς fatique ς 162 deus V dš Lv

163 *dedi ex* V; *versus corruptus* ·ē· L felix *om.* L. 'nescire homines manifestum est cuius sit generis, masculus an femina siue neutrum' *ex Lactantio Gregorius Turonensis de septem miraculis mundi.* F. vel mas haec s. n. seu sit utrumque *Heinsius* F. seu mas est s. n: belua felix *Baehrens 3, p. 64.* Femina seu, seu masculus est, seu denique neutrum *olim temptavi.* Masculus incertum seu femina sive nĕutrum *Birt mus. rhen. XXXIV p. 8* 164 coit *Baehrens ib.* 167 prolis L heres (hęr. *m. sec.*) V 169 qdē (i *supra*) L ‖ sed non eadem (eadā V) que nec VL; eadem est *inseruit Baehrens 4, 201* 170 Aeter. (·nā· *supra*) L *m. pr.* adepta (m *supra*) L *m. pr.* ‖ *Nulla subscriptio extat in* VL ‖ It̃ eiusdem claudii ad aeternalem *pergit* V

INDEX

IN

CLAUDIANUM CUM RERUM ENARRATIONE

[Quae ad res gestas pertinent, ea accurate ex temporum ordine enarrata sunt sub personarum nominibus]

Index.

Princeton University Library
32101 058174135